SC-12-Pl.7.

BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
37
16 A
7
FONDO FIORENSE

M. MINUCII FELICIS
OCTAVIUS,

Cum integris omnium Notis ac Commentariis, novâque Recensione

JACOBI OUZELII.

Cujus & accedunt

ANIMADVERSIONES.

Accedit præterea liber

JULII FIRMICI MATERNI V. C.

DE ERRORE PROFANARUM RELIGIONUM.

LUGDUNI BATAVORUM,
Ex Officinâ IOANNIS MAIRE. 1652.

Digitized by Google

Contenta hâc Editione.

FRANCISCI BALDUINI JC. Prologemena in M. MINUCII FELICIS OCTAVIUM.

M. MINUCII FELICIS OCTAVIUS noviſſimè recenſitus.

JOANNIS à WOWER AD M. MINUCII FELICIS OCTAVIUM NOTÆ.

GEVERHARTI ELMENHORSTII Liber Commentarius.

DESIDERII HERALDI Caſtigationes & Notæ.

NIC. RIGALTII Obſervationes.

JACOBI OUZELI Animadverſiones.

Subjunctus eſt in fine JULIUS FIRMICUS MATERNUS DE ERRORE PROFANARUM RELIGIONUM, ex Recenſione JOANNIS A WOWER, cum ejuſdem Notis.

SERENISSIMÆ

ET

SAPIENTISSIMÆ

PRINCIPI

CHRISTINÆ,

SUECORUM, GOTTHORUM,

VANDALORUMQUE

REGINÆ, &c.

MAGNI

GUSTAVI

MAXIMAE

FILIÆ,

FELICITATEM PERPETUAM

PRECATUR

JACOBUS OUZELIUS.

MARCUM MINUCIUM FELICEM, Auctorem, eos inter, qui Gentium superstitionē veriùs, quàm religionē, calamo expugnare aggressi sunt, non è postremis, novâ hâc veste ornatum ne dicā an oneratum, Tibi, SERENISSIMA AUGUSTA, consecrandum duxi. Mirum haut dubiè in nonnullorum oculis erit, quòd ego, qui hactenus intra parietum cancellos latui, nec nomine quidem ulli ferè litteratorum, nedum Tibi, notus, quòd ego, inquam, simul ac carceres rumpo, levidensi hoc munusculo, si, quantulumcunque à me hîc præstitum, spectetur, comitatus, ad SACRAM TUAM MAIESTATEM accedere

cedere haut verear. Quidam fortaſſis id etiam nimiæ mei fiduciæ, imò & arrogantiæ imputabunt. A quibus tamen quàm longiſſimè abſim, neminem, cui mores mei perſpecti ſunt, fugere poteſt. Sic ut non illis concitatus hanc mihi provinciam arripiam; verùm ſummo tuo fretus favore, quo non ſolos litteratos, quos remotiſſimis etiam terrarum oris diſſitos, ad Te ut properent, maximâ liberalitate invitas, ſed & litterarum amantes, inter quos nomen meum profiteri auſim, proſequi ſoles. Equidem non diffiteor majoris quid ponderis convenire tantæ HEROINÆ. Sed oportet molâ litet, qui nequit he-

catombâ : & parva, modò caſta, Superis quoque placere ferunt. Quem verò Scriptor, Chriſtianorum cauſſam peragens, præ Te, CHRISTINA, quæ ſaluberrimum inde nomen ducis, adire geſtiret ? Cujus Regnum beatiſſimam eam nobis Reipublicæ formam exhibet, quam Principum ille doctor, idemque doctorum omnium facilè Princeps, Divinus Plato olim requirebat, ut vel litterati ad rerum ſumma gubernacula ſederent, vel ipſi Principes litteris ſapientiæque ſtudio operam ſedulò navarent ? Tu enim ipſa, SAPIENTISSIMA DOMINA, limpidiſſimos Muſarum latices Arctoö ſub axe inſtauras. Tu

ipſa

ipſa nobis, non dico Græciam cum Latio, verùm quicquid litterarum unquam univerſus cepit orbis, ibi repræſentas; dum nec immenſis ſumptibus parcis, ut undecunque terrarum rariſſimorum etiam Tibi copiam librorum conquiras, & quibus alibi cum blattis & tineis, proh dolor! pugna eſt, ſinu excipias ac foveas, inque inſtructiſsimâ tuâ Bibliothecâ locum præbeas. In quâ, ſi exactiſsimo tuo judicio MINUCIUM hunc, quem, curis meis, licet vix juvenilibus, aliquo modo cultiorem prodeuntem, Tibi, SERENISSIMA PRINCEPS, quàm humillimè offero, vel infimo quodam loco dignum cenſere

non

non dedignaberis, abundè fructum, quicquid ei impendi laboris, ad me redundâſſe exiſtimabo. Facturam Te autem, ſolitus tuus erga litteras favor mihi ſpondet. Ut nihil jam dicam de ceteris potiùs admirandis, quàm laudandis, ut quæ verborum præconiis exprimi minimè queunt, animi tui Virtutibus Dotibuſque; quas, & Te in illis, totus terrarum orbis ſuſpicit, veneratur, adorat. Non enim in earum laudem tàm multa promere poſſem, quin plurima adhuc dicenda reſtarent; neque tàm pauca, quin, probè ſcio, contra Modeſtiam tuam haut leve committerem crimen. De illis etiam quid primùm, quid

poſtremùm aggrederer, quas ſolummodò nomine tenus ſi referre velim,

Ante diem clauſo componat veſper Olympo?

Satiùs igitur multò erit, vela ut contraham; &, qui à voto cœpi, ita & deſinam.

DEUS itaque OPTIMUS MAXIMUS ut Te,

SERENISSIMA

AC

SAPIENTISSIMA

AVGVSTA.

Chriſtiani orbis, atque adeò litterariæ Reipublicæ bono, quàm

diutissimè salvam, ac sospitem, conservare velit, ex animo optat, & vovet,

SACRÆ

TUÆ

MAIESTATIS

IN ÆTERNUM

CULTOR DEVOTISSIMUS

JACOBUS OUZELIUS.

LECTORI S. D.

ECCE tibi, Lector, M. MINVCIVM FELICEM, *Auctorem alienæ, & inprimis noſtræ commendationis haud egentem. Quonam olim loco apud Veterum Chriſtianorum Antiſtites fuerit, abundè ex eorum teſtimoniis conſtat. Exſpectas autem fortaſſis, ut de hâc noſtrâ ejus Editione quædã tibi prælibemus, ac quidnam tibi de eâ ſit ſperandum. Rem accipe paucis, nec ullis verborum lenociniis involutam. Operam enim noſtram, nec me, ut apud te laudarem, nec te, ut id à nobis deſiderares, deceret. Neq; adeò noſtri ſumus ignari, ut neſciamus, quàm delicato, ne dicam maligno, ſeculo degamus; quo aliena omnia ex ſuis propriis plurimi metiri ſoleant. Auctorem noſtrum quod attinet, varios olim nactus eſt editores. Eos inter princeps debetur locus Fauſto Sabæo Brixiano; qui, annis abhinc centum & quod excurrit, Romæ ex pervetuſto Vaticanæ Bibliothecæ codice, eum primus è tenebris in dias luminis protraxit oras, ſubjecitq; Arnobio; quaſi Octavius velit nolit, totâque antiquitate reclamante inſuperhabitâ, octavus eſſet Arnobii liber. Sabæũ, elapſo triennio, excepit Sigiſmundus Gelenius; qui nobis quoq; Minucii editionem dedit; ſed & eundẽ errorem, quo antea Sabæus hunc dialogum falſo octavi Arnobii libri nomine inſigniiſſet, calculo ſuo confirmavit. Horum poſteà auctoritate nixi Germani eâdẽ oberrârunt chordâ. Quid fit? Octavius, quæ ejus tum erat infelicitas, non jam ſolùm parente ſuo orbatus, ſed & nomine, octavus paſſim audiebat Arnobii liber. Sic peragrabat orbẽ, ſic à doctis citabatur, laudabatur. Donec tandẽ reperiretur, qui eum, & genuino priſtinoq; ſuo nomini, & Auctori reſtitueret. Is fuit doctiſſimus, ac ſuo ſeculo Iuris Civilis peritiſſimus Franciſcus Balduinus, qui anno reparatæ ſalutis* CIↃ IↃ LX *Heidelbergæ dialogum hunc*

divulgans, doctissimam adjecit præfationē, quâ invictissimis ex Lactantio ac Hieronymo petitis argumentis, Octavii, genuiniq; ejus parentis, nomen strenuè vindicavit. Hanc tuo cōmodo, Lector, simul hîc edendam curavimus; interest enim Reipub. litterariæ, hujusmodi eruditissimorum hominum fetus ne intercidant. Eodem ferè tempore id ipsum suboluit etiam Hadriano Iunio, Viro non minus perspicaci, & exacto judicio, quàm omnis generis eruditione claro. Horum tamen nominibus dissimulatis Fulvius Vrsinus, annis plus triginta pòst, ex Petri Ciacconii scidis novam Arnobii moliens editionem, sibi totā hanc judicandi provinciam arripuit; quasi ipse princeps Minucii simul, ac ejus fetus vindex, foret. quòd malo more, ac inanis gloriolæ affectatione ab eo factum. Fulvium secutus est Ioannes Woverius, qui, annis plus minùs viginti elapsis, Minucium cū eruditis suis Notis publicavit; cujus subinde vestigia pressit Geverhartus Elmenhorstius, laborioso itidē adjecto commentario. Anno verò post Elmenhorstiū à Desiderio Heraldo, veteri Christianissimi Regis codice MS. adjuto, denuò Minucii editio procurata est; qui ubiq; ferè exemplaris scripturam, etiam ubi nonnunquam depravatissima erat, expressit. Post Heraldum vulgaverunt Minucium Oxonienses typographi; quorum editio, in quantum à ceteris abeat, quæ tamen pauciſsima sunt, in nostris reperies Animadversionibus. Tandem annis abhinc novem ultima Minucii editio curâ Nicolai Rigaltii prodiit. Hic iterū Minucium cum Regio MS. contulit, multaq; præclara post tot alios præstitit. Vt huic plus ceteris omnibus ob restitutam pænè sanitatem Minucius debiturus esset, nisi, nonnunquā nimis conjecturis suis indulgens, easq; temerè ipsis Minucii verbis immiscens, sæpè Minucium loqui feciſſet, quæ nunquā fortaſsè cogitaverit. Omnes quicquid hi, quos recensuimus, (unū si exceperis F. Vrsinum; cujus, licet summam adhibuerimus diligentiam, editionem nanciſci haud potuimus; ejus tamen ne omnibus notulis destitutus sis, facit Elmenhorstius, qui, ut videre est, nonnunquam eas suo

inter-

interſeruit commentario,) ad Minucium contribuerunt, hâc tibi noſtrâ Editione, Lector, uno quaſi comprehenſum faſciculo, exhibemus. Quod verò ad Auctoris verba, ea plerumq;, quæ proba ex Regio MS. homines eruditi protuliſſent, retinuimus, vel, ut ea non ſemel Rigaltius ex exemplaris veſtigiis indubitatâ conjecturâ reſtituiſſet; aliàs vulgatam prætulimus lectionem. Conjecturas etiam noſtras rarò, &, quod ſciam, non, niſi ſemel, aut bis, easque certiſſimas, Minucii verbis interſeruimus; ceteras Animadverſionibus commiſimus. Plurima verò in verborum interpunctione ac diſtinctione mutata deprehendes, quiſquis hanc noſtram Editionem cum aliorum conferre fortè non dedignaberis. Ita videbatur mens & ſanitas Auctoris requirere; ſæpiſſimè enim malâ laborabat interpunctione. Vbique hoc ut admonerem, ſupervacaneum duxi. nam noſtri ſimul, & lectoris otio id abuti tantùm eſſet. Hîc ſimul & ſemel dictum eſto. Verbúmne de noſtris addam Animadverſionibus? In his, prælo currente natis, ne te offendat, Lector, quòd nonnunquam à ſummis, & qui in his litteris facilè principatum obtineant, Viris diſſentire non refugiamus. Nullius enim in verba jurare didicimus. dies diem docet: ac nihil, in humanioribus inprimis hiſce ſtudiis, vel unquam tàm benè dictum, quod non aliquando melius doceri poſſit. Vbicunque autem id à nobis fit, ſemper id citra contumeliam factum deprehendes; &, vel modeſtè nomina eorum, à quibus diſſentimus, appoſita, vel, iis nonnunquam omiſſis, errores ſolos indicatos. Immò quandoque ſententiam tantùm noſtram nudè proponimus, quamvis nos non fugiat, maximos etiam in his litteris viros planè contrarium aſſeruiſſe. Quid enim ego vel alieni nominis obtrectator forem? aut benè de litteris meritum & merentem Theonino roderem dente? aut aliquem longè fortaſſis me ipſo etiam meliorem nimis acerbè traducerem? Abſit, abſit! & in exilium peſtis hæc, quæ nonnullorum pectora occupavit, à nobis, ut moribus noſtris non reſpondens, relegetur. Qui & ſciam, me non modò

homi-

hominem erroribus obnoxium, ſed & inſuper adoleſcentem eſſe. Et quàm rudis plerumque meliorum rerum hujuſmodi, quæſo, ætas? quàm facilè ſolet falli? Sic ceciderim fortaſſis ego; cadet qui ſequitur; laus erit publica, ut illud Laberii paullulùm inflectam. Interim ſicubi aliquid humanitùs perpeſſus fuerim, cuivis me diſcendi cupidum præbeo; modò candide, ac abſque livore, aut maledicentiâ errores noſtri detegantur. Sed detineo te, Lector. ignoſce, ac vale.

LUGDUNI BATAVORUM, cIↃIↃCLII. PRIDIE IDUS OCTOBRIS.

PROLE-

PROLEGOMENA

FRANCISCI BALDUINI JC.

IN M. MINUCII FELICIS OCTAVIUM.

VT hunc ſive Libellum, ſive Dialogum, qui multis jam ſeculis falſo creditus eſt, dictusque eſſe octavus Arnobii adverſus Gentes, & inſcriberem, & eſſe planè liquidoq; affirmarem M. Minutii Felicis OCTAVIUM, facilè mihi perſuaſerunt duo & boni & antiqui, & graves teſtes auctoreſque, Lactantius & Hieronymus. Ille enim ſuarum Inſtitutionum lib. 1. cap. undecimo citat Minucium Felicem in eo, ut ait, libro, qui OCTAVIUS inſcribitur: & ex eo verba quædam deſcripta recitat, quæ non patiuntur nos aut alium aliquem, aut alterius cujuſquam OCTAVIUM fingere. Idem lib. 5. cap. 1. loquens de Chriſtianorum, quos legerit, eloquentia, primo loco hunc Minutium laudat. *Minutius* (inquit) *Felix, non ignobilis inter cauſidicos loci fuit. Hujus liber, cui* OCTAVIUS *titulus eſt, declarat, quàm idoneus veritatis aſſertor eſſe potuiſſet, ſi ſe totum ad id ſtudium contuliſſet.* Teſtis alter eſt Hieronymus, qui hunc (ſicut ipſe fatetur) Lactantium ſecutus, in Catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum ait: *Minutius Felix Romæ inſignis cauſidicus, ſcripſit Dialogum Chriſtiani & Ethnici diſputantium, qui* OCTAVIUS *inſcribitur.* Idem in epiſt. ad Magnum Oratorem Roman. *Minucius* (inquit) *Felix cauſidicus Romani fori, in libro, cui titulus* OCTAVIUS *eſt, quid Gentilium ſcripturarum dimiſit intactum?* Iam autem non eſſe hunc librum Arnobii, ſatis patet, cum Minutii eſſe apparet. Et verò quòd Hieronymus in eadem epiſtola ſubjicit, indicare alioqui poterat, Arnobii non eſſe, cum quidem non niſi ſeptem, qui etiamnum extant, libros adverſus Gentes Arnobium ſcripſiſſe teſtetur. Cumque alterum quendam librum Minucio noſtro falsò inſcriptum fuiſſe narret, tanto miror doleoque magis, hunc qui ejus erat unicus καὶ γνήσιος, fuiſſe illi ſurreptum, alterique non domino injuſtè aſcriptum: ut

***

& pla-

& plagio & partu ſuppoſito facta noſtro Minucio duplex injuria eſſe videatur. Sed hæc frequens eſt querela de librariorum nihil non temerè miſcentium facinoribus. Fortaſſe, ut hunc libellum Arnobio quidam aſcriberent, quædam ſtyli & argumenti ſimilitudo, quæ imperitos perſæpe fallit, fecit: & cum legerent OCTAVIUM, ſtatim ſomniarunt octavum aliquem eſſe librum. Ridiculè profectò & ineptè. Saltem Arnobio perpetua oratione utenti Dialogum temerè aſcribendum non eſſe cogitaſſent. Verùm inſcitiæ tàm cœca quàm confidens eſt audacia. Sanè Hieronymus ſcribit, Nepotianum ſuum tàm in ſcriptoribus Eccleſiaſticis diligenter verſatum fuiſſe; ut ſi quid ex iis proferretur, ſtatim agnoſceret atque diſcerneret, quid Tertulliani, quid Cypriani, quid Lactantii, quid Minucii, quid Victorini, quid Arnobii eſſet. Ceterum tanto magis miror, Eraſmum eo loco, illum dico Eraſmum, hominem acerrimo judicio præditum, & talium ſcriptorum minimè obtuſum cenſorem, annotaſſe, hujus Minucii nihil nunc extare.

Cujus potiſſimum Imperatoris temporibus Romæ vixerit noſter Minucius, nondum mihi ſatis liquet. Hieronymus in ſuo Catalogo, quo ſcriptores Eccleſiaſticos eo quo vixerunt ordine recenſere videtur, illum Origeni proximum, Cypriano priorem fuiſſe, obſcurè ſignificat. Sed ejus alioqui vel ſeculum vel ætatem non indicat. Certè in Cypriani de idolorum vanitate libello plurima ſunt, quæ totidem verbis in OCTAVIO Minucii leguntur: neceſſe ut ſit, aut hunc ab illo, aut illum ab hoc ea ſumpſiſſe. Hieronymus verò in Epiſtola ad Magnum, loquens de latinis ſcriptoribus Eccleſiæ, etſi Minucium ante Cyprianum laudet, tamen illam de idolis orationem aſcribere Cypriano magis videtur. Sed & in apologia pro ſuis adverſus Iovinianum libris, primo loco Tertullianum, ſecundo Cyprianum, tertio Minucium commemorat. Sabellicus, ſed ſine teſte, affirmat eum Romæ floruiſſe, quo tempore Urbanus ibi erat Epiſcopus: hoc eſt, temporibus Alexandri Severi Imperatoris. Si ita eſſet, eſſet Minucius antiquior Cypriano, æqualis Tertulliano, noſtriſque adeo Jureconſultis Ulpiano & Paulo. Verum etſi poſteriorem fuiſſe credam, tamen proximè illa tempora ſecutum eſſe exiſtimo; noſtra verò non attingere niſi intervallo longiſſimo, hoc eſt, annorum propè M. CCC.

Minuciam gentem olim Romæ nobilem fuiſſe memini, in qua quatuor Conſules Minucii Augurini intra annos quadraginta numerari

merari possunt. Sed & Minucios Rufos,& Minucios Thermos in Fastis Consularibus lego. Denique & Minucius Fundanus Asiæ præses fuit illustris, ad quem Adrianus imp. non iniquam de Christianis legem misit: ut jam nihil dicam de eo, cujus in Epistolis meminit Plinius,vel quem ille noster laudat Iulianus,cujus ad Minucium Natalem libri de jure civili laudantur.

His verò omnibus unum Minucium Felicem, etsi non fuerit ejusdem aut gentis aut familiæ, facilè antepono, ætate quidem posteriorem, doctrina tamen, virtute, & (quod primo loco numerandum est) pietate multò superiorem. Fuit enim non modò Jurisconsultus magnus,& excellens suo tempore orator: sed &(quod majus est) fuit seriò Christianus. Afrum fuisse suspicor,licet id affirmare non ausim. Certè Frontonis Cirtensis (Cirta autem fuit nobilissima Numidiæ civitas, cujus & in Pandectis mentio fit) ita meminit,ut in Africa versatum se esse significet. Estque genus dicendi, scribendique secutus, quale Afri illi, Tertullianus, Cyprianus, Arnobius: ut jam de posterioribus non loquar, quos eadem olim aluit Africa,illa (inquam) felix, fœcundaque Africa,quæ ut semper aliquid novi proferre dicebatur, sic etiam religionis nostræ vindices & patronos doctissimos,acerrimosq; protulit,& ad ipsius quoque Romanæ Ecclesiæ præsidium atque defensionem emisit. Nam & ex eadem Africa prodibant hostes minimè ignavi, neque improbi minus, quàm vehementes calumniatores, qualis (ne longius abeam)fuit ille,cujus jam memini,Fronto: quem quidem tàm impudentem rhetorem, quàm impium Christianorum adversarium fuisse, ex Minucio intelligemus. Nollem hunc fuisse Papirium Frontonem Jurisconsultum, qui in Pandectis laudatur. Suspicor potius fuisse Cornelium Frontonem Rhetorem: quem Capitolinus narrat fuisse præceptorẽ M. Antonini Philosophi Imp & ex cujus etiam schola oratoria accepimus prodiisse illum nostrum Militonem, qui ad Christianorum defensionem eloquentiam suam convertit: ut quod illis impius præceptor probrum asperserat maledicendo,bonus discipulus abstergeret respondendo.

Minucium nostrum Romæ causas egisse,paulò antè ex Lactantio & Hieronymo dictum est: neque hoc ipse dissimulat, cum vindemiarum feriis curam judiciariam sibi remissam fuisse natrat Sic enim & Ulpianus in Pandectis lib. 1. D. de Feriis scribit, M Antonini Imp.oratione expressum fuisse,ne quis messium aut vindemiarum tempore adversarium cogeret ad judicium venire. Sicuti &

Suetonius narrat Augustum statuisse, ne Semtembri Octobrive mense necesse esset in Senatum venire. Imò verò & ipse Cyprianus, tanquam alter Minutius, in sua epistola ad Donatum, meminit ejus temporis, quo (ut ait) indulgente vindemia solutus animus in quietem, solennes & statas anni fatigantis inducias sortitur. Actum quidem secessus amœnos captare se ait, ubi de rebus divinis cogitet. Non dissimilis est narratio nostri Minucii. Felices verò illæ feriæ, quibus à foro subselliisque abductus nobilissimus causidicus est ad religiosam sive commentationem, sive disputationem. Cicero, quod abs nostro Scævola accepit, narrat Lælium cum Scipione solitum esse rusticari: eosque incredibiliter repueraſcere esse solitos, cum rus ex urbe tanquam ex vinculis evolassent: conchas etiam & umbilicos ad Caietam & ad Lucrinum legere consuesse, & ad omnem animi remissionem ludumque descendere. Ejus verò exempli statim mihi in mentem venit, cum Minucium audirem, relicto strepitu forensi, cum suo Octavio rusticari, & in littore Ostiensi suaviter spectare puerilem, quem describit, ludum. Sed cum deinde audio, quàm in illo secessu & gravis & seria de religione disputatio fuerit, & quale sit in deserto fornice concilium: sentio, nunquam coactum Romæ fuisse senatum majori de re: nullumq; forum, urbem nullam, nullum negotium, illi sive otio sive solitudini prætulero. Sæpiusque ut Jurisconsulti eo modo feriari, secedere atque rusticari aliquando velint, optare cogor. An in eorum animas cadere non potest sancta aliqua, & religiosa, & secreto suo digna rerum divinarum cogitatio? Lactantius innuit Minucium sese totum non contulisse ad studium rerum Ecclesiasticarum. Sed tanto nobilior ejus Jurisprudentia fuit, quæ qualis esse debet, in Repub. fuit: & rerum divinarum humanarumque curam & cognitionem conjunxit: tantoque propterea magis ejus exemplum nostri ordinis hominibus commendo: ut saltem diebus nefastis in ocio melioris religionis fastos excolant, iisque se dent atque addicant. Habebant olim feriantes Romani suam decursionem Tiberinam, cujus meminit Cicero: suamque (ut leges nostræ vocant) Maiumam ad Ostiam. Sed excursio nostri Minucii quàm minimè aut ociosa aut ludicra fuit? Digna profectò, cujus vestigia libenter conspiceret Augustinus: & illum recessum, in quo habita est disputatio, salutaret, cum in Ecclesia Ostiensi matrem suam Monicam sepeliret. Equidem religiosi ejus colloquii, quod sancta hæc matrona cum filio suo habuit ad ostia illa Tiberina, (sicuti ipse recitat

citat lib. 9. Confessionum) meminisse soleo, quoties Dialogum hunc Minucianum lego.

Quænam esset Romani fori conditio, cum in eo versaretur Minucius, quæque Ecclesiæ in ea urbe tunc facies esset, ejus ætatis memoria planè ostendit: & quæ aliquando scripsi ad edicta veterum Principum Romanorum de Christianis, eam rem illustrant. Neque ignota est historia temporum, quibus Decius aut Valerianus imperavit. Benè verò habet: Jurisconsultis, quorum de jure civili responsa leginus, non solum abs religione alienis, sed & ejus acerrimis adversariis, successisse Christianum causidicum: & illud sive forum, sive collegium Romanæ togæ atque advocationis, quod tot jam annis conspersum fuerat sanguine & cineribus piorum hominum, tandem aliquando voce & vestigiis Christiani Jurisperiti expiatum atque consecratum fuisse. Arnobius libro primo gloriatur, & oratores & jurisconsultos, magnis (ut ait) ingeniis præditos, transiisse ad Ecclesiam. Credo equidem, cum id scriberet, de Minucio eum suo cogitasse. Multos ejus ordinis fortasse numerare vix potuisset. Sed Minucii tamen exemplum quosdam secutos esse credo: ut & Minucius habuit, quos in eodem stadio sequeretur. Saltem Hieronymus ad Magnum, ubi Minucium laudat, meminit duorum Romanæ urbis Senatorum, Hippolyti & Apollonii, qui ut inter scriptores Ecclesiasticos referrentur, meriti sint. Quid dicam de illo Vetio Epagatho Lugdunensi, qui olim & multis quidem ante Minucium annis & fuit, & partim ignominiæ, partim honoris causa (ut varia tunc erant hominum de religione judicia) publicè appellatus est Advocatus Christianorum? An horum causam aliquando in foro Rom. Minucius egerit, nescio. Certe Tertullianus vix hoc licuisse significat, & tàm odiosa tunc erat eorum sive religio, sive Ecclesia, cui status Reipub. Imperiique Rom. adversabatur, totque jam erat publicis præjudiciis confossa, ut ipsius nominis Christiani confessio ad damnationem satis esset. Tantum abest, ut hujus religionis esset, quæ libertatis erat, assertio. Sed tanto magis interea miror, in tam profano & inimico foro consistere causidicum pium potuisse. Mirum verò, cum jam annis propè ducentis orbis Romanus & palàm & publicè & liberè Christo nomen dedisset, auctoribus ipsis Imperatoribus, visam esse legem necessariam, quæ & tandem lata est, ut in nullo foro vel advocatus vel causidicus esset ullus, vel jus postulandi quisquam haberet, qui Christianus non esset. L. 8. Cod. de Postul. Quàm

 fuit

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

fuit itaque nobile Minucii noſtri exemplum, quo bonarum partium, quantum potuit, patronus Romæ fuit, quo tempore nondum impunè hoc licebat? Certè Chriſtianis tunc erat interdictum foro, neque iis jus poſtulandi Prætor dabat. Verùm etſi magis illi palliati quàm togati eſſe ſolerent: tamen quia iis reſpub. ſæpè carere non poterat, aliquando togatos eſſe eos, & eorum quoſdam aliquod in repub. munus obire, paſſi ſubinde ſunt ethnici principes. Chriſtiani Imperatores deinde multo fuere indulgentiores, qui eos & Conſules & Præfectos Urbi atque etiam Prætorio interdum creabant, quos alioqui non ignorabant eſſe acerrimos hoſtes religionis, quod intelligi poteſt vel ex unius Symmachi conditione. Sed facti tandem aliquando ſunt ſeveriores, & ſenatum forumque Romanum perpurgarunt, & Minucios quoſdam eſſe juſſerunt, quicunque vel jus dicerent, vel cauſas agerent. Aram Victoriæ, quæ in veſtibulo curiæ ſtabat, ad quam ſenatus jurare atque ſacrificare ſolebat, jam pridem everterant, ipſo etiam Symmacho & ſenatu reclamante. Sed effecerunt poſtremò, ut non modò à tali ſuperſtitione liberi eſſent omnes togati, ſed etiam ut nulla in foro niſi Chriſtiana eſſet illa Juriſprudentia, cujus jam olim aliqua in Minucio noſtro effigies fuerat.

Minuciani hujus Libelli inſcriptio, & Dialogi forma, antiquum, eruditumque ſcribendi morem refert. Genus dicendi eſt argutum, acre, vehemens. Eſt preſſum, denſum, nervoſum, crebris ſententiis compactum, omniumque antiquitatum atq; hiſtoriarum memoria refertum: & in quo plures ſententias, quàm periodos numerare poſſis. Nam neque verboſi olim fuerunt Chriſtiani, qui verba dare nondum didicerant: & eorum patroni erant homines docti, ac (ut uno verbo dicam) polyhiſtores. Quod ad falſa crimina attinet, non tam verbis & libellis quàm vita & re ipſa refellebant adverſarios.

Quæſtio, quæ hic proponitur, & cauſa, qua de agitur, magna eſt, de religione nempe vera aut falſa. Acerrima utrinque eſt actio atque contentio. Exitus & victoria eſt, qualis eſſe debet, ubi verum cum falſo confligit. Malarum partium vehemens patronus, & bonarum gravis hoſtis eſt Cæcilius Natalis. Harum contra vindex, & illarum accuſator acerrimus atque juſtiſſimus eſt Octavius Januarius. Medius ſedet bonus judex atque arbiter Minucius Felix. Contentionis occaſio fuit, quòd cum hic cum duobus illis, quos nominavi, in litore Oſtienſi ambularet, ab Octavio Chriſtiano reprehen-

prehenſus ſit Cæcilius ethnicus, qui occurrens idolo Serapidis, illud colere ſe ſignificaſſet. Sanè olim Piſone & Gabinio Coſſ. Serapidis ſacra Capitolio & urbe fuerant ejecta: ſed poſtea fuerunt reſtituta, & in ſuburbiis facilè hærebant. Reprehenſus Cæcilius fremit, & tanquam irritatus graviter in Chriſtianorum religionem invehitur: ſuamq; ſimul ſuperſtitionem defendens, Octavium veluti laceſſit. Sed imprudens incurrit in adverſarium fortem & acrem: & (ut ille ait) fragili cupiens illidere dentem, infregit ſolido.

Cauſæ ſtatus non unus eſt. Cæcilius variè & confusè agit de multis. Octavius pleraq; & depellit ſola inficiatione, & retorquet juſta recriminatione. Quædam ingenuè confitetur: ſed jure defendit. Itaque hæc diſceptatio partim facti, partim juris quæſtionibus conſtat. Tertullianus antea, & ante Tertullianum Juſtinus & Athenagoras, quorum extant apologetici libelli, & poſtea Cyprianus partim contra Demetrianum, partim in libello de vanit. idol. & multo deinde magis Arnobius atq; Lactantius hanc cauſam egerunt: & uſi plerunque ſunt non iiſdem modò & ſententiis & argumentis, ſed & verbis & formulis. Sic enim majores noſtri eadem de iiſdem (ut ille olim dicebat) dicere ſolebant.

Atque utinam poſteritas tale obſervaſſet exemplum, ambitioſa novitas bonam antiquitatem non inquinaſſet. Velim ſanè apologias eorum, quos dixi, cum hoc Minuciano libello conferri: ut alium nunc commentarium colligere non ſit neceſſe. Multa ex veterum philoſophorum diſputationibus & poëtarum fabulis, & Romana, Græcaq; hiſtoria ſubtiliter & doctè hic repetuntur. Verùm ineptum eſſet iis de rebus annotationes multas & ocioſas hoc loco inculcare. Mallem quæ ad antiquitatum Chriſtianarum memoriam pertinent, copioſè explicare. Sed & harum commentariis alius dabitur liberior locus: nam iis, quos jam inchoavi, abſolvendis aliquando me dedam. Jam verò præter illos, quos dixi, libellos valde velim etiam hic legi & comparari adverſarias orationes Symmachi & Ambroſii: ut, quam cauſam acriter quidem, ſed privatim tamen, quo tempore Chriſtianis palam eſſe vix licebat, actam eſſe ex Minucio audiemus, eandem multis pòſt annis publicè in aulico conſiſtorio iterum iterumq; agitatam, in eaq; nobilem Romanorum ſacrorum patronum, qui & Pont. Max. & Præfectus Urbi erat, cum maximo & acerrimo antiſtite Chriſtianæ religionis commiſſum, quo tempore noſtri liberi erant & bona, æquaq; conditione, audiamus: præſertim cum judex & arbiter ſederet, non modò tam

religio-

religiosus, quàm Minucius, sed multo majoris auctoritatis, & qui rem benè judicatam exequi, & adversarii calumniatoris petulantiam reprimere atque coercere posset. Si quis denique hîc adjungat Augustini libros de Civitate Dei, ad Octavii disputationem multum locis & splendoris adjunxerit. Ego in talibus commentariis nunc describendis non immorabor. Sed breviter tantum delibabo quædam capita Minuciani libelli, ut lectorem præmoneam.

Cæcilius principio laudat nescio quam sive Academicam ἀναπαλήψίαν, sive Pyrrhonicam ἐποχὴν, quasi nulla esset religionis scientia: & Epicurea audacia exagitat Dei providentiam, propè ut ille Cotta apud Ciceronem in libris de Nat. deor. Octavius providentiam defendit: neque iis etiam argumentis uti dedignatur, quibus Velleius apud eundem Ciceronem refellit Cottæ vanitatem. Cæcilius exprobrabat, Christianos Deo, ut quidam fato, addicere quicquid agitur gerituve. Abs verbo Fati, tametsi odioso propter inceptias Stoicorum, qui ea voce abutebantur, non abhorret Octavius. Sed longiorem ea de re disputationem in aliud tempus rejicit, & eum veluti scopulum cautè refugit. Sanè Hieronymus in Catal. & ad Magn. testis est, quendam de fato librum olim Minucio inscriptum fuisse. Sed falsam fuisse inscriptionem monet. Credo illi à quibusdam esse ascriptum, quia hîc videbatur tale aliquid esse pollicitus. Arnobius quem Minucii discipulum & imitatorem appellare soleo, modò adversarios de fato accusat, modò etiam Christianos eodem nomine accusatos fuisse ostendit: & in utraque tamen causa, cùm ad rem ventum est, hæret, & nescio quomodo attonitus ἐπέχει. Nam (juvat enim propter Minucium & quosdam alios obiter hoc notare) lib. 7. posteaquam exagitavit fatum, præsertim quale Stoici fingebant: *has tamen* (inquit) *partes, quia res nimium longi est multiq; sermonis, inexplicatas transcurrimus atque intactas.* Idem lib. 11. cum scriberet Christianos urgeri rogatos, an sine Dei voluntate quicquam fieret: tam se utrinque premi sentit, ut ad elabendum, deprecatione cujusdam ignorantiæ utatur. *Si* (inquit) *cuncta ejus voluntate conficiuntur, nec citra ejus nutum quicquam potest in rebus vel provenire vel cadere: necessariò sequitur, mala etiam ut cuncta voluntate ejus intelligantur enasci. Sin autem dicere voluerimus, pessimorum ab eo rejicientes causas, mali esse conscium generatoremq; nullius: incipient videri aut eo invito res pessima fieri, aut* (*quod sit immane dixisse*) *nesciente, ignaro, & nescio.* Quid igitur tandem, inter has veluti Symplegadas constrictus, quæstioni respondet? *Respondeamus* (inquit)

necesse

neceſſe eſt, neſcire nos iſta, &c. Juſtinus antea in ſua apologia non dubitaverat τὴν τ εἱμαρμένης ἀνάγκην (ut appellat) apertè inficiari, planéque rejicere, dum ſcopulum unum, quem imminere alioqui putat, vult effugere. Atqui tunc in alterum incurrit, quem non minus aut Minucius aut Arnobius reformidaſſe videtur. Tandem verò Auguſtinus in eadem Africa volens veluti perſolvere, quod Minucius pollicitus eſſe dicebatur, &, quod hic præſtare fortaſſe vix potuiſſet, cumulatè dependere: ſubtiliter expoſuit in hac quæſtionè medium quidpiam, quo ſatisfieri poſſe judicavit utrique difficultati. Sciebant & Minucius & Arnobius, quænam olim fuiſſet diſſenſio diſputatioque inter Chryſippum & Diodorum περὶ δυνατῶν, καὶ εἱμαρμένης, ſive de fato. Nam & nos ex Cicer. & Plutarcho illam utcunque cognoſcimus. Sed ne in hujus quidem judicibus & arbitris noſtri quicquam deprehendebant, quod omnino ſequerentur. Itaque quamdiu non liquebat, Amplius pronunciare, quàm temerè aliquid ſtatimque definire maluerunt.

Redeo ad Cæcilium. Is ſuorum numinum antiquitatem, paſſimque receptam auctoritatem, quantum poteſt, tuetur: Chriſtianorum Deum verum & unicum exagitat, & eos interea tanquam ἀθέους proſcindit: Octavius idolorum fabulam & vanitatem falsè traducit, iiſdem etiam verbis uſus, quibus Cyprianus in eodem argumento utitur. Neq; verò difficilis fuit reprehenſio, cum quidem & ipſius Ciceronis libri de Nat. Deor. veluti ſuffragarentur. Nam & Arnobius teſtis eſt, propterea quoſdam Chriſtianorum hoſtes aliquando muſſitaſſe, libros illos juſſu ſenatus abolendos atque concremandos eſſe. Quid? res ipſa, quæ abs ſuis quoque cultoribus eſt irriſa, (nulla enim unquam ſtultior atq; ineptior fabula ullius ſuperſtitionis fuit) ultrò ſeſe refellebat. Sed quod huc pertinebat, facilè deſcribere potuit Minucius ex Tertulliano, Juſtino, Athenagora, Theophilo: ut & poſtea ex Minucio Arnobius, Lactantius, Ambroſius, Auguſtinus, cum eandem cauſam agerent. Certè quòd Octavius de Saturno narrat, Lactantius ipſum Minucium auctorem laudans repetit, latiusq; exponit lib. 1. cap. 11. Ut autē Octavius totā fabulam Romanæ ſuperſtitionis falsè ſubſannat: ſic & ipſorum oraculorum, quibus tantopere gloriabantur Ethnici, vanitatem eleganter oſtendit: ac ante ſuam quidem ætatem oraculum Apollinis Pythii deſiiſſe ſignificat: ſicuti & Plutarchus fatetur temporibus Adriani Imp. planè defeciſſe. Sic enim cum Chriſtianæ religionis veritas invaleſceret, neceſſe fuit evaneſcere impoſturam

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſturam illorum τῶν χρησμῳδῶν. Porrò Octavius de dæmonibus & eorum, cum abs Chriſtianis adjurantur, trepidatione narrat, quod antea Juſtinus & Tertullianus in Apolog. & Cyprianus contra Demetrianum, & poſtea Lactantius lib. 4. capite vigeſimo ſeptimo. Itaque facile refellit ipſum quoque Ulpianum, Chriſtianos, ut impoſtores, hujus (ut vocant) exorciſationis cauſa, irridentem. L. 1. De extraordinaria cognitione. Inanes non fuiſſe exorciſmos poſterioribus quoque temporibus, & fuiſſe frequentes in Eccleſia, intelligi quoque poteſt ex Optato Afro & Auguſtino, ſcriptoribus à Minucio minimè alienis.

Sed & de Deo unico multa Octavius inculcat, non diſſimilia iis, quæ Juſtinus περὶ μοναρχ. & Clemens Alexandrinus collegerant. Nam & utrumq; legiſſe noſter potuit. Neque verò præterit, quod Cyprianus urget, ipſum quoq; vulgus naturaliter appellare Deum unum & ſingularem, cùm Numen invocat; ſicuti & Lactantius libro ſecundo, cap. primo ait, Ethnicos, cùm jurarent, Deum potius quàm Jovem nominaſſe. In antiqua formula jurisjurandi Rom. nominatur Dieſpiter. Sed Cicero lib. ſeptimo epiſt. ad Trebat. dixit, *jurare Iovem lapidem*. Sæpè etjam Jovis meminiſſe olim jurantes conſtat, & apud Græcos Ζεὺς ὅρκιος eſt appellatus. Mirum verò, quod Cæcilius gloriatur, ignotis etiam numinibus Romanos aras extruxiſſe. Nam quid hoc aliud eſt, quàm errorem confiteri? Talem aram Paulus Athenis vidiſſe ſe ait, & ex ea ſumit argumentum convincendæ hujus ignorantiæ, docendorumque Athenienſium. Neque in Attica modò, ſed & in Elide fuiſſe aras ita inſcriptas, teſtis eſt Pauſanias. Et fortaſſe poſtea Octavius cum docere Cæcilium inſtituit, Pauli exemplo inde repetiit ſuæ Catecheſeos de veri Dei cognitione principium.

Illud quoque mirum videri poſſet, Cæcilium gloriari, quæ apud alios populos ſingula numina coluntur, univerſa Romæ coli: nihil ut ſuperſit, quàm ut ſuum Pantheon gloriosè oſtentet. Atqui obſtabat lex Romuli, quæ peregrinos Deos coli vetabat. Obſtabat Ciceronis ſententia, qui confuſionem religionum alioqui fore pronunciat. Sed peregrinos fortaſſe non judicabant, quia jam erant publicè acciti, & veluti civitate donati. Sic Urbs illa, quæ ab Athenæo ſcitè dicta erat ἄπτωμὴ τ οἰκεμένης, falsè abs Theophilo noſtro ante Minutii ætatem appellata eſt ἄπτωμὴ τ δεισιδαιμονίας. Nam & Tertullianus dixerat, in ea conſediſſe conventum dæmoniorum, curiamque Deorum. Interea non temerè adjecit, illic quidvis co-

lere

lere jus fuisse, præter Deum verum. Estque profectò memorabile quod Augustinus lib. primo de consen. Euang. cap. 18. scribit, cur illum unum non coluerint Romani, qui colebant omnes alios. *Quia* (inquit) *solum se coli voluerit, illos autem Deos gentium, quos isti jam colebant, coli prohibuerit.* Cùm autem de ipso Christo quæreretur, alia etiam causa fuit, cur Senatus reclamaret. Porrò ut Augustinus in eo libro multa inculcat, quæ ex nostro Octavio repetita videri possent, sic & quod eleganter respondet de excidio Hierosolymitano, Octavii de eadem re responsionem confirmat. Sed singula nunc describere nihil attinet. Redeo ad Minucianum auditorium.

Cæcilius Christianos accusat quòd templa tanquam busta despiciant. Fatetur Octavius. Nam & Clemens Alexandrinus in προτρεπτ. antea probaverat illa esse sepulchra. Sed & Arnobius libro sexto templa bustis superlata fuisse ait. Cæterùm Christiani alia postea ratione ex suorum Martyrum sepulchris, non modò templa, sed & altaria effecerunt. Neque non potuit Minucius ea vidisse. Sed ita est profectò. Etsi majores nostri religionis nomine multa facerent in speciem similia iis quæ ab ethnicis fiebant: tamen quia alius erat finis, aliusque usus, sua sacra defendi posse sciebant, etsi aliorum κακοζηλίαν damnarent. Sacrificiorum Romanorum ritus quàm valde irridet? Atqui non dissimilis eorum, quæ lege divina Iudæis mandata erant, forma fuit.

Etsi autem Christiani ætate nostri Minucii sua templa superbè attollere ad exemplum ethnicorum non possent, tamen suas saltem habebant cryptas, & quasdam etiam ædes & domus sacras in apertis & editis locis, ut Tertullianus ait, & lubenter conveniebant ad illa suorum martyrum sepulcra: quæ κοιμητήρια vocabant. Nam & hæc illis permisisse Galienum Imper. (qui Minucii ætatem non longo intervallo attigit) Eusebius scribit. Ridet autem Cæcilius, quod Christiani suos jam vita functos, non tam mortuos esse, quàm dormire dicerent, & crederent, corporumque resurrectionem futuram jactarent. Atqui & apud suum Homerum legerat, ὀνώντας ἐγείρειν, & apud Virgilium, Somnos adimere, cum de mortuis in vitam revocandis agitur. Quid præterea hîc responderit Octavius, conferri potest cum iis quæ antea Theophilus, Athenagoras, Justinus, Tertullianus eadem de re scripsere. Nam hos secutus Minucius est. Ridet Cæcilius Christianos quòd cadavera ungant, non coronent. Atqui & Romani, etsi quid agerent, ignorarent, unguenta funebria habebant. Notus est ille Ennii versiculus, *Tarquinii corpus bona*

pus bona fœmina lavit & unxit. Et licet Leges duodecim Tabul. servilem uncturam cadaverum (ut ait Cicero) tollerent, aliam tamen relinquebant: & ipsi Jurisconsulti inter justos funeris sumptus unguenta referunt. L. 37. De religios. & sumpt. fun. Quod ad coronas cadaverum attinet, fatetur Octavius Christianis ineptas videri: & eos propterea in eo genere ethnicos imitari nolle. Tertullianus in lib. de Cor. milit. ait, à seculo coronari & ipsas libitinas: & ipse Cicero pro Flacco meminit aureæ coronæ impositæ mortuo cuidam Castricio. Verùm quid antiquæ leges Rom. de coronis cadaverum statuerent, dixi ad duodecim Tab. Denique ridet & indignatur Cæcilius, apud Christianos cadavera humari, non uri. Verum est vetus illud, *Risu inepto nihil est ineptius.* Quid Octavius? Simpliciter respondet, antiquam esse suam & meliorem sepeliendi consuetudinem. Quod & Arnobius respondit. Nam & post Minucium mota iterum hæc quæstio est. Atqui Romani poterant sui saltem Ciceronis librum secundum de legibus legisse, qui hunc morem defendit & confirmat. Et Plinius libro septimo, capite quinquagesimo quarto, Ipsum, inquit, cremare, non fuit veteris instituti apud Romanos: terra condebantur. Sanè Tertull. de cor. milit. ait: Christiano non licuisse cremare. & in lib. de resurrect. carn. ridet eos, qui atrocissime (ut ait) exurunt defunctos.

Porrò Augustinus libro undecimo Confess. significat, in Ecclesia Ostiensi peculiarem aliquem etiam fuisse morem humandorum corporum. An is quoque jam tum in usu esset, cum ibi ageret Minucius, nescio. Ridiculum verò, quod Cæcilius, severus scilicet censor, Christianos accusat, quia neque unguentis delibuti, neque sertis redimiti essent. Mirum, quòd interea non miratur, eos tamen usos jam tum fuisse oleo & chrismate. Sanè sobriam, siccam, frugalemque vitam, hoc est, ab unguentis alienam, ipsi etiam ethnici laudare solebant: & Plato ex sua Repub. quam optimam suo judicio fingit, Homerum non ejicit nisi unguento perfusum & vittis redimitum, & (ut hic noster Octavius ait) coronatum: cum significaret sese habere nolle cives tam molles. Ac ne longius abeam, Vespasianus quendam unguentis madentem, & gratias agentem pro impetrata præfectura, aversatus, Mallem, inquit, allium oleres. Sed quid non objiceret Cæcilius, cum etiam Christianos accuset, quia flores naribus supponerent, nec capiti coronando imponerent. Atqui ipse Lucianus in suo Nigrino ipsos Romanos rectius irridet, quòd Christianos hic non imitentur, & faciant contra

natu-

naturam, planeq; nihil aut sapiant, aut sentiant. Adde Terrull. de cor. milit.

Cæterùm Cæcilius, ut alter Lucianus in Peregrino, Christianos irridet, quòd colant hominem crucifixum. Octavius breviter negat hominem tantum esse, quem colunt: & regerit, adversarios potius esse ἀνθρωποκάτους, qui reges tanquam Deos colant, & per eorum etiam genium jurent: quin imò gravius puniant ita pejerantem, quàm si quis suum Jovem jurando sciens falleret. Suspicor hic notari quandam constitutionem Alexandri Severi: quæ tamen relata est in libros Juris. L. 11. Cod. de rebus credit. Sanè olim Christianos noluisse uti tali formula jurisjurandi, testis est Tertullianus in Apologet. Sed tanto magis miror, eam posteriorum Cæsarum Christianorum legibus commendari.

Cæcilius contumeliosè objicit, Christianos etiam ipsam crucem adorare. Negat Octavius. Adversarius iis, ut furciferis maledicit. Noster (non enim eum pudet crucis Christianæ) cruciferos suo modo dici, non recusat, & de suo crucis signo religioso (quod certè majoribus olim nostris familiare fuit) respondet, quod antea Justinus & Tertullianus scripserant, & postea Lactantius lib. quarto, capite vigesimo septimo. Nam & quanti illud fecerit Constantinus, notum est: certè ut vulgo res minus esset ignominiosa, edixit, ne deinceps facinorosi cruci affigerentur. Non desiit tamen Julianus Apostata, ut Cæcilius, Christianis ignominiæ causa exprobrare crucis cultum, sicuti ex Cyrillo intelligi potest.

Mira est impudentia calumniæ. Eo tandem evasit, ut nescio quæ sacrorum monstra Christianis objicerent adversarii, & qualia demens (ut quidam Poëta dixit) Ægyptus portenta colit. Audet etiam Cæcilius fingere illos adorare caput asini, quanquam primus hoc non finxerit. Octavius tam putidam calumniam infitiatione depellit, & id potius de adversariis verè dici posse, recriminando probat, secutus suum Tertullianum: qui & Christianos vulgò dictos esse asinarios, & Christum ipsum auribus asininis tanquam aliquem Midam ab impio pictore expressum fuisse narrat. Talem autem confictam fabulam esse significat, quòd Cornelius Tacitus mentiendo tale quippiam de Judæis recitasset. Verùm & ante Tacitum multis annis Appio Alexandrinus tempore Caligulæ in Judæis accusaverat quandam ἀνοσιότητα. Cæterùm cum Josephus tale mendacium jam refutasset, minus ignoscendum est Tacito, qui in eo perstat; minimè verò illis, qui majori etiam impu-

impudentia Christianis hoc probrum aspergunt.

Turpius est, quod Cæcilius eodem pudore clamitat, eos colere nescio quæ pudenda. Ecquò ruit impura maledicentia? Octavius suæ verecundiæ esse intelligit, id longiori oratione non refellere. Interea audire cogitur alia non minus nefanda, cum Cæcilius declamaret, nefarios esse Christianorum cœtus antelucanos, incesto & parricidio pollutos, propè ut olim erant Romæ Bacchanalia. Octavius talia crimina non solum abs suis depellit, sed etiam retorquet in adversarios. Quàm incesta essent Romanorum sacra, non est ignotum. Nam & eorum Poëta, Nota bonæ, inquit, secreta Deæ. Diu etiam humanas victimas immolarunt: etsi in aliis gentibus hanc, non jam dico sanctam, sed sanguinariam & sceleratam feritatem deprehenderent. Est autem memorabile, quod Plutarchus in Problemat. narrat eos obtendisse ad hoc suum factum excusandum, aliorumque damnandum. Mirum verò, Christianis sacra talia objecta fuisse. Fuit tamen vetus & diuturna hæc calumnia: & quidem promiscuæ libidinis coitio, & quia Christiani sese fratres sororesque appellarent, atque etiam oculo sese invicem exciperent. Quid dicam oculo quosdam impudicè abusos esse, ut & fatetur & conqueritur Clemens Alexandrinus in Pædagog. Christiani satis multa castissimi sui pudoris testimonia opponebant. Sed nihil audit impudens malevolentia, quæ ut linguam habet intemperantem, sic neque frontem, neque aures habet. Sanè & olim Appionem tale quippiam de Judæorum cœtibus confinxisse narrat Josephus. Ergo nihil nostris tali infamia oppressis aliud superfuit, quàm, quod scitè & eleganter Æschylus ait, τῷ ἀληθείαν ἀναπθέναι τῷ χρόνῳ. Non erant impostores, qui verba darent: non homines clamosi & impotentes, qui convitiis, maledictis, libellis famosis adversarios vicissim opprimere vellent. Rebus ipsis falsum refellere, & eo tandem modo vincere sedendo & silendo, malebant: & bona interea conscientia sese sustentabant atque consolabantur. Sic bonam causam agebant benè.

Mirum rursus, Cæcilio tam insolentem visam esse illam inter eos fraterni nominis communionem, cum & ipse Ulpianus scripserit, eum, qui fraterna charitate diligitur, etsi frater non sit, rectè tamen fratrem simpliciter appellari: quod & in libros Juris relatum est, L. quinquagesima octava. De hæredib. instit. Quinimò & olim ipsos Essæos, ante tempora Christianorum, ita sese invicē compellasse, didici ex quodā Philonis fragmento, quod extat apud Eusebiū περὶ προφ. Horri-

Horribilius est alterum quod objiciebat crimen infanticidii: cœpitque hæc calumnia paulo post tempora Trajani, & ad Constantini ætatem perduravit, & quidem cum tragica suspicione cujusdam cœnæ Thyesteæ. Sed unde hæc suspicio? An quia Christiani dicere solerent se vesci corpore & sanguine Christi? sicut ediverso narrat Augustinus quosdam aliquando existimasse ab Christianis adorari Cererem & Bacchum, cum audirent in eorum mysteriis tanti fieri panem & vinum, neque alioqui rem intelligerent. Quid dicam, quod Epiphanius narrat quosdam hæreticos, qui Gnostici & Cataphryges & Pepuziani appellabantur, se verò Christianos esse mentiebantur, commisisse, quod hic Cæcilius omnibus Christianis objicit? Sed an æquum fuit, ut viris bonis propterea affingeretur, quod ab iis erat alienissimum? Adversarii loco probationis obtendebant famam & rumorem. Sed nullo quoque jure id fieri, leges civiles pro nostris respondebant, & ipse Quintilianus dixit, nulli non etiam innocentissimo accidere posse fraude inimicorum falsa vulgantium, ut siniſtro rumore laboret. Quàm verò procul abessent Christiani abs omni homicidio, satis Octavius ostendit, cum ne homicidium quidem in ludis gladiatoriis spectare eos per suam religionem potuisse narrat, quod & antea Theophilus dixit contra Autoly. & eodem tempore Athenagoras in Apologia, & latius Tertullianus in libro de Spectacul. & postea Lactantius libro sexto, capite vigesimo. Sed neque cæsæ pecudis sanguinem gustasse nostros Minutius affirmat, sicuti & Tertullianus. Sic enim quam Apostoli repetitam Nohæ legem rursus tulerant, multis seculis nostri diligenter observarunt, non minus quàm Apostolicum in eadem Synodo decretum περὶ πορνείας. Certè quàm honestum, religiosum, pudicum, castumque fuerit Christianorum solenne convivium, quod Ἀγάπην appellabant, Cæcilius, si verum ingenuè dicere, quàm improbè mentiri noluisset, intelligere potuerat non solum ex Tertulliani nostri apologia, sed & sui Plinii quadam ad Traianum epistola. Sed petulantiam projectæ maledicentiæ quid refrenare posset? Dixi de eo convivio plura in annotationibus ad illam epistolam, quæ jam repetere nihil attinet. Utut autem nocturni Christionorum cœtus innoxii essent, tamen obstabat lex duodecim Tab. multis decretis confirmata, & gravia erant judicia de collegiis illicitis. Nostri verò respondebant, nihil Reipub. esse periculi à suis coitionibus, quia essent alienissimi ab omni vel ambitione vel ullius dignitatis cogitatione, nihilque esset in repub.

quod

quod affectectarent, sed sua essent privata conditione contenti, ut Tertullianus in Apolog. respondet.

Cæterùm ut jam prætream reliqua capita vel accusationis Cæcilianæ, vel Octavianæ defensionis, illud observate juvat: cum calumniator ingeniosus & acer nihil non vel confingat vel exaggeret, & majestatis quædam leviora crimina adjungat: præteriisse crimen perduellionis, quod & alii antea objecerant, & ad reos statim opprimendos inprimis idoneum esse videbatur. An id dissimulavit, quia ne tenuis quidem ejus esset suspicio? Fuit certè perpetua hæc majorum nostrorum gloria, quòd nullis injuriis tam irritari potuerint, ut in principes aut tyrannos, etsi ab iis indignissimè vexarentur, hostili animo essent, aut ullis adversus eos conjuratis conspirationibus (quæ tamen alioqui & speciosæ & frequentes tunc erant) assentirentur: aut quid sua patientia, tolerantia, modestia, continentia dignum esset, non meminissent. Tantum abest ut essent aut turbulenti aut seditiosi, aut immani cupiditate ultionis abriperentur. Nam etsi ea multitudine septi essent, ut facilè possent conficere quod in hoc genere instituissent, tamen fas non esse putabant. Et verò suæ alioqui religionis & principia sustulissent, & fundamenta evertissent. Imò verò humanæ societatis vincula omnia dissolvissent. Quid multi etiam philosophi ambitiosè prædicarent de tyrannicidis, notum erat. Sed nostri talibus flabellis incendi se non patiebantur; quantum abest ut religionis nomine ad publicum parricidium incitarentur. Nihil est prætermissum quod eos inflammare posset, & furor fieri dicitur læsa sæpius patientia. Sed eos religio continuit, & ad invictam modò patientiam armavit. Id verò, de quo etiam quæri hoc tempore audio & miror, perpetua plurium seculorum historia nos aliàs confirmabimus. Illud modò breviter attingam, quod Minucius dicere potuit, ac paulò ante ejus ætatem accidit.

Tertullianus ad Scapulam, *Circa Majestatem*, inquit, *Imperatoris infamamur: tamen nunquam Albiniani vel Nigriani vel Cassiani inveniri potuerunt Christiani.* Juvat & alterum ejusdem Tertulliani locum, cujus memoriam veterem hisce temporibus renovari plurimum interest, asscribere. *Vnde*, inquit in Apolog., *& Cassii & Nigri & Albini? unde qui inter duas Lauros obsident Cæsarem? Vnde qui faucibus ejus exprimendis palæstricam exercent? Vnde qui armati palatium irrumpent, omnibus Stephanis atque Partheniis audaciores? De Romanis, (ni fallor) id est, de non Christianis.* Ne hunc quidem locum ex historia illu-

strare

ſtrare gravabor. Avidius Caſſius, Syriæ Legatus, adverſus M. Antoninum Imp. ſurrexerat, cum prætexeret ſe Rempub. reſtituere atque conſervare velle, quam Marci diſſoluta indulgentia peſſundaret. Chriſtiani tamen qui in Marci exercitu adverſus Marcomannos tam frequentes fuerunt, Caſſianæ factionis nulli fuerunt. Commodum impurum tyrannum & noſtris infeſtiſſimum domi ſtrangulari Romani curarunt, qui illi maximè erant familiares. An his Chriſtianus ullus adfuit? Septimio Severo, qui ad Imperium gladiatorio animo viam affectabat, ſeſe oppoſuit Peſcennius Niger in Syria, & deinde Clodius Albinus in Britannia Galliaque, cum uterque tam bono jure armatus, quàm Severus, ſibi eſſe videretur. Nam & ipſe Tertullianus in libro de Pallio, hoſce non minus quàm Severum, Auguſtos aliquando agnovit atque appellavit. Chriſtiani tamen in eorum vel exercitu vel factione nulli inventi ſunt. Plautianus, qui Principi proximus erat, & poſt eum maximæ auctoritatis, ut Severus & Caracalla, à quibus fiebant multa crudeliter, jugularentur, immittit in curiam ſuum Præfectum, & eodem paulò pòſt irrumpit. An Plautianum Chriſtiani ſecuti ſunt, quorum intereſſe videbatur tyrannos illos tolli? Imò verò potius Severum jam decumbentem illi ſuo etiam oleo curarunt, ſanaruntq;, ut teſtis eſt Tertullianus ad Scapulam, ubi & ſolennes Eccleſiæ preces pro Principibus commemorat. Tum addit: *Ex regula patientiæ divinæ agere nos ſatis manifeſtum eſt, cum tanta hominum multitudo, pars penè major civitatis cujuſque, in ſilentio & modeſtia agimus. Abſit enim, ut indignè feramus ea nos pati, quæ optamus: aut ultionem à nobis aliquam machinemur, quam à Deo expectamus.* Non diſſimilia ſunt, quæ repetit in Apolog. & digna ſunt, quæ his quoque temporibus inculcentur. Certè ait, Chriſtianos facile paucis faculis vel una nocte potuiſſe ſeſe ulciſci, ſi aut fuiſſent aut eſſe voluiſſent (quod tamen jam à temporibus Neronis dicebantur) incendiarii. *Sed abſit*, inquit, *ut aut igni humano vindicetur humana ſecta, aut doleat pati, in quo probatur.* Ait, illis, ſi apertè agere & vim vi repellere voluiſſent, minimè defuiſſe vim numerorum & copiarum. *Sed*, inquit, *apud iſtam diſciplinam magis occidi licet, quàm occidere.* Ait, illos etiam ſine armis potuiſſe vincere ſecedendo, & vacuum Romanis ſuum orbem relinquendo, ſi aliò migrare voluiſſent. Tum enim defuiſſent quibus imperaſſet Rom. Imp. Adeò pauci ſupererant, qui non eſſent Chriſtiani. Sed noſtros & cives manere voluiſſe, & ad hoſtes Romanorum tranſire noluiſſe ſignificat, & interea tamen à Romanis

appel-

appellatos esse non hostes modò, sed & principum & humani generis hostes. Cæterùm tàm injusta & aperta fuit hæc injuria, ut ipsos tandem hostes Christianorum puduerit tam & ingratè agere, & loqui impudenter. Ergo Cæcilius, quantumvis esset impudens, erubuit iis aliquod perduellionis crimen affingere. Quidvis aliud objicere, carpere, mentiri, calumniari maluit. Sed neque Christianis ascribit causam publicarum calamitatum: quod tamen eo tempore alii adversarii odiosè facere imprimis solebant. Tristissima sanè, ætate Minucii, erat facies Romani imperii, horribilisque dilaceratio atque confusio. Quid dicam genus omne malorum tunc inundasse? orbemque & concussum & permixtum bellis, incendiis, inundationibus, terræmotu, civitatum ruinis, gentium regnorumque excidiis; denique confectum & fame & peste publica? Non committit tamen Cæcilius, ut (quod vulgus tunc clamitabat, & antè postque multis seculis jactatum est) calumniaretur, Christianis totum illud chaos acceptum ferri debere, eorumque sanguine esse expiandum. Ante Minucii ætatem Tertullianus, Si, inquit, Tiberis ascendit in arva, si cœlum stetit, si terra movit, si fames, si lues, statim CHRISTIANOS AD LEONEM acclamatur. Non minus odiosa & immanis erat acclamatio tempore Cypriani, ut ex hujus ad Demetrianum epistola satis apparet. Eadem & tempore Arnobii. Nam & hic in suis adversus gentes libris laborat, ut hac publici odii & invidiæ flamma nostros liberet. Quid ipse postea Symmachus? Nonne audet talem rursus cantilenam canere? Certè dignus erat, qui audiret, quod aliquando Romæ post mortem Commodi Imp. acclamatum est: DELATORES AD LEONEM. Sed nostri abs sanguine & ultionis cupiditate erant alieni. Ambrosius non passus est eum in crimine tam falso diutius exultare. Sed cùm non multò pòst urbs ipsa capta atque direpta fuisset, non erubuerunt impii calumniatores talem postremo cladem religioni Christianæ ascribere: coactusque est rursus Augustinus tam tetræ maledicentiæ occurrere. Nam & propterea se suos de Civitate Dei libros scripsisse fatetur. Agit ergo minus malitiosè Cæcilius, qui aliorum exemplo talem facem in nostros non contorquet, neque eorum innocentiam tam indigne onerat. Imò verò iis, ut miseris, ut victis, ut servis, ipse tanquam magnis victoriis elatus, & summa felicitate cumulatus, superbè insultat: & hoc nomine tàm illorum religionem fastidiosè deprimit, quàm suam gloriosè attollit superstitionem. Sic enim profani homines

mines ex fortuna & rerum successu pendent. Sic ipse Cicero pro Flacco contumeliosè exagitat Judæorum & gentem & sacra. Sed & Appionem Judæis servitutem, & ærumnas, tanquam falsæ religionis testimonia, confidenter objecisse, ex Josepho intelligimus. Mirum verò, post tempora quoque Constantini, Julianum Imp. nostros eadem ratione impetiisse, sicuti ex Cyrilli responsionibus cognoscimus. Quanto id magis potuit Cæcilius, qui Christianos, nisi afflictos, miseros, pauperes, nullos viderat? Itaque magno supercilio & fastu & contemptu eos despuit, & tanquam καθάρματα καὶ περίψηματα (utor Apostoli verbis) proculcat. Sed Thrasonicos ejus spiritus altiori animo despicit Octavius, iisque sanctam quandam superbiam opponit, qua & in paupertate divites, & in servitute liberi, & in media denique morte victores essent nostri. Utut autem Cæcilius initio despumans, & intemperanter convicia profunderet, & minas efflaret, & ampullas horribiles projiceret, denique Christo insultaret: tamen veris victus paulò post cedit, neque arbitri, judicisque Minucii sententiam expectat, sed ultrò illi occurrit. Admirabilis profectò conversio, præsertim tam repentina. Sed ea ostendit, sanabiles multos Romæ fuisse, qui videbantur alioqui depositi & deplorati. Veritati verò errorem facile cedere. Ergo Cæcilius quadam veluti in jure cessione Octavio vindicanti addici poterat. Certè vinci dedique non recusat, & Octavianæ orationis quodam quasi fulmine perculsus, tanquam alter quidam Paulus, subitò religionem, quam ignorans oppugnaverat, admonitus complectitur. Vellem autem, Minucius nobis quoque exposuisset totam hujusce μετανοίας historiam: ut &, qua lege, qua conditione, quibus sponsoribus, quo ritu, qua ceremonia, Cæcilius Romam reversus, in Ecclesiæ collegium & communionem cooptatus fuerit, intelligeremus. Nam & antiqui illius moris memoria expetenda est. Sed quod Hieronymus ad Chronica Eusebii, & Augustinus libro octavo Confession. narrant de duobus aliis ejusdem & conditionis & ordinis, & gentis, & ingenii viris, Arnobio & Victorino: cogitemus factum quoque esse de Cæcilio. Imò verò hic Cæcilius fatetur, sese, posteaquam intellexit, quid non sit vera religio, desiderare intelligentiam, cognitionem, institutionem religionis veræ; eam verò catechesin in diem sequentem fuisse rejectam Minucius scribit. Sed tanto magis dolco, alteram hanc scholam, quæ Minuciani libri optima & maxima pars fuisset, non editam esse: saltem non extare. Nam neque satis est, falsum refel-

lere: verum etiam docere oportet: ut & quid non sit, & quid sit Deus aut religio, exponatur. Sed bene habet: quod hic desideramus, sarcire potest Augustini liber de Catechizan. rudib. qui & leges & formulam veteris catecheseos eleganter describit: & quomodo sit agendum cum doctis & literatis, etiam monet: neque dissimilem Minucii ætate credo catechesin fuisse: & his quoque temporibus non observari miror. Juvat autem, ut Cæcilium audivimus accusatorem & adversarium, nunc rebus conversis spectare catechumenum. Catechumeni tunc etiam appellabantur auditores, vel audientes, sicuti ex multis Tertulliani locis apparet: erantque inprimis dociles, minimeque refractarii: quod & ipse Lucianus in Philopat. indicat. Contentiosæ itaque disputationes nullæ cum iis erant: sed placidis monitionibus religio docebatur. Post catechesin, qui jam sua nomina Ecclesiæ dederant, ut baptismo initiarentur, appellati sunt competentes: eorumque rursus in ordine Cæcilium jam nostrum conspicere juvat. Post baptismum candidatus denique particeps fiebat τ μυστηίων, à quibus antea procul abesse jubebatur. Neque sane de iis, aut promiscuè disputare, aut coram profanis hominibus differere, majores nostri solebant. Testis est Theodor. in Eran. Nam illa religiosius atque adeò timidius tractanda esse sentiebant: & quorsum alioqui res evaderet, longè prospiciebant. Itaque licet, cum accusarentur eorum σωάξεις, magna causa esse videretur, cur exponere deberent quicquid in iis ageretur, tamen de mysteriis nihil dicunt in foro, neque de iis cum adversariis aut contendunt aut litigant.

Atque hæc quidem hactenus breviter præmonere visum fuit, ut ad Octavii Minuciani lectionem viam veluti præmunirem, quæ & Christianarum antiquitatum memoriam nobis commendat, & ad eam renovandam nos excitat, qui & alioqui Romanas tanto studio persequimur. Atque utinam qui Romæ sunt docti homines, & nullum non etiam lapidem revolvunt, nullamque non in ipsis lapidibus literā observant, ut antiquæ Reipub. aliquid eruant: veteris quoque Ecclesiæ monumenta (quibus eadem urbs abundat) colligerent, pluresque, qui in ea & vixerunt, & sepulti sunt, Minucios excitarent. Satis jam, satis est novorum de religione libellorum. Veteribus potius in lucem revocandis hujus generis reliquiis operam demus: & simus aliquando doctæ antiquitatis potius quam inanis novitatis studiosi: majorumque nostrorum imagines & intueamur, & aliis, ne novi homines esse fortè videamur,

ostendamus.

ostentemus. Neque tamen, etsi eadem eorum religio, animusque idem fuerit, eadem quoque semper facies fuit, idemve status. Non enim semper vexati abjectique jacuerunt, neque tam aut ingrati aut inepti fuerunt, ut optimo jure optimaque conditione esse recusarint, cum hoc iis licuit per Principes Christianos: neque tam fatui, ut hoc beneficio non uterentur: neque tam iniqui, ut si quid in suis Imperatoribus desiderarent, paganorum (ut loquimur) tyrannorum loco eos haberent: neque tam morosi, ut publicæ tranquillitati nihil quicquam condonarent. Loquor de iis, qui non fuerunt degeneres. Sed liberæ Ecclesiæ splendorem non vidit Minucius. Servientis modò squallorem vidit. Nostrum verò est, utrumque statum & utriusque temporis conditionem rectè considerare atque discernere: & hoc externæ (ut ita loquar) formæ temporumque discrimen prudenter observare, ut & antiquitatis memoriâ, & majorum nostrorum exemplis rectè utamur. Hîc enim & prudentia magna & cautione maxima opus esse fateor: & cum lex nova rogatur fertur sæpè illud Uti rogas, sæpius istud Antiquo, nobis ut occurrat atque placeat, necesse est, resque postulat. Insculptum Romæ in veteri marmore esse dicitur, Candida fulvo nobilior auro felix antiquitas. Sed ejus præjudiciis infeliciter abuteremur, nisi liberum integrumque judicium in iis discernendis atque deligendis adhibeamus: ne vel confusè omnia misceamus, vel malitiosè prætereamus, quæ imitari nos oportet; vel etiam quæ huic ætati non conveniunt, intemperanter urgeamus. Cum olim de testamentis ageretur, lex quædam civilis respondit, retinendum esse morem fidelissimæ vetustatis. l. xviii. Cod. de testam. Cumque de finibus & ordine gubernationis Ecclesiasticæ quæreretur, audita in Niceno concilio est illa vox: Τα αρχαια εθη κρατειτω. Nulla tamen fuit superstitio, quæ intemperanter atque impotenter urgeret, quod Reipub. salus repudiaret. Et ut sapientes Jurisconsulti, ubi de Magistratuum jure quæstio esset, graviter respondebant, non solum spectandum esse, quid Romæ factum sit, sed etiam quid fieri debeat. l. xii. de offic. Præs. Sic etiam spectare debemus, non solum quid majores nostri fecerint, sed & quo tempore, & qua conditione, quave fini. neque non meminisse quoque oportet, quod Lex quædam monet, non tam exemplis quàm legib. judicandum esse. Ergo facio perlubenter, ut & jurisprudentiam & historiam conjunctim aut colam, aut saltem colendam esse

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

sæpe profitear: & quidem utramque in utroque genere, humanarum dico & divinarum rerum, sive civilium & Ecclesiasticarum. Nam & earum intelligentia atque memoria talem horum studiorum conjunctionem requirit: ut si Tiberius Imperator rectè judicavit militarem disciplinam (quod ait Suetonius) ex antiquitate esse repetendam: nos multò magis sentiamus, rectiusque dicamus, civilem & Ecclesiasticam bona fide judicioque bono inde repeti debere. Interea verò, quia varie & periculosè hic errari posse sentio, iterum iterumque obtestabor omnes bonos & cordatos, ut à factionibus aversi, & à studio partium alieni, primum vetustati tantum auctoritatis tribuant, quantum illi debetur: deinde placidè cogitent atque observent, non solum quid veteres Christiani, tempore Minucii, facerent, cum aliud non possent: sed & quid optarent, & ubi possent, faciundum esse statuerent: & verò, quid tandem, cum liberi fuerunt, fecerint, ut & Rempub. & Ecclesiam rectè constituerent.

VETE-

VETERUM DE M. MINUCIO FELICE TESTIMONIA.

LACTANTIUS LIB. I. DIVINARUM INSTITUTIONUM, CAP. XI.

Minucius Felix in eo libro, qui Octavius inscribitur, sic argumentatus est, Saturnum, cùm fugatus esset à filio, in Italiamq; venisset, Cœli filium dictum; quòd soleamus eos, quorum virtutem miremur, aut qui repentino advenerint, de cœlo cecidisse dicere; Terræ autem, quòd ignotis parentibus natos, terræ filios nominemus.

IDEM LIB. V. CAP. I.

Minucius Felix, non ignobilis inter caussidicos loci fuit. Hujus liber, cui Octavio titulus est, declarat, quam idoneus veritatis assertor esse potuisset, si se totum ad id studium contulisset.

B. HIERONYMUS DE VIRIS ILLUSTRIBUS.

Minucius Felix, Romæ insignis caussidicus, scripsit Dialogum Christiani & Ethnici disputantium, qui Octavius inscribitur. Sed & alius sub nomine ejus fertur de fato, vel contrà Mathematicos, qui cùm sit & ipse diserti hominis, non mihi videtur cum superioris libri stylo convenire.

IDEM EPITAPHIO NEPOTIANI.

Sic Minucius Felix, ita Victorinus, in hunc modum est locutus Arnobius.

IDEM EPISTOLA AD MAGNUM.

Minucius Felix caussidicus Romani fori, in libro, cui titulus Octavius est, & in altero contrà Mathematicos, si tamen inscriptio non mentitur auctorem, quid gentilium scripturarum dimisit intactum?

IDEM APOLOGIA AD PAMMACHIUM.

Taceo de Latinis scriptoribus, Tertulliano, Cypriano, Minucio, Victorino, Lactantio, Hilario: ne non tam me defendisse, quàm alios videar accusâsse.

EUCHERIUS EPISC. IN EPIST. AD VALERIANUM.

Et quando clarissimos facundiâ, Firmianum, Minucium, Cyprianum, Hilarium, Iohannem Ambrosium, ex illo volumine numerositatis evolvam.

AUCTO-

AUCTORES

A

MINUCIO CITATI.

ALEXANDER MAGNUS. 22
ANAXIMENES. 19
ANAXAGORAS. 19
ANTISTHENES. 20
ANTONIUS JULIANUS. 37
APOLLONIATES DIOGENES. 19
ARCESILAS. 13.43
ARISTO CHIUS. 21
ARISTOTELES. 20
CARNEADES. 13.43
CASSIUS, historicus. 24
CHRYSIPPUS. 20
CIRTENUS, est FRONTO. 9.35
CLEANTHES. 20
DEMOCRITUS. 20
DEMOSTHENES. 29
DIAGORAS MELIUS, atheus. 8
DIODORUS. 24
DIOGENES APOLLONIATES. 19
DIOGENES BABYLONIUS. 20
ENNIUS. 29
EPICURUS, & Epicurei. 20.38
EUHEMERUS. 22
FLAVIUS. vide, JOSEPHUS.
FRONTO CIRTENSIS. 9.35
HERACLIDES PONTICUS. 20
HESIODUS. 20
HOMERUS. 20
HOSTANES, magus. 30
Fl. JOSEPHUS. 37
MANTUANUS, & MARO, est VIRGILIUS. 19
MEMORIÆ. 7.35
NEPOS, historicus. 24
ORPHEUS. 20
PERSEUS. 22
PLATO. 21.23.24.30.38
PRODICUS CHIUS. 22
PYRRHO. 43
PYTHAGORAS. 20.38
SIMONIDES MELICUS. 13.43
SOCRATES. 12. Notatus. 29. Scurra. 43
SPEUSIPPUS. 20
STOICI. 20.38
STRATO. 22
TERENTIUS Comicus. 20
THALES MILESIUS. 19
THALLUS. 24
THEODORUS CYRENÆUS. 8
THEOPHRASTUS. 20
VIRGILIUS MARO, MANTUANUS. 19
XENOPHANES. 20
XENOPHON. 20
ZENO CITTIENSIS. 20

MARCI

MARCI MINUCII FELICIS OCTAVIUS.

COGITANTI mihi, & cum animo meo Octavii boni & fidelissimi contubernalis memoriam recensenti, tanta dulcedo & affectio hominis inhæsit, ut ipse quodammodo mihi viderer in prȩterita redire, non ea quæ jam transacta & decursa sunt recordatione revocare. Ita ejus contemplatio; quantum subtracta est oculis, tantum pectori meo, ac pænè intimis sensibus implicata est. Nec immeritò discedens vir eximius & sanctus; immensum sui desiderium nobis reliquit: utpote cùm & ipse tanto nostri semper amore flagraverit, ut & in ludicris & seriis, pari mecum voluntate concineret eadem velle vel nolle: crederes unam mentem in duobus fuisse divisam. Sic solus in amoribus conscius ipse, socius in erroribus: & cùm, discussâ caligine, de tenebrarum profundo in lucem sapientiæ & veritatis emergerem, non respuit comitem, sed, quod est glorioſiùs, præcucurrit. Itaque cùm per universam convictus nostri & familiaritatis ætatem mea cogitatio volveretur, in illo præcipuè sermone ejus mentis meæ resedit intentio, quo Cæcilium superstitiosis vanitatibus etiamnunc inhærentem disputatione gravissimâ ad veram religionem reformavit. Nam negotii, & visendi mei gratiâ Romam contenderat, relictâ domo, conjuge, liberis; &, quod est in liberis amabiliùs, adhuc annis innocentibus, & adhuc dimidiata verba tentantibus, loquelam, ipso offensantis linguæ fragmine,

gmine, dulciorem. Quo in adventu ejus non possum exprimere sermonibus, quanto, quamque impatienti gaudio exultaverim: cùm augeret maximè lætitiam meam amicissimi hominis inopinata præsentia. Igitur post unum & alterum diem, cùm jam & aviditatem desiderii frequens assiduitatis usus implêsset; & quæ per absentiam mutuam de nobis nesciebamus, relatione alternâ comperissemus, placuit Ostiam petere amœnissimam civitatem, quòd esset corpori meo siccandis humoribus de marinis lavacris blanda & apposita curatio. Sanè & ad vindemiam feriæ judiciariam curam relaxaverant. Nam id temporis, post æstivam diem, in temperiem semet autumnitas dirigebat. Itaque cùm diluculò ad mare inambulando litore pergeremus, ut & aura aspirans leniter membra vegetaret, & cum eximiâ voluptate molli vestigio cedens arena subsideret, Cæcilius, simulacro Serapidis denotato, ut vulgus superstitiosius solet, manum ori admovens, osculum labiis pressit. Tunc Octavius ait: Non boni viri est, Marce frater, hominem domi forisque lateri tuo inhærentem, sic in hac imperitiæ vulgaris cæcitate deserere, ut tam luculento die in lapides eum patiaris impingere, effigiatos sanè, & unctos, & coronatos: cùm scias hujus erroris non minorem ad te, quàm ad ipsum infamiam redundare. Cum hoc sermone ejus medium spatium civitatis emensi, jam liberum litus tenebamus. Ibi arenas extimas, velut sterneret ambulacro, perfundens lenis unda tendebat. Et ut semper mare etiam positis flatibus inquietum est, etsi non canis spumosisque fluctibus exibat ad terram, tamen crispis, torosisque ibidem erroribus delectati perquam sumus, cùm in ipso æquoris limine plantas tingueremus, quod vicissim nunc adpulsum nostris pedibus adluderet fluctus, nunc relabens, ac vestigia retrahens in sese resorberet. Sensim itaque tranquilleque progressi, oram curvi molliter litoris, iter fabulis fallen-

fallentibus legebamus. Hæ fabulæ erant Octavii differentis de navigatione narratio. Sed ubi eundi spatium satis justum cum sermone consumpsimus, eandem emensi viam rursus versis vestigiis terebamus. Et cùm ad id loci ventum est, ubi subductæ naviculæ substratis roboribus, à terrenâ labe suspensæ quiescebant, pueros videmus certatim gestientes, testarum in mare jaculationibus ludere. Is lusus est testam teretem, jactatione fluctuum levigatam, legere de litore: eam testam plano situ digitis comprehensam, inclinem ipsum, atque humilem, quantum potest, super undas inrotare: ut illud jaculum vel dorsum maris raderet, vel enataret, dum leni impetu labitur: vel, summis fluctibus tonsis, emicaret, emergeret, dum assiduo saltu sublevatur. Is se in pueris victorem ferebat, cujus testa & procurreret longiùs, & frequentiùs exsiliret. Igitur cùm omnes hac spectaculi voluptate caperemur, Cæcilius nihil intendere, neque de contentione ridere, sed tacens, anxius, segregatus, dolere nescio quid vultu fatebatur. Cui ego: Quid hoc est rei? cur non agnosco, Cæcili, alacritatem tuam illam? & illam oculorum etiam in seriis hilaritatem requiro? Tum ille: Jamdudum me Octavii nostri acriter angit & remordet oratio, quâ in te invectus, objurgavit negligentiæ, ut me dissimulanter graviùs argueret inscientiæ. Itaque progrediar ulteriùs: de toto & integro mihi cum Octavio res est. Si placet ut ipsius sectæ homo cum eo disputem, jam profectò intelliget facilius esse in contubernalibus disputare, quàm conferere sapientium modo. In istis ad tutelam balnearum jactis, & in altum procurrentibus petrarum obicibus residamus, ut & requiescere de itinere possimus, & intentiùs disputare. Et cum dicto ejus assedimus, ita ut me ex tribus medium lateris ambitione protegerent: nec hoc obsequii fuit, aut ordinis, aut honoris, quippe cùm amicitia pares semper aut accipiat, aut faciat: sed ut arbiter,

& utrique proximus aures darem, & disceptantes duos medius segregarem. Tum sic Cæcilius exorsus est: Quanquam tibi Marce frater, de quo cum maximè quærimus non sit ambiguum; utpote cum diligenter in utroque vivendi genere versatus repudiâris alterum, alterum comprobâris: inpræsentiarum tamen ita tibi informandus est animus, ut libram teneas æquissimi judicis, nec in alteram partem propensus incumbas, ne, non tam ex nostris disputationibus nata sententia, quàm ex tuis sensibus prolata videatur. Proinde si mihi quasi novus aliquis, & quasi ignarus partis utriusque confidas, nullum negotium est patefacere, omnia in rebus humanis dubia, incerta, suspensa: magisque omnia verisimilia, quàm vera. Quo minùs mirum est, nonnullos tædio investigandæ penitùs veritatis cuilibet opinioni temerè potiùs succumbere, quàm in explorando pertinaci diligentiâ perseverare. Itaque indignandum omnibus, indolescendumque est, audere quosdam, & hoc studiorum rudes, litterarum profanos, expertes, artium etiam sordidarum, certum aliquid de summâ rerum, ac majestate decernere, de quâ tot omnibus seculis sectarum plurimarum usque adhuc ipsa Philosophia deliberat. Nec immeritò; cùm tantum absit ab exploratione divinâ humana mediocritas, ut neque quæ supra nos cœlo suspensa sublata sunt, neque quæ infra terram profunda demersa sunt, aut scire sit datum, aut scrutari permissum, aut stuprare religiosum: & beati satis, satisque prudentes jure videamur, si secundum illud vetus Sapientis oraculum, nosmetipsos familiariùs noverimus. Sed quatenus indulgentes insano, atque inepto labori, ultra humilitatis nostrę terminos evagamur, & in terram projecti, cœlum ipsum, & ipsa sidera audaci cupiditate transcendimus, vel hunc errorem saltem, non vanis & formidolosis opinionibus implicemus. Sint principiò omnium semina naturâ in se coëuntę densata: quis

hic

hic auctor Deus? Sint fortuitis concursionibus totius mundi membra coalita, digesta, formata: quis Deus machinator? Sidera licèt ignis accenderit, & cœlum licèt sua materia suspenderit: licèt terram fundaverint pondera, & mare licèt influxerit liquor: unde hæc religio, unde formido, quæ superstitio est? Homo & animal omne quod nascitur, inspiratur, attollitur elementorum ut voluntaria concretio est: in quæ rursùm homo, & animal omne dividitur, solvitur, dissipatur. ita in fontem refluunt, & in semet omnia revolvuntur, nullo artifice, nec judice, nec auctore. sic, congregatis ignium seminibus, soles alios atque alios semper splendere. sic, exhalatis terræ vaporibus, nebulas semper adolescere; quibus densatis coactisque, nubes altiùs surgere; iisdem labentibus, pluvias fluere, flare ventos, grandines increpare, vel nimbis collidentibus, tonitrua mugire, rutilare fulgura, fulmina præmicare. adeò passim cadunt, montes irruunt, arboribus incurrunt, sine delectu tangunt loca sacra & profana, homines noxios feriunt, & sæpè religiosos. Quid tempestates loquar varias & incertas; quibus nullo ordine, vel examine, rerum omnium impetus volutatur? in naufragiis, bonorum malorumque fata mixta, merita confusa? in incendiis, interitum convenire insontium nocentiumque? &, cùm tabe pestiferâ cœli tractus inficitur, sine discrimine omnes deperire? &, cùm belli ardore sævitur, meliores potiùs occumbere? In pace etiam, non tantùm æquatur nequitia melioribus, sed & colitur: ut in pluribus nescias, utrùm sit eorum detestanda pravitas, an optanda felicitas. Quod si mundus divinâ providentiâ, & alicujus numinis auctoritate regeretur, numquam mereretur Phalaris & Dionysius regnum; numquam Rutilius & Camillus exilium, numquam Socrates venenum. Ecce arbusta frugifera, ecce jam seges cana, jam temulenta vindemia, imbri corrumpitur, grandine cæditur.

ditur. adeò aut incerta nobis veritas occultatur & premitur: aut, quod magis credendum est, variis & lubricis casibus, soluta legibus fortuna dominatur. Cùm igitur aut fortuna certa, aut incerta natura sit; quanto venerabilius ac melius antistitem veritatis majorum excipere disciplinam? religiones traditas colere? deos, quos à parentibus ante imbutus es timere, quàm nosse familiariùs, adorare? nec de numinibus ferre sententiam, sed prioribus credere, qui adhuc rudi seculo in ipsius mundi natalibus, meruerunt deos vel faciles habere, vel reges? Inde adeò per universa imperia, provincias, oppida, videmus singulos sacrorum ritus gentiles habere; & deos colere municipes, ut Eleusinios Cererem, Phrygas Matrem, Epidaurios Æsculapium, Chaldæos Belum, Astarten Syros, Dianam Taurios, Gallos Mercurium, universa Romanos. Sic eorum potestas & auctoritas, totius orbis ambitus occupavit: sic imperium suum ultra solis vias, & ipsius Oceani limites propagavit, dum exercent in armis virtutem religiosam, dum urbem muniunt sacrorum religionibus, castis virginibus, multis honoribus ac nominibus sacerdotum: dum obsessi, & citra solum Capitolium capti, colunt deos, quos alius jam sprevisset iratos; & per Gallorum acies mirantium superstitionis audaciam pergunt telis inermes, sed cultu religionis armati: dum captis hostilibus mœnibus adhuc ferociente victoriâ numina victa venerantur: dum undique hospites Deos quærunt, & suos faciunt: dum aras extruunt etiam ignotis Numinibus, & Manibus. Sic dum universarum gentium sacra suscipiunt, etiam regna meruerunt. Hinc perpetuus venerationis tenor mansit, qui longâ ætate non infringitur, sed augetur. quippe antiquitas cerimoniis atque fanis tantum sanctitatis tribuere consuevit, quantum adstruxerit vetustatis. Nec tamen temerè, ausim enim interim & ipse concedere & sic meliùs errare, majo-

res

res noſtri aut obſervandis auguriis, aut extis conſulendis, aut inſtituendis ſacris, aut delubris dedicandis operam navaverunt. Specta de libris memorias, jam eos deprehendes initiaſſe ritus omnium religionum, vel ut remuneraretur divina indulgentia, vel ut averteretur imminens ira, aut ut jam tumens & ſæviens placaretur. Teſtis mater Idæa, quæ adventu ſuo & probavit matronæ caſtitatem, & urbem metu hoſtili liberavit. Teſtes equeſtrium fratrum in lacu, ſicut oſtenderant, ſtatuæ conſecratæ, qui anheli, ſpumantibus equis atque fumantibus de Perſe victoriam, eâdem die, quâ fecerant, nuntiaverunt. Teſtis ludorum offenſi Iovis de ſomno plebeii hominis iteratio: & Deciorum devotio rata. Teſtis & Curtius, qui equitis ſui vel mole vel honore hiatum profundæ voraginis coæquavit. Frequentiùs etiam quàm volebamus, deorum præſentiam contempta auſpicia conteſtata ſunt. Sic Allia nomen infauſtum. ſic Claudii, & Iunii non prœlium in Pœnos, ſed ferale naufragium eſt. & ut Thraſymenus Romanorum ſanguine & major eſſet, & decolor, ſprevit auguria Flaminius: & ut Parthos ſigna repetamus, dirarum imprecationes Craſſus & meruit, & irriſit. Omitto vetera, quæ multa ſunt, & de deorum natalibus, donis, muneribus: negligo carmina poëtarum: prædicta etiam de oraculis fata tranſilio, ne vobis antiquitas nimiùm fabuloſa videatur. Intende templis ac delubris deorum, quibus Romana civitas & protegitur & ornatur; magis ſunt auguſta numinibus incolis, præſentibus, inquilinis, quàm cultus inſignibus & muneribus opulenta. Inde adeò pleni & mixti Deo vates futura præcerpunt, dant cautelam periculis, morbis medelam, ſpem afflictis, opem miſeris, ſolatium calamitatibus, laboribus levamentum. etiam per quietem deos videmus, audimus, agnoſcimus, quos impiè per diem negamus, nolumus, pejeramus. Itaque, cùm omnium gentium de diis immortalibus, quamvis

vis incerta sit vel ratio, vel origo, maneat tamen firma consensio, neminem fero tantâ audaciâ, tamque irreligiosâ nescio quâ prudentiâ tumescentem, qui hanc religionem tam vetustam, tam utilem, tam salubrem dissolvere, aut infirmare nitatur. Sit licèt ille Theodorus Cyrenæus, vel qui prior Diagoras Melius, cui Atheon cognomen apposuit antiquitas, qui uterque nullos deos asseverando, timorem omnem, quo humanitas regitur, venerationemque penitùs sustulerunt: numquam tamen in hac impietatis disciplinâ simulatæ Philosophiæ nomine atque auctoritate pollebunt. Cum Abderitem Protagoram Athenienses viri, consultè potiùs, quàm profanè de divinitate disputantem, & expulerint suis finibus, & in concione ejus scripta deusserint: quid? homines (sustinebitis enim me impetum susceptæ actionis liberiùs exerentem) homines, inquam, deploratæ, inlicitæ, ac desperatæ factionis grassari in deos non ingemiscendum est? qui de ultimâ fæce collectis imperitioribus & mulieribus credulis, sexûs sui facilitate labentibus, plebem profanæ conjurationis instituunt; quæ nocturnis congregationibus, & jejuniis solemnibus, & inhumanis cibis, non sacro quodam, sed piaculo fœderantur. latebrosa & lucifugax natio, in publicum muta, in angulis garrula; templa ut busta despiciunt, deos despuunt, rident sacra, miserentur miseri, si fas est, sacerdotum honores, & purpuras despiciunt, ipsi seminudi. proh! mira stultitia & incredibilis audacia! spernunt tormenta præsentia, dum incerta metuunt & futura: & dum mori post mortem timent, interim mori non timent. ita illis pavor & fallax spes solatio redivivo blanditur. Ac jam, ut fecundiùs nequiora proveniunt, serpentibus in dies perditis moribus, per universum orbem sacraria ista teterrima impiæ coitionis adolescunt. Eruenda prorsùs hæc, & execranda consensio. Occultis se notis & insignibus noscunt, & amant mutuò

pænè antequam noverint: passim etiam inter eos quædam libidinum religio miscetur: ac se promiscuè appellant fratres, & sorores, ut etiam non insolens stuprum intercessione sacri nominis fiat incestum. ita eorum vana & demens superstitio sceleribus gloriatur. Nec de ipsis, nisi subsisteret veritas, maxima & varia & honore præfanda fagax fama loqueretur. Audio eos turpissimæ pecudis caput asini consecratum ineptâ nescio quâ persuasione venerari. digna & nata religio talibus moribus. alii eos ferunt ipsius antistitis ac sacerdotis colere genitalia, & quasi parentis sui adorare naturam. nescio an falsa, certè occultis ac nocturnis sacris apposita suspicio. & qui hominem summo supplicio pro facinore punitum, & crucis ligna feralia eorum ceremonias fabulatur, congruentia perditis sceleratisque tribuit altaria, ut id colant quod merentur. Jam de initiandis tirunculis fabula tam detestanda, quàm nota est. infans farre contectus, ut decipiat incautos, apponitur ei qui sacris imbuatur. is infans à tirunculo farris superficie, quasi ad innoxios ictus provocato, cæcis occultisque vulneribus occiditur: hujus, proh nefas! sitienter sanguinem lambunt, hujus certatim membra dispertiunt, hac fœderantur hostiâ, hac conscientiâ sceleris ad silentium mutuum pignerantur. hæc sacra sacrilegiis omnibus tetriora. Et de convivio notum est. passim omnes loquuntur. id etiam Cirtensis nostri testatur oratio. ad epulas solemni die coëunt, cum omnibus liberis, sororibus, matribus, sexûs omnis homines, & omnis ætatis. illic post multas epulas, ubi convivium caluit, & incestæ libidinis fervor ebrietate exarsit, canis qui candelabro nexus est, jactu offulæ ultra spatium lineæ, quâ vinctus est, ad impetum & saltum provocatur: sic everso & extincto conscio lumine, impudentibus tenebris nexus infandæ cupiditatis involvunt per incertum sortis: &, si non omnes operâ, conscientiâ tamen pariter incesti; quoniam voto universo-

rum appetitur, quidquid accidere potest in actu singulorum. Multa prætereo consultò. nam & hæc nimis multa sunt, quæ aut omnia, aut pleraque omnium vera declarat ipsius pravæ religionis obscuritas. Cur etenim occultare & abscondere quidquid illud colunt magnoperè nituntur? cùm honesta semper publico gaudeant, scelera secreta sint? cur nullas aras habent, templa nulla, nulla nota simulacra? nunquam palam loqui, nunquam liberè congregari, nisi illud quod colunt & interprimunt, aut puniendum est, aut pudendum? Unde autem, vel quis ille, aut ubi Deus unicus, solitarius, destitutus; quem non gens libera, non regna, non saltem Romana superstitio noverunt? Judæorum sola & misera gentilitas unum & ipsi Deum, sed palàm, sed templis, aris, victimis, ceremoniisque coluerunt. cujus adeò nulla vis, nec potestas est, ut sit Romanis numinibus cum suâ sibi natione captivus. At etiam Christiani, quænam monstra, quæ portenta confingunt? Deum illum suum, quem nec ostendere possunt, nec videre, in omnium mores, actus omnium, verba denique, & occultas cogitationes diligenter inquirere? discurrentem scilicet, atque ubique præsentem: molestum illum volunt, inquietum, impudenter etiam curiosum. siquidem adstat factis omnibus, locis omnibus intererrat: cùm nec singulis inservire possit per universa districtus, nec universis sufficere in singulis occupatus. Quid? quod toti orbi, & ipsi mundo cum sideribus suis minantur incendium, ruinam moliuntur? quasi aut naturæ divinis legibus constitutus æternus ordo turbetur; aut rupto elementorum omnium fœdere, & cœlesti compage divisa, moles ista, quâ continetur & cingitur, subruatur. Nec hac furiosâ opinione contenti aniles fabulas adstruunt & annectunt. renasci se ferunt post mortem & cineres & favillas: & nescio quâ fiduciâ mendaciis suis invicem credunt. putes eos jam revixisse. anceps malum, & gemina dementia! cœlo & astris,

aſtris, quæ ſic relinquimus, ut invenimus, interitum denuntiare: ſibi mortuis, extinctis, qui ſicut naſcimur, & interimus, æternitatem repromittere. Inde videlicet & execrantur rogos, & damnant ignium ſepulturas. quaſi non omne corpus, etſi flammis ſubtrahatur, annis tamen & ætatibus in terram reſolvatur; nec interſit, utrum feræ diripiant, an maria conſumant: an humus contegat, an flamma ſubducat: cum cadaveribus omnis ſepultura, ſi ſentiunt, pœna ſit: ſi non ſentiunt, ipſâ conficiendi celeritate medicina. Hoc errore decepti beatam ſibi, ut bonis, & perpetem vitam mortuis pollicentur; ceteris, ut injuſtis, pœnam ſempiternam. Multa ad hæc ſuppetunt, ni feſtinet oratio. Injuſtos ipſos, magis nec laboro, jam docui. quanquam etſi juſtos darem, culpam tamen, vel innocentiam fato tribui ſententiis plurimorum & hæc veſtra conſenſio eſt. Nam quidquid agimus, ut alii fato, ita vos Deo dicitis. ſic ſectæ veſtræ non ſpontaneos cupere, ſed electos. Igitur iniquum judicem fingitis, qui ſortem in hominibus puniat, non voluntatem. Vellem tamen ſciſcitari, utrumne ſine corpore, an cum corporibus? & corporibus quibus ipſiſne? an innovatis reſurgatur? Sine corpore? Hoc, quod ſciam, neque mens, neque anima, nec vita eſt. ipſo corpore? ſed jam ante dilapſum eſt. alio corpore? ergo homo novus naſcitur, non prior ille reparatur. & tamen tanta ætas abiit, ſecula innumera fluxerunt, quis unus ullus ab inferis vel Proteſilai ſorte remeavit, horarum ſaltem permiſſo commeatu, vel ut exemplo crederemus? Omnia iſta figmenta maleſanæ opinionis, & inepta ſolatia à poëtis fallacibus in dulcedine carminis luſa; à vobis nimiùm credulis in Deum veſtrum turpiter reformata ſunt: nec ſaltem de præſentibus capitis experimentum, quàm vos irritæ pollicitationis caſſa vota decipiant. quid poſt mortem impendeat, miſeri! dum adhuc vivitis æſtimate. Ecce pars veſtrûm & major, melior,

ut dicitis, egetis, algetis, opere, fame, laboratis: & Deus patitur, dissimulat; non vult, aut non potest opitulari suis. ita aut invalidus, aut iniquus est. Tu qui immortalitatem postumam somnias, cum periculo quateris, cum febribus ureris, cum dolore laceraris, nondum conditionem tuam sentis? nondum agnoscis fragilitatem? invitus miser infirmitatis argueris, nec fateris? Sed omitto communia. ecce vobis minæ, supplicia, tormenta, etiam non adorandæ, sed subeundæ cruces: ignes etiam, quos & prædicitis & timetis: ubi Deus ille, qui subvenire reviviscentibus potest, viventibus non potest? Nonne Romani sine vestro Deo imperant, regnant, fruuntur orbe toto, vestrique dominantur? vos verò suspensi interim atque solliciti, honestis voluptatibus abstinetis: non spectacula visitis, non pompis intersestis; convivia publica absque vobis; sacra certamina, præcerptos cibos, & delibatos altaribus potus abhorretis. Sic reformidatis deos, quos negatis. non floribus caput nectitis, non corpus odoribus honestatis: reservatis unguenta funeribus: coronas etiam sepulchris denegatis, pallidi, trepidi, misericordiâ digni, sed nostrorum deorum. ita nec resurgitis miseri, nec interim vivitis. Proinde siquid sapientiæ vobis, aut verecundiæ est, desinite cœli plagas, & mundi fata & secreta rimari. satis est pro pedibus aspicere, maximè indoctis, impolitis, rudibus, agrestibus: quibus non est datum intelligere civilia, multò magis denegatum est differere divina. Quanquam, si philosophandi libido est, Socratem sapientiæ principem quisque vestrûm tantus est, si poterit, imitetur. Ejus viri, quoties de cœlestibus rogabatur, nota responsio est: Quod supra nos, nihil ad nos. Meritò ergo de oraculo testimonium meruit prudentiæ singularis; quod oraculum ipse præsensit, idcirco universis esse præpositum, non quod omnia comperisset, sed quòd nihil se scire didicisset. ita, confessæ imperitiæ summa prudentia

dentia est. Hoc fonte defluxit Arcesilæ, & multo post Carneadis & Academicorum plurimorum in summis quæstionibus tuta dubitatio; quo genere philosophari & cautè indocti possunt, & docti glorioſè. Quid? Simonidis Melici nonne admiranda omnibus, & sectanda cunctatio? qui Simonides cùm de eo, quid, & quales arbitraretur deos ab Hierone tyranno quæreretur, primò deliberationi diem petiit, postridiè biduum prorogavit, mox alterum tantùm admonitus adjunxit; postremò cùm causas tantæ moræ tyrannus inquireret, respondit ille, quòd sibi, quantò inquisitio tardior pergeret, tantò veritas fieret obscurior. Meâ quoque opinione, quæ sunt dubia, ut sunt, relinquenda sunt: nec tot ac tantis viris deliberantibus temerè & audaciter in alteram partem ferenda sententia est; ne aut anilis inducatur superstitio, aut omnis religio destruatur. Sic Cæcilius, & renidens (nam indignationis ejus tumorem effusæ orationis impetus relaxaverat:) Et quid ad hæc, ait, audet Octavius homo Plautinæ prosapiæ, ut pistorum præcipuus, ita postremus philosophorum? Parce, inquam, in eum plaudere: neque enim prius exultare te dignum est concinnitate sermonis, quàm utrinque pleniùs fuerit peroratum; maximè cùm non laudi, sed veritati disceptatio vestra nitatur. Et quanquam magnum in modum me subtili varietate tua delectârit oratio, tamen altiùs moveor, non de præsenti actione, sed de toto genere disputandi: quod plerumque pro differentium viribus, & eloquentiæ potestate, etiam perspicuæ veritatis conditio mutetur. Id accidere pernotum est auditorum facilitate, qui dum verborum lenocinio à rerum intentionibus avocantur, sine delectu assentiuntur dictis omnibus: nec à rectis falsa secernunt, nescientes inesse & in incredibili verum, & in verisimili mendacium. Itaque quò sæpiùs asseverationibus credunt, eò frequentiùs à peritioribus arguuntur: sic assiduè temeritate decepti, cul-

pam judicis transferunt ad incerti querelam, ut damnatis omnibus malint universa suspendere, quàm de fallacibus judicare. Igitur nobis providendum est, ne odio identidem sermonum omnium laboremus; ita ut in execrationem & odium hominum plerique simpliciores efferantur. Nam incautè creduli circumveniuntur ab his, quos bonos putaverunt: mox errore consimili jam suspectis omnibus, ut improbos metuunt, etiam quos optimos sentire potuerunt. Nos proinde solliciti, quòd utrinque omni negotio differatur, & ex alterâ parte plerumque obscura sit veritas, ex altero latere mira subtilitas, quæ nonnumquam ubertate dicendi, fidem confessæ probationis imitetur: diligenter, quantùm potest, singula ponderemus, ut argutias quidem laudare, ea verò quæ recta sunt, eligere, probare, suscipere possimus. Decedis (inquit Cæcilius) officio judicis religiosi: nam perinjurium est, vires te actionis meæ intergressu gravissimæ disputationis infringere, cùm Octavius integra & illibata habeat singula. Si potest refutari id, quod criminaris, inquam, in commune, nisi fallor, compendium protuli, ut examine scrupuloso nostram sententiam non eloquentiæ tumore, sed rerum ipsarum soliditate libremus. nec avocanda, quod quereris, diutiùs intentio. cum toto silentio liceat responsionem Januarii nostri jam gestientis audire. Et Octavius: Dicam equidem, ut potero, pro viribus, & adnitendum tibi mecum est, ut conviciorum amarissimam labem verborum veracium flumine diluamus. Nec dissimulabo, principiò ita Natalis mei errantem, vagam, lubricam nutasse sententiam, ut sit nobis ambigendum, utrum tua eruditio turbata sit, an vacillaverit per errorem. nam interim deos credere, interim se deliberare variavit, ut propositionis incerto, incertior responsionis nostræ intentio fundaretur. Sed in Natali meo versutiam nolo, non credo, procul est ab ejus simplicitate subtilis urbanitas. Quid igitur? ut qui rectam

ctam viam neſcit, ubi, ut fit, in plures una diffinditur, quia viam neſcit, hæret anxius, nec ſingulas audet eligere, nec univerſas probare: ſic cui non eſt veri ſtabile judicium, prout infida ſuſpicio ſpargitur, ita ejus dubia opinio diſſipatur. Nullum itaque miraculum eſt, ſi Cæcilius identidem in contrariis ac repugnantibus jactetur æſtu, & fluctuetur: quod ne fiat ulteriùs, convincam & redarguam, quamvis diverſa ſint quæ dicta ſunt, unâ veritate confirmata probataque. Nec dubitandum ei de cetero eſt, nec vagandum. Et quoniam meus frater erupit ægrè ſe ferre, ſtomachari, indignari, dolere, illiteratos, pauperes, imperitos, de rebus cœleſtibus diſputare; ſciat omnes homines ſine delectu ætatis, ſexûs, dignitatis, rationis & ſenſus capaces & habiles procreatos: nec fortunâ nactos, ſed naturâ inſitos eſſe ſapientiam: quin ipſos etiam philoſophos, vel ſi qui alii artium repertores in memorias exierunt, priuſquam ſollertiâ mentis parerent nominis claritatem, habitos eſſe plebeios, indoctos, ſeminudos. At verò divites facultatibus ſuis illigatos, magis aurum ſuſpicere conſuêſſe, quàm cœlum. noſtrates pauperes, & commentos eſſe prudentiam, & tradidiſſe ceteris diſciplinam. unde apparet ingenium non dari facultatibus, nec ſtudio parari, ſed cum ipſâ mentis formatione generari. Nihil itaque indignandum, vel dolendum, ſi quicumque de divinis quærat, ſentiat, proferat; cùm non diſputantis auctoritas, ſed diſputationis ipſius veritas requiratur: atque etiam, quo imperitior ſermo, hoc illuſtrior eſt: quoniam non fucatur pompâ facundiæ & gratiæ, ſed, ut eſt, recti regula ſuſtinetur. Nec recuſo, quod Cæcilius aſſerere inter præcipua conniſus eſt, hominem noſſe ſe, & circumſpicere debere, quid ſit, unde ſit, quare ſit; utrùm elementis concretus, an concinnatus atomis, an potius à Deo factus, formatus, animatus? Quod ipſum explorare & eruere ſine univerſitatis inquiſitione non poſſumus, cum ita cohæren-

hærentia, connexa, concatenata sint, ut, nisi divinitatis rationem diligenter excusseris, nescias humanitatis; nec possis pulchrè gerere rem civilem, nisi cognoveris hanc communem omnium mundi civitatem: præcipuè cùm à feris belluis hoc differamus, quòd illa prona, in terramque vergentia, nihil nata sint prospicere, nisi pabulum: nos quibus vultus erectus, quibus suspectus in cœlum datus est, sermo, & ratio, per quę Deum agnoscimus, sentimus, imitamur, ignorare nec fas nec licet ingerentem sese oculis, & sensibus nostris cœlestem claritatem. Sacrilegii enim vel maximi instar est, humi quærere, quod in sublimi debeas invenire. Quò magis mihi videntur, qui hunc mundi totius ornatum non divinâ ratione perfectum volunt, sed frustis quibusdam temerè cohærentibus conglobatum, mentem, sensum, oculos denique ipsos non habere. Quid enim potest esse tam apertum, tam confessum, tamque perspicuum, cùm oculos in cœlum sustuleris, & quæ sunt infra circaque lustraveris, quàm esse aliquod numen præstantissimæ mentis, quo omnis natura inspiretur, moveatur, alatur, gubernetur? Cœlum ipsum vide, quàm latè tenditur, quàm rapidè volvitur, vel quòd in noctem astris distinguitur, vel quòd in diem sole lustratur; jam scies quàm sit in eo summi moderatoris mira & divina libratio. Vide & annum, ut solis ambitus faciat, & mensem vide ut luna auctu, senio, labore circumagat. Quid tenebrarum & luminis dicam recursantes vices, ut sit nobis operis & quietis alterna reparatio? Relinquenda verò astrologis prolixior de sideribus oratio, vel quòd regant cursum navigandi, vel quòd arandi, metendique tempus inducant: quæ singula non modò ut crearentur, fierent, disponerentur, summi opificis, & perfectæ rationis egerunt, verum etiam sentiri, perspici, intelligi, sine summâ sollertiâ & ratione non possunt. Quid? cum ordo temporum ac frugum stabili varietate distinguitur, nonne auctorem

rem ſuum, parentemque teſtatur? Ver æquè cum ſuis floribus, & æſtas cum ſuis meſſibus, & autumni maturitas grata, & hiberna olivitas neceſſaria: qui ordo facilè turbaretur, niſi maximâ ratione conſiſteret. Jam providentiæ quantæ, ne hiems ſola glacie ureret, aut ſola æſtas ardore torreret, autumni & veris inſerere medium temperamentum, ut per veſtigia ſua anni revertentis occulti & innoxii tranſitus laberentur. Mari intende, lege litoris ſtringitur; quidquid arborum eſt vide, quàm è terræ viſceribus animatur. Aſpice Oceanum, refluit reciprocis æſtibus: vide fontes, manant venis perennibus: fluvios intuere, eunt ſemper exercitis lapſibus. Quid loquar aptè diſpoſita recta montium, collium flexa, porrecta camporum? Quidvè animantium loquar adverſus ſeſe tutelam multiformem? alias armatas cornibus, alias dentibus ſeptas, & fundatas ungulis, & ſpicatas aculeis, aut pedum celeritate liberas, aut elatione pinnarum? Ipſa præcipuè formæ noſtræ pulchritudo Deum fatetur artificem, ſtatus rigidus, vultus erectus, oculi in ſummo, velut in ſpeculâ conſtituti, & omnes ceteri ſenſus velut in arce compoſiti. Longum eſt ire per ſingula. nihil in homine membrorum eſt, quod non & neceſſitatis cauſſâ ſit, & decoris: &, quod magis mirum eſt, eadem figura omnibus, ſed quædam unicuique lineamenta deflexa. ſic & ſimiles univerſi videmur, & inter ſe ſinguli diſſimiles invenimur. Quid naſcendi ratio? quid cupido generandi? nonne à Deo data eſt? & ut ubera partu matureſcente lacteſcant, & ut tener fœtus ubertate lactei roris adoleſcat? Nec univerſitati ſolummodò Deus, ſed & partibus conſulit. Britannia ſole deficitur, ſed circumfluentis maris tepore recreatur. Ægypti ſiccitatem temperat Nilus; colit Euphrates Meſopotamiam; Indus & ſerere Orientem dicitur, & rigare. Quod ſi ingreſſus aliquam domum, omnia exculta, diſpoſita, ornata vidiſſes, utique præeſſe ei crederes dominum,

& illis bonis rebus multò esse meliorem : ita in hac mundi domo, cùm cœlum, terramque perspicias, providentiam, ordinem, legem, crede esse universitatis dominum, parentemque, ipsis sideribus, & totius mundi partibus pulchriorem. Ni fortè, quoniam de providentiâ nulla dubitatio est, inquirendum putas, utrum unius imperio, an arbitrio plurimorum cœleste regnum gubernetur ? quod ipsum non est multi laboris aperire cogitanti imperia terrena, quibus exempla utique de cœlo. Quando unquam regni societas aut cum fide cœpit, aut sine cruore discessit ? Omitto Persas de equorum hinnitu augurantes principatum : & Thebanorum par mortuum, fabulam, transeo. Ob pastorum, & casæ regnum de geminis memoria notissima est. Generi & soceri bella toto orbe diffusa sunt, & tam magni imperii duos fortuna non cepit. Vide cetera. rex unus apibus, dux unus in gregibus, in armentis rector unus : tu in cœlo summam potestatem dividi credas, & scindi veri illius ac divini imperii totam potestatem ? cùm palam sit parentem omnium Deum nec principium habere, nec terminum ; qui nativitatem omnibus præstet, sibi perpetuitatem: qui ante mundum fuerit sibi ipse pro mundo ; qui universa quæcunque sunt, verbo jubet, ratione dispensat, virtute consummat. Hic nec videri potest, visu clarior est; nec comprehendi, tactu purior est; nec æstimari, sensibus major est, infinitus, immensus, & soli sibi, tantus quantus est, notus. nobis verò ad intellectum pectus angustum est: & ideò sic eum dignè æstimamus, dum inæstimabilem dicimus. Eloquar quemadmodum sentio. magnitudinem Dei, qui se putat nosse, minuit : qui non vult minuere, non novit. nec nomen Deo quæras, Deus nomen est : illic vocabulis opus est, cùm per singulos propriis appellationum insignibus multitudo dirimenda est : Deo, qui solus est, Dei vocabulum totum est : quem si patrem dixero, terrenum opineris ; si regem, carnalem

suspi-

ſuſpiceris; ſi dominum, intelliges utique mortalem. Auſer additamenta nominum, & perſpicies ejus claritatem. Quid? quòd omnium de iſto habeo conſenſum? Audio vulgus, cùm ad cœlum manus tendunt, nihil aliud quàm Deum dicunt, &, Deus magnus eſt, &, Deus verus eſt: &, ſi Deus dederit. vulgi iſte naturalis ſermo eſt, an Chriſtiani confitentis oratio? Et qui Jovem principem volunt, falluntur in nomine, ſed de unâ poteſtate conſentiunt. Audio poëtas quoque unum patrem divûm atque hominum prædicantes, & talem eſſe mortalium mentem, qualem parens omnium diem duxerit. Quid Mantuanus Maro? nonne apertiùs, proximiùs, veriùs? Principio, ait, cœlum & terras, & cetera mundi membra, ſpiritus intus alit, & infuſa mens agitat: inde hominum, pecudumque genus, & quidquid aliud animalium. Idem alio loco, mentem iſtam & ſpiritum Deum nominat. hæc enim ejus verba ſunt: *Deum namque ire per omnes terraſque tractuſque maris, cœlumque profundum: unde homines & pecudes, unde imber & ignes.* Quid aliud & à nobis Deus, quàm mens, & ratio, & ſpiritus prædicatur? Recenſeamus, ſi placet, diſciplinam philoſophorum, deprehendes eos, etſi ſermonibus variis, ipſis tamen rebus in hanc unam coire & conſpirare ſententiam. Omitto illos rudes & veteres, qui de ſuis dictis ſapientes eſſe meruerunt. Sit Thales Mileſius omnium primus, qui primus omnium de cœleſtibus diſputavit. idem Mileſius Thales rerum initium aquam dixit: Deum autem eam mentem, quæ ex aquâ cuncta formaverit; & altior & ſublimior aquæ & ſpiritus ratio, quàm ut ab homine potuerit inveniri, à Deo tradita. Vides philoſophi principalis nobiſcum penitùs opinionem conſonare. Anaximenes deinceps, & poſt Apolloniates Diogenes aëra Deum ſtatuunt, infinitum, & immenſum. Horum quoque ſimilis de divinitate conſenſio eſt. Anaxagoræ verò, deſcriptio

& motus infinitæ mentis Deus dicitur. & Pythagoræ Deus est animus, per universam rerum naturam commeans & intentus; ex quo etiam animalium omnium vita capiatur. Xenophanem notum est, omne infinitum cum mente, Deum tradere: & Antisthenem, populares deos multos, sed naturalem unum præcipuum. Speusippum vim naturalem, animalem, quâ omnia regantur, Deum nosse. Quid Democritus? quamvis atomorum primus inventor, nonne plerumque naturam, quæ imagines fundat, & intelligentiam, Deum loquitur? Straton quoque & ipse naturam. etiam Epicurus ille, qui deos aut otiosos fingit, aut nullos, naturam tamen superponit. Aristoteles variat, & assignat tamen unam potestatem. nam interim mentem, mundum interim Deum dicit, interim mundo Deum præficit. Heraclides Ponticus quoque Deo divinam mentem, quamvis variè, adscribit, aliàs mundo, aliàs menti divinæ tribuens principatum. Theophrastus, & Zenon, & Chrysippus, & Cleanthes, sunt & ipsi multiformes, sed ad unitatem providentiæ omnes revolvuntur. Cleanthes enim mentem, modò animum, modò æthera, plerumque rationem Deum disseruit. Zenon ejusdem magister naturalem legem atque divinam, & æthera interim, interdumque rationem vult omnium esse principium. idem interpretando Junonem aëra, Jovem cœlum, Neptunum mare, ignem esse Vulcanum, & ceteros similiter vulgi deos elementa esse monstrando, publicum arguit graviter & revincit errorem. Eadem ferè Chrysippus, vim divinam, rationalem naturam, & mundum interim, & fatalem necessitatem Deum credit; Zenonemque interpretatione physiologiæ in Hesiodi, Homeri, Orpheique carminibus imitatur. Babylonio etiam Diogeni disciplina est exponendi & differendi, Jovis partum, & ortum Minervæ, & hoc genus cetera, rerum vocabula esse, non deorum. Nam Socraticus Xenophon for-

mam Dei veri negat videri posse, & ideò quæri non oportere: Aristo Chius comprehendi omninò non posse. uterque majestatem Dei, intelligendi desperatione senserunt. Platoni apertior de Deo, & rebus ipsis, & nominibus oratio est, & quæ tota esset cœlestis, nisi persuasionis civilis nonnumquam admixtione sordesceret. Platoni itaque in Timæo Deus est ipso suo nomine mundi parens, artifex animæ, cœlestium terrenorumque fabricator: quem & invenire difficile, præ nimiâ & incredibili potestate, & cum inveneris, in publicum dicere impossibile præfatur. Eadem ferè & ista quæ nostra sunt. nam & Deum novimus, & parentem omnium dicimus; & nunquam publicè nisi interrogati prædicamus. Exposui opiniones omnium fermè philosophorum, quibus illustrior gloria est, Deum unum multis licèt designasse nominibus: ut quivis arbitretur, aut nunc Christianos philosophos esse, aut philosophos fuisse jam tunc Christianos. Quod si providentiâ mundus regitur, & unius Dei nutu gubernatur, non nos debet antiquitas imperitorum fabellis suis delectata, vel capta, ad errorem mutui rapere consensus: cùm philosophorum suorum sententiis refellatur, quibus & rationis & vetustatis adsistit auctoritas. Majoribus enim nostris tam facilis in mendaciis fides fuit, ut temerè crediderint etiam alia monstruosa mira miracula: Scyllam multiplicem, Chimæram multiformem, & Hydram felicibus vulneribus renascentem, & Centauros equos suis hominibus implexos, & quidquid famæ licet fingere, illis erat libenter audire. Quid illas aniles fabulas, de hominibus aves, & feras homines, & de hominibus arbores atque flores? quæ si essent facta, fierent; quia fieri non possunt, ideò nec facta sunt. Similiter, ac verò erga deos quoque, majores nostri improvidi, creduli, rudi simplicitate crediderunt: dum reges suos colunt religiosè, dum defunctos eos desiderant in imaginibus videre, dum gestiunt eorum memo-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

rias in ſtatuis detinere, ſacra facta ſunt quæ fuerant adſumpta ſolatia. Denique & antequam commerciis orbis pateret, & antequam gentes ritus ſuos moreſque miſcerent, unaquæque natio conditorem ſuum, aut ducem inclytum, aut reginam pudicam ſexu ſuo fortiorem, aut alicujus muneris vel artis repertorem venerabatur, ut civem bonæ memoriæ. ſic & defunctis præmium, & futuris dabatur exemplum. Lege Stoicorum ſcripta, vel ſcripta ſapientium, eadem mecum recognoſces. ob merita virtutis aut muneris deos habitos. Euhemerus exſequitur, & eorum natales, patrias, ſepulchra dinumerat, & per provincias monſtrat: Dictæi Jovis, & Apollinis Delphici, Phariæ Iſidis, & Cereris Eleuſinæ. Prodicus aſſumptos in deos loquitur, qui errando inventis novis frugibus utilitati hominum profuére. In eandem ſententiam & Perſeus philoſophatur, & adnectit inventas fruges & frugum ipſarum repertores iiſdem nominibus, ut Comicus ſermo eſt, Venerem ſine Libero & Cerere frigere. Alexander ille magnus Macedo inſigni volumine ad matrem ſuam ſcripſit, metu ſuæ poteſtatis proditum ſibi de diis hominibus à ſacerdote ſecretum. illic Vulcanum facit omnium principem, & poſteà Jovis gentem; Deſpice Iſidis ad hirundinem ſiſtrum, & diſperſis membris inanem tui Serapidis ſive Oſiridis tumulum. Conſidera denique ſacra ipſa, et ipſa myſteria, invenies exitus triſtes, fata, & funera, et luctus, atque planctus miſerorum deorum. Iſis perditum filium cum Cynocephalo ſuo & calvis ſacerdotibus luget, plangit, inquirit: & Iſiaci miſeri cædunt pectora, & dolorem infeliciſſimæ matris imitantur: mox, invento parvulo, gaudet Iſis, exultant ſacerdotes, Cynocephalus inventor gloriatur: nec deſinunt annis omnibus vel perdere quod inveniunt, vel invenire quod perdunt. Nonne ridiculum eſt, vel lugere quod colas, vel colere quod lugeas? Hæc tamen Ægyptia quondam, nunc & ſacra Romana

mana sunt. Ceres facibus accensis, & serpente circumdata, errore subreptam & corruptam Liberam anxia & sollicita vestigat. Hæc sunt Eleusinia. Et quæ Jovis sacra sunt? nutrix capella est, & avido patri subtrahitur infans, ne voretur, & Corybantum cymbalis, ne pater audiat vagitus, tinnitus eliditur. Cybelæ Dindyma pudet dicere, quæ adulterum suum infeliciter placitum, quoniam & ipsa deformis & vetula, ut multorum deorum mater, ad stuprum illicere non poterat, exsecuit, ut deum scilicet faceret eunuchum. Propter hanc fabulam Galli eam & semiviri sui corporis supplicio colunt. hæc jam non sunt sacra, tormenta sunt. Quid formæ ipsæ & habitus? nonne arguunt ludibria & dedecora deorum vestrorum? Vulcanus claudus Deus, & debilis: Apollo tot ætatibus levis: Æsculapius benè barbatus, etsi semper adulescentis Apollinis filius: Neptunus glaucis oculis, Minerva cæsiis, bubulis Juno: pedibus Mercurius alatis, Pan ungulatis, Saturnus compeditis: Janus verò frontes duas gestat, quasi ut aversus incedat: Diana interim est altè succincta venatrix: & Ephesia mammis multis, & uberibus exstructa: & Trivia trinis capitibus, multis manibus horrifica. Quid ipse Jupiter vester? modò imberbis statuitur, modò barbatus locatur: & cùm Hammon dicitur, habet cornua; & cùm Capitolinus, tunc gerit fulmina; & cùm Latiaris, cruore perfunditur; & cùm Feretrius, non auditur. Et ne longiùs multos Joves obeam, tot sunt Jovis monstra quot nomina. Erigone suspensa de laqueo est, ut virgo inter astra ignita sit: Castores alternis moriuntur, ut vivant: Æsculapius, ut in Deum surgat, fulminatur: Hercules, ut hominem exuat, Oetæis ignibus concrematur. Has fabulas & errores & ab imperitis parentibus discimus, &, quod est gravius, ipsis studiis & disciplinis elaboramus, carminibus præcipuè poëtarum, qui plurimumquantum veritati ipsâ suâ auctoritate nocuêre. Et Plato ideo præclarè

Home-

Homerum illum inclytum, laudatum & coronatum, de civitate, quam in sermone instituebat, ejecit. Hic enim præcipuus bello Troico deos vestros, etsi ludos facit, tamen in hominum rebus & actibus miscuit. hic eorum paria composuit, sauciavit Venerem, Martem vinxit, vulneravit, fugavit: Jovem narrat à Briareo liberatum, ne à diis ceteris ligaretur; & Sarpedonem filium, quoniam morti non poterat eripere, cruentis imbribus flevisse, & loro Veneris illectum, flagrantiùs quàm in adulteras soleat, cùm Junone uxore concumbere. alibi Hercules stercora egerit, & Apollo Admeto pecus pascit. Laomedonti verò muros Neptunus instituit, nec mercedem operis infelix structor accepit. illic Jovis fulmen cum Æneæ armis in incude fabricatur: cùm cœlum & fulmina & fulgura longè ante fuerint, quàm Jupiter in Cretâ nasceretur, & flammas veri fulminis nec Cyclops potuerit imitari, nec ipse Jupiter non vereri. Quid loquar Martis & Veneris adulterium deprehensum? & in Ganymedem Jovis stuprum cœlo consecratum? Quæ omnia in hoc prodita, ut judiciis hominum quædam auctoritas pararetur. His atque hujusmodi figmentis & mendaciis dulcioribus corrumpuntur ingenia puerorum; & hisdem fabulis inhærentibus, adusque summæ ætatis robur adolescunt, & in iisdem opinionibus miseri consenescunt: cùm sit veritas obvia, sed requirentibus. Saturnum enim principem hujus generis & examinis omnes scriptores vetustatis, Græci Romanique, hominem prodiderunt. Scit hoc Nepos & Cassius in historia: & Thallus, ac Diodorus hoc loquuntur. Is itaque Saturnus Cretâ profugus, Italiam metu filii sævientis accesserat, & Jani susceptus hospitio rudes illos homines & agrestes multa docuit, ut Græculus & politus, litteras imprimere, nummos signare, instrumenta conficere. Itaque latebram suam, quòd tutò latuisset, vocari maluit Latium; & urbem Saturniam de suo nomine; &

Janicu-

Janiculum Janus, ad memoriam uterque posteritatis reliquerunt. Homo igitur utique qui fugit, homo utique qui latuit, & pater hominis, & natus ex homine: terræ enim & cœli filius, quòd apud Italos esset ignotis parentibus proditus: ut in hodiernum inopinato visos, cœlo missos; ignobiles & ignotos, terræ filios nominamus. Ejus filius Jupiter Cretæ, excluso parente, regnavit, illic obiit, illic filios habuit; adhuc antrum Jovis visitur, & sepulchrum ejus ostenditur, & ipsis sacris suis humanitatis arguitur. Otiosum est ire per singulos, & totam seriem generis istius explicare, cùm in primis parentibus probata mortalitas, in ceteros ipso ordine successionis influxerit. Nisi fortè post mortem deos fingitis: &, pejerante Proculo, deus Romulus: & Juba, Mauris volentibus, deus est: & divi ceteri reges qui consecrantur, non ad fidem numinis, sed ad honorem emeritæ potestatis. Invitis his denique hoc nomen adscribitur; optant in homine perseverare, fieri se deos metuunt; & si jam senes, nolunt. Ergò nec de mortuis dii, quoniam Deus mori non possit; nec de natis, quoniam moritur omne quod nascitur: divinum autem id est, quod nec ortum habet, nec occasum. Cur enim si nati sunt, non hodiéque nascuntur? nisi fortè jam Jupiter senuit, & partus in Junone defecit: et Minerva canuit antequam peperit. An ideò cessavit ista generatio, quoniam nulla hujusmodi fabulis præbetur assensio? Ceterùm si dii creari possent, interire non possent; plures totis hominibus deos haberemus; ut jam eos nec cœlum contineret, nec aër caperet, nec terra gestaret. Unde manifestum est, homines illos fuisse, quos & natos legimus, & mortuos scimus. Quis ergo dubitat horum imagines consecratas vulgus orare, & publicè colere; dum opinio & mens imperitorum artis concinnitate decipitur, auri fulgore præstringitur, argenti nitore & candore eboris hebetatur? Quòd si in animum quis inducat

tormentis quibus, & quibus machinis ſimulacrum omne formetur, erubeſcet timere ſe materiem, ab artifice, ut deum faceret, illuſam. Deus enim ligneus, rogi fortaſſè, vel infelicis ſtipitis portio, ſuſpenditur, cæditur, dolatur, runcinatur. & deus æreus, vel argenteus de immundo vaſculo, ut ſæpiùs factum Ægyptio regi, conflatur, tunditur malleis, & incudibus figuratur: & lapideus cæditur, ſcalpitur, & ab impurato homine levigatur: nec ſentit ſuæ nativitatis injuriam, ita ut nec poſteà de veſtrâ veneratione culturam; niſi fortè nondum deus ſaxum eſt, vel lignum, vel argentum. Quando igitur hic naſcitur? ecce funditur, fabricatur, ſcalpitur. nondum deus eſt. ecce plumbatur, conſtruitur, erigitur. nec adhuc deus eſt. ecce ornatur, conſecratur, oratur; tunc poſtremò deus eſt, cùm homo illum voluit, & dedicavit. Quanta verò de diis veſtris animalia muta naturaliter judicant? mures, hirundines, milvi, non ſentire eos ſciunt, rodunt, inculcant, inſident, ac niſi abigatis, in ipſo dei veſtri ore nidificant. Araneæ verò faciem ejus intexunt, & de ipſo capite ſua fila ſuſpendunt. vos tergitis, mundatis, eraditis, & illos, quos facitis, protegitis, & timetis. Dum unuſquiſque veſtrûm non cogitat, priùs ſe debere deum noſſe, quàm colere: dum inconſultè geſtiunt parentibus obedire: dum fieri malunt alieni erroris acceſſio, quàm ſibi credere: dum nihil ex his quæ timent, norunt; ſic in auro & argento avaritia conſecrata eſt; ſic ſtatuarum inanium conſignata forma; ſic nata Romana ſuperſtitio, quorum ritus, ſi percenſeas, ridenda quammulta, multa etiam miſeranda ſunt. Nudi crudâ hieme diſcurrunt. alii incedunt pileati, ſcuta vetera circumferunt, pelles cædunt, mendicantes vicatim deos ducunt. quædam fana ſemel anno adire permittunt. quædam in totum nefas viſere. eſt quo viro non licet, & nonnulla abſque fœminis ſacra ſunt? etiam ſervo quibuſdam cerimoniis intereſſe piaculare flagitium eſt. alia ſacra

coronat

coronat univira, alia multivira, & magnâ religione conquiritur, quæ plura possit adulteria numerare. Quid? qui sanguine suo libat, & vulneribus suis supplicat, non profanus meliùs esset, quàm sic religiosus? aut, cui exta sunt obscena demessa, quomodo deum violat, qui hoc modo placat? cùm si eunuchos deus vellet, posset procreare, non facere⌣. Quis non intelligat male sanos, & vanæ & perditæ mentis in ista desipere, & ipsam errantium turbam mutua sibi patrocinia præstare? Hîc defensio communis furoris est furentium multitudo. At tamen ista ipsa superstitio Romanis dedit, auxit, fundavit imperium; cùm non tam virtute, quàm religione & pietate pollerent⌣. Nimirum insignis & nobilis justitia Romana ab ipsis imperii nascentis incunabulis auspicata est. Nonne in ortu suo & scelere collecti, & muniti immanitatis suæ terrore creverunt⌣? Nam asylo prima plebs congregata est. confluxerant perditi, facinorosi, incesti, sicarii, proditores. Et ut ipse Romulus, Imperator & rector, populum suum facinore præcelleret, parricidium fecit⌣. Hæc prima sunt auspicia religiosæ civitatis. mox alienas virgines jam desponsatas, jam destinatas, & nonnullas de matrimonio mulierculas sine more rapuit, violavit, illusit: & cum earum parentibus, id est, cùm soceris suis, bellum miscuit, propinquum sanguinem fudit⌣. Quid irreligiosius, quid audacius, quid ipsa sceleris confidentiâ tutius? Jam finitimos agro pellere⌣, civitates proximas evertere cum templis & altaribus: captos cogere: damnis alienis, & suis sceleribus adolescere cum Romulo, regibus ceteris, & postremis ducibus disciplina communis est. ita quidquid Romani tenent, colunt, possident, audaciæ præda est: templa omnia de manubiis, id est, de ruinis urbium, de spoliis deorum, de cædibus sacerdotum. hoc insultare & illudere est, victis religionibus servire, captivas eas post victorias adorare⌣. Nam adorare quæ manu ceperis, sacrilegium est consecrare, non numi-

na. Toties ergò Romanis impiatum est, quoties triumphatum. tot de diis spolia, quot de gentibus & tropæa. Igitur Romani non ideò tanti quòd religiosi, sed quòd impunè sacrilegi. Neque enim potuerunt in ipsis bellis deos adjutores habere, adversus quos arma rapuerunt, & quos post cladem detriumphatos colere cœperunt. Quid autem isti dii pro Romanis possunt, qui nihil pro suis adversus eorum arma valuerunt? Romanorum enim vernaculos deos novimus. Romulus, Picus, Tiberinus, et Consus, et Pilumnus, ac Picumnus dii. Gloacinam Tatius et invenit et coluit: Pavorem Hostilius atque Pallorem. mox à nescio quo Febris dedicata: hæc alumna urbis istius superstitio, morbi et malæ valetudines. Sanè et Acca Larentia, et Flora, meretrices propudiosæ, inter morbos Romanorum et deos computandæ. Isti scilicet adversus ceteros, qui in gentibus colebantur, Romanorum imperium protulerunt. neque enim eos adversum suos homines vel Mars Thracius, vel Jupiter Creticus, vel Juno nunc Argiva, nunc Samia, nunc Pœna, nunc Diana Taurica, vel mater Idæa, vel Ægyptia illa non numina, sed portenta juverunt. Nisi fortè apud istos major castitas virginum, aut religio sanctior sacerdotum: cùm pænè in pluribus virginibus, et quæ inconsultiùs se viris miscuissent, Vestâ sanè nesciente, sit incestum vindicatum: in residuis impunitatem fecerit, non castitas tutior, sed impudicitia felicior. Ubi autem magis à sacerdotibus, quàm inter aras et delubra conducuntur stupra, tractantur lenocinia, adulteria meditantur? frequentiùs denique in ædituorum cellulis, quàm in ipsis lupanaribus flagrans libido defungitur. Et tamen ante eos, Deo dispensante, diu regna tenuerunt Assyrii, Medi, Persę, Græci etiam, et Ægyptii, cùm Pontifices et Arvales, et Salios, et Vestales, et Augures non haberent, nec pullos caveâ reclusos, quorum cibo vel fastidio res summa regeretur. Jam enim venio ad illa auspicia et auguria Romana, quæ summo

mo labore collecta testatus es, & pœnitenter omissa, et observata feliciter. Clodius scilicet, & Flaminius, & Iunius ideò exercitus perdiderunt, quòd pullorum solistimum tripudium expectandum non putaverunt? Quid Regulus? nonne auguria servavit, & captus est? Mancinus religionem tenuit, & sub jugum missus est, & deditus? Pullos edaces habuit & Paulus apud Cannas, tamen cum majore reipublicæ parte prostratus est? Cajus Cæsar, ne ante brumam in Africam navigia transmitteret auguriis & auspiciis renitentibus, sprevit, eo faciliùs & navigavit et vicit? Quæ verò & quanta de oraculis prosequar? Post mortem Amphiaraus ventura respondit, qui proditum iri se ob monile ab uxore nescivit. Tiresias cæcus futura videbat, qui præsentia non videbat. De Pyrrho Ennius Apollinis Pythii responsa confinxit, cùm jam Apollo versus facere desisset: cujus tunc cautum illud & ambiguum defecit oraculum, cùm & politiores homines, & minùs credduli esse cœperunt. Et Demosthenes, quod sciret responsa simulata, φιλιππίζειν Pythiam querebatur. At nonnumquam tamen veritatem vel auspicia vel oracula tetigere. Quamquam inter multa mendacia videri possit industriam casus imitatus, aggrediar tamen fontem ipsum erroris et pravitatis, unde omnis caligo ista manavit, & altiùs eruere & aperire manifestiùs. Spiritus sunt insinceri, vagi, à cœlesti vigore terrenis labibus & cupiditatibus degravati. isti igitur spiritus, posteaquam simplicitatem substantiæ suæ, onusti & immersi vitiis, perdiderunt, ad solatium calamitatis suæ non desinunt perditi jam perdere, & depravati errorem pravitatis infundere, & alienati à Deo, inductis pravis religionibus à Deo segregare. Eos spiritus dæmonas esse poëtæ sciunt, philosophi differunt, Socrates novit, qui ad nutum & arbitrium assidentis sibi dæmonis vel declinabat negotia, vel petebat. Magi quoque, non tantùm sciunt dæmonas, sed etiam quidquid miraculi ludunt, per

dæmonas faciunt. illis aſpirantibus & infundentibus præſtigias edunt; vel quæ non ſunt, videri, vel quæ ſunt, non videri. Eorum & Magorum eloquio & negotio primus Hoſtanes, & verum Deum meritâ majeſtate proſequitur; & angelos, id eſt, miniſtros & nuntios Dei, ſed veri, ejuſque venerationi novit aſſiſtere: ut & nutu ipſo, & vultu domini territi contremiſcant. Idem etiam dæmonas prodidit terrenos, vagos, humanitatis inimicos. Quid Plato? qui invenire Deum negotium credidit, nonne & angelos ſine negotio narrat & dæmonas? & in Sympoſio etiam ſuo naturam dæmonum exprimere connititur? vult enim eſſe ſubſtantiam inter mortalem immortalemque, id eſt, inter corpus & ſpiritum, mediam, terreni ponderis et cœleſtis levitatis admixtione concretam, ex quâ movet etiam in nos procupidinem amoris, & dicit informari et labi pectoribus humanis, & ſenſum movere, & affectus fingere, & ardorem cupiditatis infundere. Iſti igitur impuri ſpiritus, dæmones, ut oſtenſum à Magis, à philoſophis, & à Platone, ſub ſtatuis & imaginibus conſecrati deliteſcunt, & afflatu ſuo autoritatem quaſi præſentis numinis conſequuntur, dum inſpirantur interim vatibus, dum fanis immorantur, dum nonnumquam extorum fibras animant, avium volatus gubernant, ſortes regunt, oracula efficiunt falſis pluribus involuta. nam & falluntur, & fallunt, ut et neſcientes ſinceram veritatem, & quam ſciunt, in perditionem ſui non confitentes. Sic à cœlo deorſum gravant, & à Deo vero ad materiam avocant, vitam turbant, ſomnos inquietant, irrepentes etiam corporibus occultè, ut ſpiritus tenues: morbos fingunt, terrent mentes, membra diſtorquent, ut ad cultum ſui cogant, ut nidore altarium vel hoſtiis pecudum ſaginati, remiſſis, quę conſtrinxerant, curâſſe videantur. Hi ſunt & furentes, quos in publicum videtis excurrere, vates & ipſi abſque templo, ſic inſaniunt, ſic bacchantur, ſic rotantur, par & in illis inſtigatio

tio dæmonis, sed argumentum dispar furoris. De ipsis etiam illa quæ paullò antè tibi dicta sunt, ut Jupiter ludos repeteret ex somnio, ut cum equis Castores viderentur, ut cingulum matronæ navicula sequeretur. Hæc omnia sciunt plerique, pars vestrûm, ipsos dæmonas de semetipsis confiteri, quoties à nobis tormentis verborum, & orationis incendiis de corporibus exiguntur. Ipse Saturnus, & Serapis, & Jupiter, & quidquid dæmonum colitis, victi dolore, quod sunt, eloquuntur: nec utique in turpitudinem sui, nonnullis præsertim vestrûm assistentibus, mentiuntur. Ipsis testibus esse eos dæmonas de se verum confitentibus credite. adjurati enim per Deum verum & solum, inviti, miseri, corporibus inhorrescunt, & vel exiliunt statim, vel evanescunt gradatim, prout fides patientis adjuvat, aut gratia curantis aspirat. Sic Christianos de proximo fugitant, quos longè in cœtibus per vos lacessebant. Ideò inserti mentibus imperitorum, odium nostri serunt occultè per timorem. Naturale est enim & odisse, quem timeas, & quem metueris, infestare, si possis. Sic occupant animos, & obstruunt pectora, ut antè nos incipiant homines odisse, quàm nôsse: ne cognitos aut imitari possint, aut damnare non possint. Quàm autem iniquum sit, incognitis & inexploratis judicare, quod facitis, nobis ipsis pœnitentibus credite: & nos enim idem fuimus, & eadem vobiscum quondam adhuc cæci & hebetes sentiebamus: quasi Christiani monstra colerent, infantes vorarent, convivia incesta miscerent: nec intelligebamus ab his fabulas istas semper ventilari, & nunquam vel investigari, vel probari, nec tanto tempore aliquem existere qui proderet, non tantùm facti veniam, verum etiam indicii gratiam consecuturum. Malum autem adeò non esse, ut Christianus reus nec erubesceret, nec timeret, & unum solummodò, quòd non ante fuerit, pœniteret. Nos tamen cùm sacrilegos aliquos & incestos, parricidas etiam, defendendos & tuendos suscipie-

cipiebamus, hos nec audiendos in totum putabamus: nonnunquam etiam miserantes eorum, crudeliùs sæviebamus, ut torqueremus confitentes ad negandum, videlicet ne perirent, exercentes in his perversam quæstionem, non quæ verum erueret, sed quæ mendacium cogeret. Et si quis infirmior, malo pressus & victus, Christianum se negâsset, favebamus ei, quasi ejerato nomine, jam omnia facta sua illâ negatione purgaret. Agnoscitisne eadem nos sensisse & egisse, quæ sentitis & geritis? Cùm, si ratio, non instigatio dæmonis judicaret, urgendi magis, non ut diffiterentur se Christianos, sed ut de incestis, stupris, de impiatis sacris, de infantibus immolatis faterentur. His enim & hujusmodi fabulis iidem dæmones ad execrationis horrorem imperitorum aures adversus nos referserunt. Nec tamen mirum, cùm omnium fama, quæ semper insparsis mendaciis alitur, ostensâ veritate consumitur. Sic est negotium dæmonum. Ab ipsis enim rumor falsus et seritur, & fovetur. Inde est quod audire te dicis caput asini rem nobis esse divinam. Quis tam stultus ut hoc colat? quis stultior ut hoc coli credat? nisi quod vos & totos asinos in stabulis cum vestrâ Eponâ consecratis, & eosdem asinos cum Iside religiosè devotatis: item boum capita, & capita vervecum, & immolatis, & colitis: de capro etiam & homine mixtos deos, & leonum & canum vultus deos dedicatis. Nonne & Apim bovem cum Ægyptiis adoratis & pascitis? nec eorum sacra damnatis instituta serpentibus, crocodilis, belluis ceteris, & avibus, & piscibus; quorum aliquem deum si quis occiderit, etiam capite punitur. Iidem Ægyptii cum pleriſque vobiscum non magis Isidem, quam ceparum acrimonias metuunt. nec Serapidem magis, quam strepitus per pudenda corporis expressos contremiscunt. Etiam ille qui de adoratis sacerdotis virilibus adversum nos fabulatur, tentat in nos conferre quæ sua sunt. Ista enim impudicitiæ eorum forsitan sacra sint,

apud

apud quos sexus omnis membris omnibus prostat, apud quos tota impudicitia vocatur urbanitas : qui scortorum licentiæ invident, qui medios viros lambunt, libidinoso ore inguinibus inhæresçunt ; homines malæ linguæ etiam si tacerent : quos prius tædescit impudicitiæ suæ, quàm pudescit. Proh nefas ! id in se pessimi facinoris admittunt, quod nec ætas potest pati mollior, nec cogi servitus durior. Hæc & hujusmodi propudia nobis non licet nec audire, etiam pluribus turpe defendere est. Ea enim de castis fingitis & pudicis, quæ fieri non crederemus, nisi de vobis probaretis. Nam quod religioni nostræ hominem noxium, & crucem ejus adscribitis, longè de viciniâ veritatis erratis, qui putatis Deum credi, aut meruisse noxium, aut potuisse terrenum. Næ ille miserabilis, cujus in homine mortali spes omnis innititur ; totum enim ejus auxilium cum extincto homine finitur. Ægyptii sanè hominem sibi quem colant, eligunt, illum unum propitiant, illum de omnibus consulunt, illi victimas cædunt, & ille, qui ceteris deus, sibi certè homo est, velit nolit : nec enim conscientiam suam decipit, si fallit alienam. Etiam principibus & regibus, non ut magnis & electis viris, sicut fas est, sed ut deis turpiter adulatio falsa blanditur, cùm et præclaro viro honor veriùs, & optimo amor dulciùs præbeatur, Sic eorum numen vocant, ad imagines supplicant, genium, id est, dæmonem ejus, implorant ; & est eis tutiùs per Jovis genium pejerare, quàm regis. Cruces etiam nec colimus, nec optamus. Vos planè qui ligneos deos consecratis, cruces ligneas, ut deorum vestrorum partes, forsitan adoratis. Nam & signa ipsa, & cantabra, & vexilla castrorum, quid aliud quàm inauratæ cruces sunt & ornatæ ? tropæa vestrâ victricia non tantum simplicis crucis faciem, verùm & affixi hominis imitantur. Signum sanè crucis naturaliter visimus in navi, cùm velis tumentibus vehitur, cùm expansis palmulis labitur, & cùm erigitur jugum,

gum, crucis ſignum eſt. & cùm homo porrectis manibus Deum purâ mente veneratur. ita ſigno crucis aut ratio naturalis innititur, aut veſtra religio formatur. Illum jam velim convenire, qui initiari nos dicit, aut credit de cæde infantis & ſanguine. Putas poſſe fieri, ut tam molle, tam parvulum corpus fata vulnerum capiat? ut quiſquam illum rudem ſanguinem novelli, & vix dum hominis cædat, fundat, exhauriat? nemo hoc poteſt credere, niſi qui poſſit audere. Vos enim video procreatos filios nunc feris & avibus exponere, nunc adſtrangulatos miſero mortis genere elidere. ſunt quæ in ipſis viſceribus, medicaminibus epotis, originem futuri hominis extinguant, & parricidium faciant antequam pariant. Et hæc utique de deorum veſtrorum diſciplinâ deſcendunt. Nam Saturnus filios ſuos non expoſuit, ſed voravit. Meritò ei in nonnullis Africæ partibus à parentibus infantes immolabantur, blanditiis & oſculo comprimente vagitum, ne flebilis hoſtia immoletur. Tauris etiam Ponticis, & Ægyptio Buſiridi ritus fuit hoſpites immolare: & Mercurio Gallos humanas, vel inhumanas victimas cædere. Romani Græcum & Græcam, Gallum & Gallam ſacrificiis viventes obruere: hodieque ab ipſis Latiaris Jupiter homicidio colitur; et quod Saturni filio dignum eſt, mali & noxii hominis ſanguine ſaginatur. Ipſum credo docuiſſe ſanguinis fœdere conjurare Catilinam: & Bellonam ſacrum ſuum hauſtu humani cruoris imbuere: & comitialem morbum hominis ſanguine, id eſt, morbo graviore, ſanare. Non diſſimiles & qui de arenâ feras devorant illitas & infectas cruore, vel membris hominis & viſcere ſaginatas. Nobis homicidium nec videre fas, nec audire: tantumque ab humano ſanguine cavemus, ut nec edulium pecorum in cibis ſanguinem noverimus. Et de inceſto convivio fabulam grandem adverſum nos dæmonum coitio mentita eſt, ut gloriam pudicitiæ deformis infamiæ averſione macularet; ut

ante exploratam veritatem homines à nobis terrore infandæ opinionis averteret. Sic de isto & tuus Fronto, non ut affirmator testimonium fecit, sed convicium ut orator aspersit. Hæc enim potiùs de vestris gentibus nata sunt. Jus est apud Persas misceri cum matribus. Ægyptiis, & Athenis cum sororibus legitima connubia. Memoriæ, et tragœdiæ vestræ incestis gloriantur, quas vos libenter & legitis & auditis: sic & deos colitis incestos, cum matre, cum filia, cum sorore conjunctos. Meritò igitur incestum penes vos sæpè deprehenditur, semper admittitur. etiam nescientes miseri potestis in illicita proruere. dum Venerem promiscuè spargitis, dum passim liberos seritis, dum etiam domi natos alienæ misericordiæ frequenter exponitis, necesse est in vestros recurrere, in filios inerrare. Sic incesti fabulam nectitis, etiam cùm conscientiam non habetis. At nos pudorem non facie, sed mente præstamus. unius matrimonii vinculo libenter inhæremus. cupiditatem procreandi aut unam scimus, aut nullam. convivia non tantùm pudica colimus, sed & sobria. nec enim indulgemus epulis, aut convivium mero ducimus, sed gravitate hilaritatem temperamus. casto sermone, corpore castiore; plerique inviolati corporis virginitate perpetuâ fruuntur potiùs, quàm gloriantur. Tantum denique abest incesti cupido, ut nonnullis rubori sit etiam pudica conjunctio. Nec de ultimâ statim plebe consistimus, si honores vestros & purpuras recusamus: nec factiosi sumus, si omnes unum [bonum] sapimus eâdem congregati quiete, quâ singuli. nec in angulis garruli, si audire nos publicè aut erubescitis, aut timetis. Et quòd in dies nostri numerus augetur, non est crimen erroris, sed testimonium laudis. nam in pulchro genere vivendi & perstat & perseverat suus, & accrescit alienus. Sic nos denique non notaculo corporis, ut putatis, sed innocentiæ ac modestiæ signo facilè dignoscimus. Sic mutuo, quod doletis, amore diligimus, quoniam

odisse non novimus: sic nos, quod invidetis, fratres vocamus, ut unius Dei parentis homines, ut consortes fidei, ut spei coheredes. Vos enim nec invicem agnoscitis, & in mutua odia sævitis: nec fratres vos, nisi sanè ad parricidium recognoscitis. Putatis autem nos occultare quod colimus, si delubra & aras non habemus? Quod enim simulacrum Deo fingam, cùm si rectè existimes, sit Dei homo ipse simulacrum? templum quod ei extruam, cùm totus hic mundus, ejus opere fabricatus, eum capere non possit? & cùm homo latiùs maneam, intra unam ædiculam vim tantæ majestatis includam? Nonne meliùs in nostra dedicandus est mente? in nostro imo consecrandus est pectore? Hostias & victimas Domino offeram, quas in usum mei protulit, ut rejiciam ei suum munus? ingratum est; cùm sit litabilis hostia, bonus animus, & pura mens, & sincera conscientia. Igitur qui innocentiam colit, Domino supplicat: qui justitiam, Deo libat: qui fraudibus abstinet, propitiat Deum: qui hominem periculo subripit, opimam victimam cædit. Hæc nostra sacrificia, hæc Dei sacra sunt. sic apud nos religiosior est ille, qui justior. At enim quem colimus Deum, nec ostendimus, nec videmus. Immò ex hoc Deum credimus, quod eum sentire possumus, videre non possumus. In operibus enim ejus, & in mundi omnibus motibus virtutem ejus semper præsentem aspicimus, cùm tonat, fulgurat, fulminat, cùm serenat. Nec mireris si Deum non vides. vento & flatibus omnia impelluntur, vibrantur, agitantur, & sub oculis tamen non venit ventus & flatus. In sole adeò, qui videndi omnibus causa est, videre non possumus; radiis acies submovetur, obtutus intuentis hebetatur: & si diutiùs inspicias, omnis visus extinguitur. Quid? ipsum solis artificem, illum luminis fontem possis sustinere, cùm te ab ejus fulgoribus averras, à fulminibus abscondas? Deum oculis carnalibus vis videre, cum ipsam animam tuam quâ vivificaris & loqueris,

ris, nec aſpicere poſſis, nec tenere? Sed enim Deus actum hominis ignorat; & in cœlo conſtitutus non poteſt aut omnes obire aut ſingulos noſſe. Erras ô homo, & falleris. unde enim Deus longè eſt, cum omnia cæleſtia, terrenáque, & quæ extra iſtam orbis provinciam ſunt, Deo cognita, plena ſint? ubique non tantùm nobis proximus, ſed infuſus eſt. In ſolem adeò rurſus intende, cœlo affixus, ſed terris omnibus ſparſus eſt: pariter præſens ubique intereſt, & miſcetur omnibus: nuſquam enim claritudo violatur. Quanto magis Deus auctor omnium, ac ſpeculator omnium, à quo nullum poteſt eſſe ſecretum, tenebris intereſt, intereſt cogitationibus noſtris, quaſi alteris tenebris? non tantum ſub illo agimus, ſed & cum illo, ut propè dixerim, vivimus. Nec nobis de noſtrâ frequentiâ blandiamur: multi nobis videmur, ſed Deo admodum pauci ſumus. Nos gentes nationeſque diſtinguimus: Deo una domus eſt mundus hic totus. Reges tantùm regni ſui per officia miniſtrorum univerſa novêre: Deo indiciis opus non eſt. Non ſolùm in oculis ejus, ſed & in ſinu vivimus. Sed Judæis nihil profuit quòd unum & ipſi Deum aris atque templis maximâ ſuperſtitione coluerunt. Ignorantiâ laberis, ſi priorum aut oblitus aut inſcius, poſteriorum recordaris. Nam & ipſi, Deum noſtrum, idem enim omnium Deus eſt, quandiu caſtè, innoxiè, religioſeque coluerunt, quandiu præceptis ſalubribus obtemperaverunt, de paucis innumeri facti, de egentibus divites, de ſervientibus reges; modici multos, inermi armatos dum fugiunt inſequentes, Dei juſſu, & elementis adnitentibus obruerunt. Scripta eorum relege, vel ſi Romanis magis gaudes, ut tranſeamus veteres, Flavii Joſephi, vel Antonii Juliani, de Judæis require; jam ſcies nequitiâ ſuâ hanc eos meruiſſe fortunam: nec quidquam accidiſſe, quòd non ſit his, ſi in contumaciâ perſeverarent, antè prædictum. Ita priùs eos deſeruiſſe comprehendes, quàm eſſe deſertos: nec, ut im-

piè loqueris, cum Deo ſuo captos, ſed à Deo, ut diſciplinæ transfugas, deditos. Ceterùm de incendio mundi, aut improviſum ignem credere, aut difficile, non cadere, vulgaris erroris eſt. Quis enim ſapientium dubitat, quis ignorat, omnia quæ orta ſunt occidere? quæ facta ſunt interire? Cælum quoque cum omnibus, quæ cælo continentur, ita ut cœpiſſe, deſinere? Fontium dulci aquâ mariſve nutriri in vim ignis arbiturum Stoicis conſtans opinio eſt: quòd conſumpto humore mundus hic omnis igneſcat; & Epicureis de elementorum conflagratione & mundi ruinâ eadem ipſa ſententia eſt. Loquitur Plato partes orbis nunc inundare, nunc alternis vicibus ardeſcere, & cùm ipſum mundum perpetuum, & inſolubilem diceret eſſe fabricatum, addit tamen, ipſi artifici, Deo ſoli, & ſolubilem, & eſſe mortalem. Ita nihil mirum eſt, ſi iſta moles ab eo, quo exſtructa eſt, deſtruatur. Animadvertis philoſophos eadem diſputare quæ dicimus, non quòd nos ſimus eorum veſtigia ſubſecuti, ſed quòd illi de divinis prædicationibus prophetarum umbram interpolatæ veritatis imitati ſint. Sic etiam conditionem renaſcendi, ſapientium clariores, Pythagoras primus, & præcipuus Plato corruptâ & dimidiatâ fide tradiderunt. nam corporibus diſſolutis ſolas animas volunt & perpetuò manere, & in alia nova corpora ſæpiùs commeare. Addunt iſtis & illa ad retorquendam veritatem, in pecudes, aves, belluas, hominum animas redire. Non philoſophi ſanè ſtudio, ſed mimico vitio digna iſta ſententia eſt. Sed ad propoſitum ſatis eſt, etiam in hoc ſapientes veſtros in aliquem modum nobiſcum conſonare. Ceterum quis tam ſtultus aut brutus eſt, ut audeat repugnare hominem à Deo, ut primum potuiſſe fingi, ita poſſe denuò reformari? nihil eſſe poſt obitum, & antè ortum nihil fuiſſe: ſicut de nihilo naſci licuit, ita de nihilo licere reparari? Porrò difficiliùs eſt id, quod non ſit, incipere, quàm id quod fuerit iterare. Tu perire & Deo

cre-

credis, si quid oculis nostris hebetibus subtrahitur? Corpus omne, sive aresçit in pulverem, sive in humorem solvitur, vel in cinerem comprimitur, vel in nidorem tenuatur, subducitur nobis; sed Deo elementorum custodi, reservatur. Nec, ut creditis, ullum damnum sepulturæ timemus, sed veterem, & meliorem consuetudinem humandi frequentamus. Vide adeò quàm in solatium nostri resurrectionem futuram omnis natura meditetur. sol demergit, & nascitur; astra labuntur, & redeunt; flores occidunt, & reviviscunt; post senium arbusta frondescunt; semina non nisi corrupta revirescunt. ita corpus in sæculo, ut arbores in hiberno, occultant virorem ariditate mentitâ. Quid festinas ut crudâ adhuc hieme reviviscat & redeat? expectandum nobis etiam corporis ver est. Nec ignoro plerosque conscientiâ meritorum nihil se esse post mortem magis optare, quàm credere. malunt enim extingui penitus, quàm ad supplicia reparari. Quorum error augetur, & in sæculo libertate remissâ, & Dei patientiâ maximâ, cujus quantò judicium tardum, tantò magis justum est. Et tamen admonentur homines doctissimorum libris, & carminibus poëtarum, illius ignei fluminis, & de Stygiâ palude sæpiùs ambientis ardoris, quæ cruciatibus æternis præparata, & dæmonum indiciis, & de oraculis prophetarum cognita tradiderunt. Et ideò apud eos etiam ipse rex Jupiter per torrentes ripas, & atram voraginem jurat religiosè. distinatam enim sibi cum suis cultoribus pœnam præscius perhorresçit. Nec tormentis aut modus ullus, aut terminus. Illic; sapiens ignes membra urit & reficit. carpit & nutrit: sicut ignes fulminum corpora tangunt, nec absumunt: sicut ignes Ætnæ, & Vesuvii, & ardentium ubique terrarum flagrant, nec erogantur: ita pœnale illud incendium non damnis ardentium pascitur, sed inexesâ corporum laceratione nutritur. Eos autem meritò torqueri, qui Deum nesciunt, ut impios, ut injustos, nisi profanus

sanus nemo deliberat: cùm parentem omnium, & omnium dominum non minoris sceleris sit ignorare, quàm lædere. Et quamquam imperitia Dei sufficiat ad pœnam, ita ut notitia prosit ad veniam; tamen si vobiscum Christiani comparemur, quamvis in nonnullis disciplina nostra minor est, multò tamen vobis meliores deprehendemur. Vos enim adulteria prohibetis, & facitis; nos uxoribus nostris solummodò viri nascimur. vos scelera admissa punitis; apud nos & cogitare peccare est: vos conscios timetis; nos etiam conscientiam solam, sine quâ esse non possumus. Denique de vestro numero carcer exæstuat: Christianus ibi nullus, nisi aut reus suæ religionis, aut profugus. Nec de fato quisquam aut solatium captet, aut excuset; eventum sit sortis, fortunæ, mens tamen libera est: & ideò actus hominis, non dignitas judicatur. Quid enim aliud est fatum, quàm quod de unoquoque nostrum Deus fatus est? qui cùm possit præscire materiam, pro meritis & qualitatibus singulorum etiam fata determinat. Ita in nobis non genitura plectitur, sed ingenii natura punitur. Ac de fato satis, vel si pauca pro tempore, disputaturi aliàs & uberiùs & pleniùs. Ceterùm, quòd plerique pauperes dicimur, non est infamia nostra, sed gloria. animus enim, ut luxu solvitur, ita frugalitate firmatur. & tamen quis potest pauper esse, qui non eget? qui non inhiat alieno? qui Deo dives est? magis pauper ille est, qui cùm multa habeat, plura desiderat. Dicam tandem quemadmodum sentio: nemo tam pauper potest esse, quàm natus est. Aves sine patrimonio vivunt, & in diem pecua pascuntur: & hæc nobis tamen nata sunt: quæ omnia si non concupiscimus, possidemus. Igitur ut qui viam terit, eò felicior, quò levior incedit: ita beatior in hoc itinere vivendi qui paupertate se sublevat, non sub divitiarum onere suspirat. Et tamen facultates, si utiles putaremus, à Deo posceremus. utique indulgere posset aliquantum, cujus est totum. sed

nos

nos contemnere malumus opes, quàm continere. innocentiam magis cupimus, magis patientiam flagitamus: malumus nos bonos esse, quàm prodigos. & quòd corporis humana vitia sentimus & patimur, non est pœna, militia est. fortitudo enim infirmitatibus roboratur, & calamitas sæpiùs disciplina virtutis est: vires denique & mentis, & corporis sine laboris exercitatione torpescunt. omnes adeò vestri viri fortes, quos in exemplum prædicatis, ærumnis suis inclyti floruerunt. Itaque & nobis Deus nec non potest subvenire, nec despicit; cùm sit & omnium rector, & amator suorum: sed in adversis unumquemque explorat & examinat; ingenium singulorum periculis pensitat; usque ad extremam mortem voluntatem hominis scisciatur, nihil sibi posse perire securus. Itaque ut aurum ignibus, sic nos discriminibus arguimur. Quàm pulchrum spectaculum Deo, cùm Christianus cum dolore congreditur, cùm adversum minas, & supplicia, & tormenta componitur? cùm strepitum mortis & horrorem carnificis irridens insultat? cùm libertatem suam adversus reges et principes erigit? soli Deo, cujus est, cedit? cùm triumphator & victor, ipsi qui adversum se sententiam dixit, insultat? vicit enim, qui quod contendit, obtinuit. Quis non miles sub oculis imperatoris audaciùs periculum provocet? nemo enim præmium percipit ante experimentum: & imperator tamen, quod non habet, non dat. non potest propagare vitam, potest honestare militiam. At enim Dei miles nec in dolore deseritur, nec morte finitur. Sic Christianus miser videri potest, non potest inveniri. Vos ipsi calamitosos viros fertis ad cœlum, Mucium Scævolam, qui cùm errâsset in regem, perîsset in hostibus, nisi dexteram perdidisset. Et quot ex nostris non dexteram solùm, sed totum corpus uri, cremari, sine ullis ejulatibus pertulerunt, cùm dimitti præsertim haberent in suâ potestate? Viros cum Mucio, vel cum Aquilio, aut Regulo

comparo? Pueri & mulierculæ noſtræ cruces & tormenta, feras, & omnes ſuppliciorum terriculas inſpiratâ patientiâ doloris illudunt. Nec intelligitis ô miſeri, neminem eſſe, qui aut ſine ratione velit pœnam ſubire, aut tormenta ſine Deo poſſit ſuſtinere. Niſi forte vos decipit, quòd Deum neſcientes divitiis affluant, honoribus floreant, polleant poteſtatibus. Miſeri! in hoc altiùs tolluntur, ut decidant altiùs. Hi enim ut victimæ ad ſupplicium ſaginantur, ut hoſtiæ ad pœnam coronantur. In hoc adeò quidam imperiis ac dominationibus eriguntur, ut ingenium eorum perditę mentes licentiâ poteſtatis liberè nundinentur. Abſque enim notitiâ Dei, quæ poteſt eſſe ſolida felicitas? cum mors ſit. ſomnio ſimilis. antequam tenetur, elabitur. Rex es? tam times, quàm timeris: & quamlibet ſis multo comitatu ſtipatus, ad periculum tamen ſolus es. Dives es? ſed fortunæ malè creditur, et magno viatico breve vitæ iter non inſtruitur, ſed oneratur. Faſcibus & purpuris gloriaris? vanus error hominis & inanis cultus dignitatis, fulgere purpurâ, mente ſordeſcere. Nobilitate generoſus es? parentes tuos laudas? omnes tamen pari ſorte naſcimur, ſolâ virtute diſtinguimur. Nos igitur qui moribus & pudore cenſemur, meritò malis voluptatibus & pompis veſtris & ſpectaculis abſtinemus, quorum & de ſacris originem novimus, & noxia blandimenta damnamus. Nam in ludis Currulibus quis non horreat populi in ſe rixantis inſaniam? in gladiatoriis, homicidii diſciplinam? in ſcenicis etiam non minor furor; turpitudo prolixior. nunc enim mimus vel exponit adulteria, vel monſtrat. nunc enervis hiſtrio amorem dum fingit, infligit. Idem deos veſtros, induendo ſtupra, ſuſpiria, odia, dedecorat. Idem ſimulatis doloribus lacrymas veſtras vanis geſtibus & nutibus provocat. ſic homicidium in vero flagitatis, in mendacio fletis. Quòd verò ſacrificiorum reliquias, & pocula delibata contemnimus:

non

non confessio timoris est, sed verę libertatis assertio. Nam etsi omne quod nascitur, ut inviolabile Dei munus nullo opere corrumpitur; abstinemus tamen, ne quis existimet aut dæmoniis, quibus libatum est, cedere, aut nostræ religionis pudere. Quis autem ille, qui dubitat vernis indulgere nos floribus, cùm capiamus & rosam veris & lilium, & quidquid aliud in floribus blandi coloris & odoris est? his enim & sparsis utimur mollibus ac solutis, & sertis colla complectimur. Sanè quòd caput non coronamus, ignoscite. Auram boni floris naribus ducere, non occipitio capillisve solemus haurire. Nec mortuos coronamus. Ego vos in hoc magis miror, quemadmodum tribuatis aut sentienti facem, aut non sentienti coronam: cùm & beatus non egeat, & miser non gaudeat floribus. At enim nos exequias adornamus eâdem tranquillitate quâ vivimus; nec adnectimus arescentem coronam, sed à Deo æternis floribus vividam sustinemus, qui &, modesti Dei nostri liberalitate, securi spe futuræ felicitatis, fide prę sentis ejus majestatis animamur. Sic & beati resurgimus, & futuri contemplatione jam vivimus. Proinde Socrates scurra Aticus viderit, nihil se scire confessus, testimonio licet fallacissimi dæmonis glorioſus: Arcesilas quoque, & Carneades, & Pyrrho, & omnis Academicorum multitudo deliberet: Simonides etiam in perpetuum comperendinet. philosophorum supercilia contemnimus, quos corruptores & adulteros novimus & tyrannos, & semper adversus sua vitia facundos. Nos non habitu sapientiam, sed mente præferimus: non eloquimur magna, sed vivimus: gloriamur nos consecutos, quod illi summâ intentione quæsiverunt, nec invenire potuerunt. Quid ingrati sumus? quid nobis invidemus, si veritas divinitatis nostri temporis ætate maturuit? Fruamur bono nostro, & recti sententiam temperemus: cohibeatur superstitio, impietas expietur, vera religio reservetur. Cùm Octavius perorâsset, ali-

quamdiu nos ad silentium stupefacti, intenti vultus tenebamus: Et quod ad me est, magnitudine admirationis evanui, quòd ea, quæ facilius est sentire, quàm dicere, & argumentis, & exemplis, & lectionum auctoritatibus adornâsset, & quòd malevolos iisdem illis quibus armantur, philosophorum telis retudisset: ostendisset etiam veritatem non tantummodò facilem; sed & favorabilem. Dum istæc igitur apud me tacitus evolvo, Cæcilius sic erupit: Ego Octavio meo plurimumquantum, sed & mihi, gratulor, nec expecto sententiam: Vicimus, & ita, ut improbus, usurpo victoriam: nam ut ille mei victor est, ita ego triumphator erroris. Itaque quod pertineat ad summam quæstionis, & de providentiâ fateor, & Deo cedo, & de sectæ jam nostræ sinceritate consentio. Etiam nunc tamen aliqua consubsidunt non obstrepentia veritati, sed perfectæ institutioni necessaria, de quibus crastino (quòd jam sol occasui declivis est) ut de toto congruentiùs, promptiùs requiremus. At ego, inquam, prolixiùs, omnium nostrûm vice gaudeo, quòd etiam mihi Octavius vicerit, cùm maxima judicandi mihi invidia detracta sit. Nec tamen possum meritum ejus verborum laudibus repensare: testimonium & hominis & unius infirmum est. habet Dei munus eximium, à quo & inspiratus oravit, & obtinuit adjutus. Post hæc læti, hilaresque discessimus: Cæcilius quòd crediderit: Octavius gaudere quòd vicerit: ego & quòd hic crediderit, & hic vicerit.

FINIS.

IOAN. A VVOVVER

AD

M. MINUCII FELICIS OCTAVIUM

NOTÆ.

IOAN. A WOWER

AD

M. MINUCII FELICIS

OCTAVIUM

NOTÆ.

IOAN. A WOVVER
AD
M. MINUCII FELICIS
OCTAVIUM
NOTÆ.

M. MINUCIUS.

MInuciam gentem claram antiquorum monu- Pag. 1
mentis nihil attinet dicere, neque adeo de hoc M. Minucio alia narrare, quam veterum elogia, quæ præfiximus, & ipse hoc elegantissimo libro de se prodit, quo & præclarum ingenium suum satis probavit, & studia fori se sectatum ostendit, & quod omni eloquentia, & ingenio augustius, discussa vanissimarum opinionum caligine Christianam religionem, quam vere Tertullianus meliorem philosophiam appellat, amplexum. Nihil certi fortassis de ipsius ætate definire potero, quantum tamen colligere licet, incidisse in tempora Severi Imperatoris non omnino à vero abludere videtur. Adnumeratur enim ab antiquis iis scriptoribus, qui ejus imperio illustres enituerunt. Iuniorem quidem, sed ferè æquævum Tertulliano crediderim. Accuratè sanè eadem crimina de infanticidio, Thyestæis epulis, promiscua libidine, & cultu capitis asinini, in quibus falsis revincendis Tertullianus Apologetico laborat, eodem ordine, iisdem sæpè verbis, ut in hisce Notis ostendam, exequitur. Crimina autem illa velut nova & rediviva iis temporibus frequenti, & adsiduo convicio Christianis objectata hæc Tertulliani Apologet. ostendunt: *Sed nova jam Dei nostri in ista civitate proximè editio publicata est, ex quo quidam picturam proposuit cum ejusmodi inscriptione: Deus Christianorum onomychites. is erat auribus asininis, altero pede ungulatus, librum gestans, & togatus. risimus & nomen, & formam.* Sanè majorem Cypriano, vel saltem evulgasse hunc Dialogum, antequam Cyprianus

de idololatria scriberet, existimarim, Sed cum uterque iisdem argumentis, & verbis in refutandis gentilium opinionibus utatur, nullum est dubium, quin is, qui posterior scripsit, alterius vestigia secutus sit: Minucium quidem aperta imitatione aliorum verba suis immiscuisse, negari non potest; nec tamen verisimile, ipsum quicquam surripuisse Cypriano, cum hoc argumentum, & plenius, & exactius pertractarit. præter hæc non repugno illis, qui hunc Cæcilium Natalem, cui partes loquentis dedit, Cypriani præceptorem fuisse existimant.

Pari mecum voluntate concineret] Simplicius in Epict. δῆλον δὲ ὅτι οὐ μόνον τῷ φίλῳ χρὴ, ἀλλὰ καὶ τοῖς τοῦ φίλου τὰς συμπαθεῖς ἐπιμελείας ἀποδιδόναι, ὥστε καὶ ἐκείνους οἰκείως ἔχειν πρὸς αὐτὸ νομίζειν.

Crederes unam mentem in duobus esse divisam] Aristoteles apud Diog. Laërt. ἐρωτηθεὶς τί ἐστι φίλος; ἔφη, μία ψυχὴ δυσὶ σώμασιν ἐνοικοῦσα. D. Lucas Act. cap. IV. τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία, καὶ ἡ ψυχὴ μία.

Præcurrit] Romana editio, quam Ful. Ursinus adornavit, & liber manuscriptus, quem plerunque sequimur, præcucurrit. Libet enim hinc profiteri, me in emendando Minucio adjutum cumprimis editione Romana, & alio quodam libro, cujus margini variantes lectiones ex manuscripto Regio, & aliis libris Petrus Daniel, vir humanissimus, & mei studiosissimus, adnotarat.

Annis adhuc innocentibus] Lactant. lib. I. cap. XXI. ubi de infantibus Saturno immolatis: *cùm teneras, atque innocentes animas, quæ maxime est ætas parentibus dulcior, sine ullo respectu pietatis exstingueret.* dimidiata verba. ita Hieron. ad Lætam in re simili.

Pag. 2 *Sanè & ad vindemiam feriæ*] Feriæ messium, & vindemiarum tempore l. I. D. de Feriis. nec tantum in foro, sed etiam scholis. Augustinus confession. lib. IX. cap. II. *Et oportune tam paucissimi dies supererant ad vindemiales ferias, & statui tolerare illos, ut solenniter abscederem.* Familiare vero Romanis fuisse feriarum tempore deliciis Campaniæ frui ostendit Agellius lib. IX. cap. XV.

Iudiciariam curam relaxaverant] hoc est, ut Plinius loquitur, *res non agebantur.* Glossæ: *Cum res agitatur.* ὅτε ἡ ἀγόραιός ἐστιν. seu ut Strabo lib. XIII. de Romanis: ὅτε οὐκ ἀγοραίους ποιοῦνται καὶ τὰς δικαιοδοσίας. Plautus: *cum res prolatæ.* Auctor carminis ad Pisonem: *Turbida prolatis tacuerunt jurgia rebus.* Ita res redire dicuntur, cum judiciaria cura incipit. Cicero pro Sextio.

Autumnitas] Varro apud Nonium. Autumnitas.

Molli

Molli vestigio] Rom. Ed. mollis.

Vt vulgus superstitiosus solet] Lapides unctos in triviis oleo perfundere Theophrastus signum, sive notam superstitiosi ait.

Manum ori admovens osculum labiis pressit] Rom. Ed. impressit. Vulgatus adorandi ritus manum ad osculum referre. Lucian. Demost. encomio: καὶ τὴν χεῖρα τῷ στόματι προσαγαγόντος, οὐδὲν ἀλλ' ἢ προσκυνεῖν ὑπελάμβανον. Idem περὶ ὀρχήσεως: προσεύχονται τὸν ἥλιον, οὐκ ὥσπερ ἡμεῖς, τὴν χεῖρα κύσαντες. meminit ejusdem ritus περὶ θυσιῶν, & Plinius lib. XXVIII. cap. II. lib. XII. cap. III. Apul. Miles. IV. Apol. & Florid. Hieron. I. contra Ruffinum. in Oseam. cap. XIII. Hinc adorandi verbum. Quanquam non tantum manum priore digito, ut Apulejus ait, in erectum pollicem residente labris admovebant, sed soliti etiam προσκυνεῖν caput tegere, vertere sese ad Orientem, coronam simulacro imponere, & assidere ad orandum. Suetonius Vitellio cap. VII. Lucretius lib. V. Plutarchus Apolog. & lib. de Orat.

Effigiatos sanè] Sidon. lib. VI. *effigiare imaginibus.* Prudent. *deasciato supplicare stipiti.* Apul. Florid. *truncus dolamine effigiatus.* Pervulgatus mos ungendi & coronandi lapides. fortè ex illo, quod legimus Genes. cap. XXVIII. Lucianus Charonte. τί ἐκεῖνοι στεφανοῦσι τοὺς λίθους, καὶ χρίουσι μύρῳ; Idem Pseudom. Tibullus lib. I. eleg. I.

Nam veneror seu stipes habet desertus in agris,
Seu vetus in trivio florida serta lapis.

Coronarum autem usum varium, & multiplicem in Deorum cultu fuisse alius dicendi locus erit. Apul. Miles. IV. Arnob. lib. III. Horat. lib. IV. Ode. IV. Fulgent. I. Myth. Iustin. Apol. II. Clem. Alex. παιδαγ. lib. II. cap. VIII.

Lenis unda tendebat] Rom. Ed. tundebat.

Canis spumosisq;] Manil. lib. V. *marisque profundi Canicies.* Spumosus ἀφρώδης pro alto & tumido. Sidon. lib. II. *Spumoso canescit impetu.* Homer. Od. I. πολιὴν ἅλα. Vide Eust. Iliad. α.

Crispis torosisq;] MS. tortuosisque. Solinus: *mare sinuosis lateribus tortuosum.* Crispis. Agell. lib. XVIII. cap. XI. *Quod ventus mare cæruleum crispicans nitefacit.* Victor. II. persecut. Afr. *alvei crispantes.*

Quod vicissim nunc appulsum nostris pedibus] Strabo lib. I. ubi ait mare instar animalium ἀναπνεῖν καὶ ἐκπνεῖν. Δῆλον δὲ ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ ἑστῶτι κατὰ τὴν κυμάτωσιν. ἅμα γὰρ κλύζονται οἱ πόδες, καὶ γυμνοῦνται, καὶ πάλιν κλυζόνται, καὶ τοῦτο συνεχῶς.

Alluderet] Catullus Nupt. Pelei: *Ipsius ante pedes fluctus salis alludebat.*

debat. Ovid. IV. Metam. *& in alludentibus undis Summa pedum, taloque tenus vestigia tingit.* Servius VIII. Æneid. ludere, moveri interpretatur. Ita capiendum apud Auson. Mosella: *Inter ludentes examina lubrica pisces.* Sed quod apud Ciceronem in Top. littus *qua fluctus eludit*, minimè legendum, ut Ful. Ursinus suadet, *alluderet.* neque enim allusione fluctus definitur littus, sed qua maximè exæstuat. l. 112. de verb. sign. MS. legit, allideret. Quintil. lib. X. *In littore, in quod se maximo cum sono fluctus illideret.*

Pag. 3 *Substratis roboribus*] Φαλάγγαις. Pollux lib. I. Non. Palangæ. quanquam Minucius non tam de iis fustibus, quibus naves subducuntur, sed quibus suspensæ eriguntur, quos *pulvinos* appellasse veteres colligo ex Isidori lib. XIX. nempe quod in iis naves, ut Minucius loquitur, quiescebant.

Is lusus est testam teretem] hunc lusum Græci ἐποστρακισμὸν vocant, & eodem modo describunt. Pollux lib. IX. Eust. Iliad. σ. Suidas ἐποστρακίζειν.

Dorso maris] Prud. terga æquoris. νῶτα θαλάσσης.

Emicaret, emergeret] dele, emergeret.

Frequentius resiliret] Rom. Ed. exsiliret.

Anxius segregatus] Iliad. ζ. ἤτοι ὁ καππεδίον τὸ ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο, Ὃν θυμὸν κατέδων πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων. & Iliad. α. βῆ δ' ἀκέων παρὰ θῖνα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.

Remordet oratio] Lucian. ἐδήχθην τοῖς παρὰ σοῦ λόγοις.

Conserere sapientiam] MS. *intelliget facilius esse conserere sapientiam, quam in contubernalibus disputare.* tanquam si Octavius assereret, & vindicaret sibi sapientiam jam partam. ex veteri formula.

Aut ordinis aut honoris] verba illa, *aut ordinis* MS. ignorat.

Cum amicitia pares semper aut accipiat, aut faciat] *Amicitia pares aut accipit, aut facit.* Publ.

Pag. 4 *Novus aliquis*] MS. aliqui.

Considas] Iudices. Cic. lib. V. ep. XX. ad Att. *Iconii decem dies sedimus.* ubi perperam edunt *fecimus, egimus.* ad Lent. lib. I. ep. IX. *Sedente Pompeio.* in judicio scilicet, aut senatu. Iudicum enim sedere. l. 6. D. de postul.

Omnia in rebus humanis dubia] Cic. Acad. IV.

Quo magis mirum est] Rom. Ed. quo minus.

Audire quosdam] Rom. Ed. audere.

Studiorum rudes] Lucian. Pereg. Christianos appellat ἀνθρώπους ἰδιώτας. passim Christianis inscitia objecta. Iustin. Theodoretus. Tatian.

Exper-

Expertes artium etiam sordidarum] Corrige ex Rom. Ed. nisi sordidarum. Romani rerum domini sellularias artes nullas exercebant, sed viles illas, & sordidas judicabant. Dionys. Halicarnass. lib. II. ἐπιδιφρίους μὲν καὶ βαναύσους τέχνας δούλοις, καὶ ξένοις ἐπέδωκε μεθοδεύειν, καὶ διέμεινεν ἕως πολλοῦ χρόνου δι' αἰσχύνης ὄντα Ῥωμαίοις τὰ τοιαῦτα ἔργα, καὶ ὑπ' οὐδενὸς τῶν αὐθιγενῶν ἐπιτηδευόμενα. idque exemplo, & instituto Laconum. Plutarchus in Numa, & Agesilao. Cæcilius ergo Christianis eas objicit, tanquam sordidis, & abjectis. nam Christiani lege, & præscripto suæ disciplinę, instituto ac more ecclesię eas exercebant. D. Lucas. Act. cap. XVIII. Epiphanius Hæresi XXC. πάντων τῶν τοῦ θεοῦ δούλων τῶν εἰς δικαιοσύνην καμνόντων ταῖς ἰδίαις χερσὶν, εἰς τὸ ἐπαρκεῖν καὶ τοῖς ἐνδεομένοις. Hinc illa veterum monachorum ἐργόχειρα, quæ & χειρέργια, quorum sæpius meminit Basilius ἀσκητικοῖς, & ἐρώτησι XXXVII. hinc capienda illa Iuvenalis Sat. IV.

Atque utinam his potius nugis tota illa dedisset
Tempora sævitiæ claras queis abstulit urbi
Illustresque animas ------
Sed periit, postquam cerdonibus esse timendus
Cæperat -----

Ait enim Domitianum obiisse, cum in Christianos sævire incepisset. Theodoretus serm. VIII. Christianos non tam τοῖς λόγοις ἐντεθραμμένους, quam σκυτέας, καὶ ὑφάντας, καὶ χαλκοτύπους, καὶ τοὺς ἄλλους, ὅσοι τὰς τέχνας μετὰ χειρίζουσι. Hinc illud scomma Cæcilii in Octavium; *ut pistorum præcipuus, ita postremus philosophorum.*

Tot omnibus] MS. delet, omnibus.

Suspensa sublata sunt] Lege: *sublimata.*

Scire sit datum, aut scrutari permissum] Hæc varie in libris concepta, ex quibus hanc lectionem expressimus. Sententia plane gemina iis, quæ ex oraculo profert Porphyrius X. ἀλογίων φιλοσοφίας: ---- σύ δε παύε, οὓς μὴ θέμις ἐξερεείνων, Εἵνεκα σῆς φυσικῆς σοφίης τάδ' ὑπέρτερα νωμᾶν.

Si secundum vetus sapientis oraculum nosmetipsos familiarius noverimus] Variis hæc sententia tribuitur. Clemens Alex. Strom. I. τὸ μὲν οὖν γνῶθι σαυτὸν, οἱ μὲν χίλωνος ὑπειλήφασι. χαμαιλέων δὲ ἐν τῷ περὶ θεῶν, θαλοῦ. Ἀριστοτέλης δὲ, τῆς Πυθίας. cui & Dio Chrysost. adscribit orat. VI. At Clemens Strom. II. ex eo translatum ait, quod Moyses πρόσεχε σεαυτῷ. Plato Alcibiade. I. & Xenophon IV. ἀπομνημ. Pythiæ præceptum, quod Pythagoras nosse dæmonium suum, hoc est, ut Hierocles interpretatur, τὴν ψυχήν.

Pag. 5 *Cælum ipsum*] ex illo Horatii lib. 1. Ode III. *Nil mortalibus arduum, Cælum ipsum petimus stultitia.* Manil. lib. IV.

Sint principia omnium semina] Rom. Ed. superfluum existimat τὸ *principia*, quasi semina & principia rerum sint eadem. MS. sint principiorum semina. Lucret. lib. 1. --- *rerum primordia pandam. Unde omneis natura creet res, auctet, alatque. Quæ nos materiem, & genitalia corpora rebus, Reddunda in ratione vocare, & semina rerum Appellare suemus* --

Cælum licet sua materia suspenderit] MS. *pura materia.* nisi malis; *cælum levissima materia.*

Unde formido, quæ superstitio] Lucret. lib. 1. Fulgent. 1. Mythol. Plutarchus definit δεισιδαιμονίαν δόξαν ἐμπαθῆ, ἢ δέος πομπὴν ὑποπλήττουσαν ἐκ ταπεινοῦντος, καὶ συνηχοῦντος τὸν ἄνθρωπον.

Inspiratur, attollitur] Rom. Ed. & alitur.

In semet omnia revolvuntur] Scitum vulgare inter Philosophos. unde illa Iliad. π. ὕδωρ γὰρ καὶ γαῖα γένηαι. Ubi veteres Grammatici, πανσοφίαν τινὰ, καὶ ζωογόνον, καὶ πάμφυτον θέρμον σημαίνειν τὸ. ex aqua enim, & terra omnia conglobata antiquissimorum opinio.

Montes irruunt] Rom. diruunt.

In naufragiis bonorum, malorumq; fata mixta] Latè de his Firmicus Astron. lib. 1. & Diagoræ responsum apud Cic. III. de Nat. Deor.

Sed & colitur] Rom. sed attollitur.

Quod si mundus divina providentia] Omnes ferè hoc argumento utuntur in evertenda providentia divina, quod multis urget Cotta apud Cic. III. de Natur. Deor. Plutarchus de placitis Philosophorum. Nemesius περὶ φύσεως ἀνθρώπου cap. XLIV.

Socrates venenum] Cicutam. ita apud Tacit. XV. Annal. *cum ægre moveretur, hausisse ad acceleranda mortem frustra frigidis jam artubus, & clauso corpore adversus venenum.*

Seges cana] MS. flava.

Pag. 6 *Majorum excipere disciplinam*] Symm. orat. ad Augg. *Si longa ætas auctoritatem religionis facit, servanda est, tot seculis fides, & sequendi sunt nobis parentes, qui feliciter secuti sunt suos.* Cic. II. de leg. Porphyr. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων.

Ante imbutus existimere, quam cognosse] MS. imbutus es timere, quam nosse.

Eleusinios Cererem] Pausan. Att. Diodor. Sic. lib. 1.

Phrygas Magnam matrem] Festus in Peregrina sacra. Diodor. Sic. lib. III.

Epidaurios Æsculapium] Liv. lib. X. Arnob. lib. VII. Athenag. Apol. Chal-

Chaldæos Belum] Euſt. in Dionyſ. Sulpit. lib. II. Hiſt. Procop. in Eſaiam. Hieron. in Oſeam.

Aſtarten Syros] Tertul. Apol. *Vnicuiq; provinciæ, & civitati ſuus Deus, ut Syriæ Aſtarte, Norici Belenus, ut Africæ Cæleſtis.* Aſtarte Phœnicibus, quæ ἐφέσια, ſive Cœleſtis Carthaginienſibus. Idem Tertull. Apolog. Apul. Mileſ. IX. *Regina cœli.* Herodian. lib. V. ἀφροδίτη.

Dianam Tauros] Diodor. Sic. lib. III. Ovid. III. de Ponto. Servius VI. Æneid.

Gallos Mercurium] Cæſar VI. de bello Gall. Sulpit. lib. III. Hiſt.

Vniverſa Romanos] Prudent. I. adverſus Symm. Tertull. Apol. *Apud nos quodvis colere jus eſt præter verum Deum.* hæc ratio eſt, cur Hebræorum Deum cum omnia numina Romani ſuſceperunt, rejecerint, quod ille ſolus coli volebat ſine ſocio & æmulo majeſtatis. Auguſt. de civ. Dei lib. IX.

Totius orbis ambitus occupavit] Symmach. orat. ad Aug. ubi Roma: *Hic cultus in leges meas orbem redegit, hæc ſacra Annibalem à mœnibus, à Capitolio Senonas repulerunt, &c.*

Vltra Solis vias] Virgil. VI. Æneid. *Iacet extra ſydera tellus, Extra anni, ſoliq; vias.*

Per Gallorum acies] Liv. lib. V. Valer. lib. I. cap. I. Florus lib. I. cap. XIII.

Dum undique hoſpites Deos] Auguſt. lib. III. cap. XII.

Ignotis numinibus] Etiam apud Athenienſes ara θεῶ ἀγνώστω. Actor. cap. XVII. Diogen. in Epimenide. Lucian. Philopat. Hieron. in epiſt. ad Titum. Suidas πμάπων. apud Burdigalenſes quoque ara Dei ignoti. Aurelianus Lemovic. Epiſc. vita S. Martialis.

Tenor manſit] Rom. maneat. MS. manſerit.

Antiquitas ceremoniis atque ſanis tantum ſanctitatis] Multa in hanc ſententiam Porphyr. περὶ ἀποχῆς ἐμψ. lib. II.

Et ſic melius errare] Rom. eſſe melius.

Teſtis mater Deûm] Rom. Idæa. ut apud Cic. de Haruſpicum reſponſis. Pag. 7

Probavit matronæ caſtitatem] D. Hieron. lib. I. contra Iovin. *Claudia virgo Veſtalis cum in ſuſpicionem veniſſet ſtupri, & ſimulacrum matris Idææ in vado Tiberis hæreret fertur ad comprobandam pudicitiam ſuam, cingulo duxiſſe navim, quam multa millia hominum trahere nequiverant.* Liv. lib. IX. Arnob. lib. VII. Ovid. IV. Faſt. Tertul. Ap.

Teſtes equeſtrium fratrum] Cicer. II. de Nat. Deorum. Dionyſ.

Hal. lib. VI. Liv. lib. II. August. lib. X. cap. XVI.

Testis ludorum offenso Iove de somno] MS. somnio. Cic. I. de Divinat. Arnob. lib. VII. Lact. lib. II. cap. VIII. Macrob. Sat. lib. I. cap. XI.

Et Deciorum] Liv. lib. VIII. & X. Cic. Catone I. de Div. Valer. lib. V. cap. VI.

Qui equitis sui vel mole vel honore] Emenda: qui equi sui vel mole vel onere, vel: qui eques.

Allia] Lucan. lib. VII. *Et damnata diu Romanis Allia fastis.* Varro V. de lingua Latina.

Claudii, & Iunii] Cic. I. & II. de Divin. II. de Nat. Deorum. Valer. lib. I. cap. IV.

Sprevit auguria Flam.] Cic. I. & II. de Divin Liv. lib. XXII.

Dirarum imprecat. Crass.] Plutarch. Crasso.

Futura præcerpunt] Tertull. Apol.

Per quietem Deos videmus] Synes. περὶ ἐνυπνίων, & ejus scholiastes Niceph. Greg.

Violamus, pejeramus] MS. nolumus.

Pag. 8 *Theodorus*] Diog. Laërt. Aristippo.

Diagoras] Cic. I. de Nat. Deorum. Iosephus II. contra Appion. Tatian. Athenag. πρὸς ἕλληνας. Clemens Protrept. ὧν δὴ χάριν, οὐ γὰρ οὐδαμῶς ἀποκρυπτέον, θαυμάζειν ἔπεισί μοι, ὅτῳ τρόπῳ Εὐήμερον τὸν Ἀκραγαντῖνον, καὶ Νικάνορα τὸν Κύπριον, καὶ Διαγόραν, καὶ ἱππωνατὸν μήλιον, τόν τε Κυρηναῖον ἐπὶ τούτοις ἐκεῖνον, ὁ θεόδωρος ὄνομα αὐτῷ, καὶ τίνας ἄλλους συχνοὺς, σωφρόνως βεβιωκότας, καὶ καθεωρακότας ὀξύτερον πᾶν τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων τὴν ἀμφὶ τοὺς θεοὺς τούτους πλάνην, ἀθέους ἐπικεκλήκασιν.

Humanitas] Genus humanum. ita *humanitatis inimicos*, &: *Iudæorum misera gentilitas*, pro ipsa gente. Sic mortalitas apud Ulp. l. II. D. de pact. dot.

Cum Abderiten Protagoram] Cic. I. de Nat. Deorum. Theodoret. serm. VI. Theophil. lib. III. ad Autolyc. Lactant. lib. I. cap. II.

Athenienses viri] Rom. Ed. & MS. ignorant vocem, *viri*. Tertull. de Pall. *principes Africæ viri Carthaginienses*. Acerrimi vindices contemtæ religionis Athenienses, qua spreta aut sublata sciebant omnia misceri, & imperia everti. ita Anaxagoram cum asseruisset solem, quem ipsi deum existimabant, μύλον εἶναι διάπυρον, παρ' ὀλίγας ψήφους, ut Iosephus II. adversus App. morte mulctandum judicarunt, & Diagoræ caput talenti precio exposuerunt, quod mysteria eorum risisset. Protagoram quoque, nisi aufugisset, capitis supplicio

plicio puniissent. Tatianus περὶ Ἑλλ. Theodoret. Serm. III. notat Platonem veritum Socratis exitum, alioquin & ipsum Deos sua Republ. ejecturum fuisse. ita Cic. 1. de Nat. Deor. Epicurum, ne in offensionem caderet Athenienſium verbis reliquisse Deos, re sustuliſſe. Suid. πμάπων.

Ejus scripta deriserint] Rom. Ed. & MS. deusserint. Apul. Apol. *cætera quod tam lepida non erant, igne deussit.* Lucilius apud Non. Exultare. *Quin totum purges, debelles me, atque deuras.* ubi fortasse scribendum: *Quin totum impugnes.* Protagoræ autem scripta ab Athenienſibus publica animadversione combusta, Diogenes Laërt. & alii produnt. Theoph. lib. III. ad Autol. verba Protagoræ & causſam animadversionis narrat. Usitatum verò in omni republ. benè constituta monumenta improbatæ lectionis comburere. Ulp. l. 4. § 1. D. famil. herciſc. Antiochus Epiphanes libros Iudæorum comburi jussit. Maccab. II. Apud Romanos cura magiſtratus conquirere libros fatidicos, & igne comburere. Ita Numæ commentarii, quod sacra recepta convellere viderentur, Senatusconsulto à Petilio præt. concremati. Plutar. Numa. Liv. l. XIII. Sueton. Aug. cap. XXXI. Valer. lib. 1. Lactant. lib. II. cap. XXII. Ita libri Magorum igne aboliti Act. XIX. Eadem de causa Dioclet. scripta Christianorum flammis exstingui jussit. Euseb. Hist. lib. VII. Arnob. lib. IV. Idem lib. III. ait, non paucos fugisse libros Ciceronis, tanquam opinionum suarum præsumta vincentes, alios dixisse oportere statui per Senatum, ut igne abolerentur, quibus scilicet vetustatis auctoritas opprimeretur. Ita hæreticorum libri combusti l. 6. & 8. de Hæret. l. 3. C. de sum. trin. omnes itaque libri, qui morem majorum everterent, aut alicui infamiam irrogarent, aut optimis moribus nocerent, flammis extincti. Seneca lib. X. controv. Scauri orationes combustas & Labieni libros incensos, tanquam nimiæ libertatis reos. Tacit. Annal. IV. Cremutii Cordi annales patres cremandos censuisse, quod Brutum laudasset, & Cassium ultimum Romanorum dixisset. & in Agric. Aruleni Rustici, & Herennii Senecionis libros in comitio, ac foro deustos, quod Thrasea, & Priscus Helvid. iis laudati.

Inclinatæ] MS. inquinatæ. Rom. Ed. illicitæ. Ulp. l. 1. D. de offic. præt. urb. *D. Severus rescripsit, eos qui illicitum collegium coiisse dicantur, apud præfectum urbis accusandos.* quamvis alii hanc legem de Iudæis intelligant. Tertull. Apol. *Hæc coitio sanè Christianorum meritò illicita, si illicitis par.*

Desperatæ]

Desperatæ] Lactant. lib. v. *Qui autem cultores se Dei abnegaverint, in eos totis carnificinæ suæ viribus incumbunt, & desperatos vocant, quia corpori suo minime parcunt: quasi quicquam desperatius esse possit, quam torquere, ac dilaniare quem scias innocentem. Adeo nec pudor apud eos superest, & retorquent in homines justos convitia sibi congruentia.* In Vet. Glossario inedito: Desperatus παράβολος. Ita appellati bestiarii, qui autorati bestias depugnabant, ab audacia & animæ prodigalitate. Socrates Hist. Eccles. lib. II.

Collectis imperitioribus, & mulieribus] Hoc Christianis usitato probro ab Ethnicis objectum Tatianus & alii docent. imò ne ipsi quidem Christiani negant. Theodor. Serm. VIII. Christianos ait non divites, aut doctos, sed χαλκοτύπους, οἰκέτας, καὶ προσαίτας, καὶ γηπόνους, καὶ ἀλσοκόμους, καὶ γυναῖκας.

Profanæ conjurationis] Paulò post: *Sacraria teterrima impiæ coitionis.* Apud Prudent. hymno. X. περὶ στεφ. Præses Christianos appellat *profanos & impiati seculi reos.* Christiani communi convicio ἄθεοι & impii. hinc illa populi sævientis exclamatio apud Euseb. Hist. lib. IV. αἶρε τοὺς ἀθέους, ζητείσθω πολύκαρπος. Arnob. lib. I. *Ergone impiæ religionis apud vos rei sumus.* vide eundem lib. V. Lactant. lib. V. cap. IX. *Impios vocant ipsi scilicet pii, &c.*

Nocturnis congregationibus] Plinius epist. ad Trajan. *Affirmabant* (Christiani) *summam culpæ suæ, quod essent soliti stato die ante lucem convenire, carmenq; Christo, quasi Deo dicere secum invicem.* nocturnas preces appellat Tertull. Apol. scilicet cum metu prohibiti de die solennia sacrorum celebrare non poterant, noctu conveniebant. Tertull. de fuga in persecut. jubet noctu convenire, & lucere luce Christi luminosi, si interdiu colligere non licet. hoc ortu indubie natæ nocturnæ preces, quæ deinde remanserunt in ecclesia, & ratio ritui quæri cœpta ex illis Matth. XXIV. γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κύριος ὑμῶν ἔρχεται. Lact. lib. VII. cap. XIX. Euseb. Hist. eccles. lib. VI. Greg. Nyss. orat. de festo Paschæ. Tertull. ad Uxorem lib. II. *cum etiam per noctem exsurgis oratum.* Ammian. lib. XXVIII. *festo die in ecclesia Christiani pernoctabant.* Hinc Hieronym. Vigilantium accusat, quod vigilias, & pernoctationes in Basilicis martyrum negligendas existimarit, ne Pascha sæpius celebrari videretur. Sed hoc ipso Christiani rei Romanis legibus; cautum enim XII. Tab. ne nocturni cœtus in Urbe agitarentur. Auctor declamat. in Catilin. Cic. II. de leg. *Omnia* (sacra) *nocturna ne nos forte duriores videamur Diagondas Theb. nus sustulit.* Zosimus l. IV. de Valentiniano: τὰς νυκτερινὰς ἐκώλυε θυσίας.

Ieju-

Jejuniis solemnibus] Lucian. Philop. ἡλίκα ἄσπερ διαμεμύμεν, καὶ ὅσα πανύχιος ὑμνῳδίας ἐπαχυπόντες. De jejuniis Christianorum pleni veterum libri. Ignatius epist. VIII. Tertull. adversus Psych. Hieron. ad Marcellam. Augustin. epist. XCVI. Basilius περὶ νηστείας; Canon. Apost. Nicephor. Greg. ad illa Synesii, περὶ ἐνυπνίων: καθαιρόμενον διὰ τελετῶν. ὅπερ καθαίρεται, inquit, καὶ παρὰ τῷ καθ' ἡμᾶς σπουδαίων διὰ νηστείας, καὶ ἀγρυπνείας.

Latebrosa, & lucifugax natio] MS. & Rom. lucifuga. etiam hoc inter crimina Christianorum, quod publico abstinerent, & reipubl. inutiles. Lucian. Philop. Tertull. Apol. Theophil. II. ad Aut.

Vt busta despiciunt] Verè Christiani templa Ethnicorum, ut busta despiciebant. nata enim ex sepulchris illorum templa, & bustis consecrata sciebant. quod latissimè probare conatur Clem. Alexand. Protrept. Cæcilius verò more gentili loquitur. mirè enim timebant & aversabantur luctuosa, & busta. inde Apul. Apol. petit à Mercurio, ut Æmiliano objiciat, *omnia bustorũ formidamina, omnia sepulchrorũ terriculamenta*. Ammian. lib. XXXI. *Ædificiis nullis tecti, sed hæc velut sepulchra declinant*. sive quod in iis oberrare umbras mortuorũ existimabant, & proinde frequentata magis, ad animarum evocationes, & incantationes. eas enim magno apparatu sacrificiorum, quæ fusè describit Heliod. lib. VI. & Horat. lib. I. Sat. VII. illic peractas varii auctores tradunt. Ammian. lib. XIX. *Si quis per monumentum transisse vespere argueretur, ut veneficus sepulchrorumque horrores & errantium ibidem animarum ludibria colligens reus capitis interibat*. Sanè Dæmones circa sepulchra obversari præter Plat. Phædone, & ex eo Niceph. Greg. in Synes. περὶ ἐνυπν. Pausan. in Atticis, ubi de Miltiadis sepulcro. Clemens Alex. Protrept. Lactant. lib. II. cap. II. Theophylact. in Matth. cap. X. produnt. sive quod pollui bustis verebantur. omnia enim luctuosa, infausta, & impura scito Pythagoræ. Diog. Laërt. Pythag. Lucian. de Dea Syria: ἢν μέντις αὐτέων τέκνα ἴδηται, ἐκείνῳ τῷ ἡμέρῃ εἰς τὸ ἱρὸν οὐκ ἀπικνέεται. τῇ ἐτέρῃ καθήρεας ἔφυσε, ἐσέρχεται. *Deos despuunt*] Tanquam dira, & aversanda. Seneca ad Martiam cap. IX. Seu potius ut notet extremum contemtum & fastidium. Solebant enim Christiani ad visa Idola despuere, & exsufflare. Tertul. de Idolat. *Ipsius fidei conscientiam perrogemus, quo ore Christianus fumantes aras despuet, & exsufflabit, quibus ipse prosperit?* Prudent. περὶ στεφάνων.

Reponit aras ad tribunal denuo

Ingressus ille ut hos paratus perspicit
Insufflat, ipsos ceu videret Dæmonas. Frequens in actis Martyr. Abdia Bab. & aliis.

Dum mori post mortem timent] Lucian. Pereg. πεπείκασι αὐτοὺς οἱ κακοδαίμονες, τὸ μὲν ὅλον ἀθάνατοι ἔσεσθαι. παρ' ὃ καὶ καταφρονοῦσι τοῦ θανάτου, καὶ ἑκόντες αὐτοὺς ἐπιδιδόασιν οἱ πολλοί.

Fallax spes] Simili modo ridet Christianos Lucian. Philop. & inter alia ipsorum κενὰς ἐλπίδας. ita enim cum Cæcilio appellat.

Per universum orbem] Ingens Christianorum multitudo. Tertull. Apol. *Externi sumus, & vestra omnia implevimus, urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, palatium, senatum, forum.* Idem: *Obsessam vociferantur civitatem in agris, in castellis, in insulis Christianos, omnem sexum, ætatem, conditionem, etiam dignitatem transgredi ad hoc nomen mœrent.* eadem lib. ad Scapul. & Chrysost. de Babyla martyre.

Coitionis] Christianorum cœtus, Ulp. collegia. Arnob. conventicula. apud Euseb. Hist. VII. οὐδαμῶς ἐξέσται ἢ συνόδους ποιεῖσθαι, ἢ εἰς τὰ καλούμενα κοιμητήρια εἰσιέναι.

Pag. 9. *Libidinum religio miscetur*] Theoph. III. ad Autolycum: φασκόντων ὡς κοινὰς ἁπάντων οὔσας τὰς γυναῖκας ἡμῶν, καὶ διαφόρῳ μίξει ξυνόντας.

Promiscue appellant fratres, ac sorores] Lucian. Pereg. ὁ νομοθέτης ὁ πρῶτος ἔπεισεν αὐτοὺς. ὡς ἀδελφοὶ πάντες εἶεν ἀλλήλων. Rectè verò Cæcilius ex fratrum, & sororum appellatione stupra, & libidines auguratur. ita enim profanis hæc nomina usurpata. unde Martiali nomina nequiora. lib. II. epigr. IV. *Fratrem te vocat, & soror vocatur. Cur vos nomina nequiora tangunt?* Ita apud Tibull. Petron. & alios. Quid vero causæ, quod sacra hæc nomina ad amores, & libidines traxerint, docet Scholiast. Lycophronis: τοὺς ξένους ἀδελφοὺς τὰ ἐρωτικὰ ποιοῦσιν. αἱ γὰρ ἐρῶντες φωρατεῖσαι λέγουσιν: ἀδελφὸς μοῦ, καὶ συγγενὴς μοῦ ἐστίν.

Maxima, & varia] MS. maximè nefaria.

Turpissimæ pecudis caput] Caput asini, sive, ut Tacit. effigiem animalis, quo monstrante sitim depulerant, Iudæos adorasse plurimi veterum tradiderunt. rei originem fabulis involutam narrat Tacitus lib. V. Plutarch. ridiculè ejus rationem quærit Sympos. lib. IV. At longè graviora, quæ Suidas ex Damocrito Historico refert, non tantum Iudæos caput asininum coluisse, sed hostias quoque humanas ei immolasse. Eadem repetit in Iudas. Sed mendacium diluit Ioseph. lib. II. adversus Appion. Ab iis ergo derivatum

vatum in Christianos tanquam Iudæorum traduces. Huc pertinet, quod is qui vellet relinquere Iudæorum religionem, asino albo veheretur per eorum synagogam, solenni sabbati die. Suidas in Zenon.

Parentis sui adorare naturam] Natum ex eo, quod in exomologesi sese prosternebant. Tertull. de Pœnitent. *Itaq; exomologesis prosternendi, & humilificandi hominis disciplina est. De ipso quoque habitu atq; victu mandat; jejuniis preces alere, lachrymari, presbyteris advolvi, & caris Dei adgeniculari.*

Naturam] Hieron. epist. LXI. *Pars corporis nostri secretior φύσις, à nobis natura dicitur.* Apul. Milesi. II. *natura crescebat.*

Certe occultis, ac nocturnis sacris] Favere enim sceleri tenebræ videntur. Hinc illa apud Horat. improba vota: *Noctem peccatis, & fraudibus objice nubem.* hac ratione poëtæ fingunt noctem generasse dolores, fraudem, mendacia. Hesiod. Theog. Apollod. I. Biblioth.

Et qui hominem summo supp.] Lucian. Peregr.

Et crucis ligna feralia] Hoc ignominiosè Christianis objiciebant, quod Athanas. adv. gentes longo sermone refellit.

Hac conscientia sceleris pignerantur] Gentiles ratione sui moris arbitrabantur Christianos sanguine hausto ad fœdus oppignerari. ideo illis, quos fama erat sanguinem bibere ex communione eucharistiæ, illicitas conjurationes, & sacramenta objiciebant. Plin. epist. de Christian. *Seq; sacramento in scelus obstringere, sed ne furta, ne latrocinia committerent.* Tertull. confœderationem vocat & de Cor. mil. Sacramentum eucharistiæ.

Cirtensis] Cirta Numidiæ, celebris Synodo, cujus acta recitat Optat. Milevit.

Convivium caluit] MS. incaluit.

Nullas aras, templa nulla] Arnob. lib. VI. *consuestis crimen nobis maximum impietatis affingere, quod neque ædes sacras venerationis ad officia construamus, non Deorum alicujus simulacrum constituamus, aut formam, non altaria fabricemus, non aras, &c.* Christiani non habebant templa dedicata, & consecrata ritu ethnico, suas tamen basilicas, seu, ut ipsi appellalant, κυριακὰς habuisse satis constat, eaque frequentasse, nisi quatenus persecutione impedirentur. tunc enim ad domus privatas confugiebant. August. contra Donatist. *Domum privatam Christianis congregandis præstitam constitit tempore persecutionis.* D. Lucas Act. I. Pag. 10

Nulla simulacra] Lamprid. Alex. Sev. *Christo templum facere voluit,*

eumq; inter Deos accipere, quod & Adrianus cogitasse fertur, qui templa in omnibus civitatibus sine simulacris jusserat fieri.

Vt sit Romanis hominibus captivus] MS. R. nominib⁹. Emenda: numinib⁹. Cic. pro Flacco: *Stantibus Hierosolymis, pacatisq; Iudæis, tamen istorũ religio sacrorũ à splendore hujus imperii, majorũ institutis abhorrebat, nunc vero hoc magis, quod illa gens, quid de imperio nostro sentiret, ostendit armis, quam cara Diis immortalibus esset, docuit, quod est victa, quod elocata, quod serva.*

Pag. 11 *Nec intersit utrum feræ*] Petron. *Tanquam intersit periturum corpus quæ ratio consumat, ignis, an fluctus, an mora. Quicquid feceris, omnia hæc eodem ventura sunt. feræ tamen corpus lacerabunt? Tanquam melius ignis accipiat.* Seneca de fortuitis.

Quis unus ullus ab inferis vel Protesilai sorte remeavit] MS. non agnoscit τὸ ullus. Hac vulgari quæstione ad infirmandam carnis resurrectionem Christianos fatigabant. Theophil. 1. ad Autolycum. ἀλλὰ καὶ τὸ ἀρνεῖσθαί σε νεκροὺς ἐγείρεσθαι. φῆς γὰρ δεῖξόν μοι κἂν ἕνα ἐγερθέντα ἐκ νεκρῶν, ἵνα ἰδὼν πιστεύσω.

Pag. 12 *Opere fame*] Scribe: ope, re, fame. talem describit χλευόχαρμον Lucian. Philop. ἕτερος δὲ τοὔνομα χλευόχαρμος, τριβώνιον ἔχων πολύσαθρον, ἀνυπόδετός τε ἄσκεπος, μετέρπε, τοῖς ὁδοῦσιν ἐπικροτῶν, ὡς ἐπεδείξατό μοι τὶς κακοείμων, ἐξ ὀρέων παραγενόμενος. Multi inter Christianos pauperes. Tatian. adv. gent. Theodor. serm. VIII. Hinc illæ διακονίαι apud S. Paul. II. Cor. cap. IIX. & IX. Vide Augustin. de oper. monachorum.

Dissimulat, non vult] Vulgare convicium, quo exagitabant Christianos, cum miseriis premerentur. Si tanta Dei vestri potentia, si vestri curam agit, cur persecutionem patimini, cur mortem. Hęc enim eorum verba refert Clem. Alex. Strom. IV. & invidiam copiosè amolitur.

Querquero quateris] Apul. Apolog. Festus: Querquera. Agel. lib. ult. Cap. I.

Ecce vobis minæ, supplicia, tormenta, & jam non adorandæ sed subeundæ cruces, ignes etiam] Usitata supplicia, quibus in Christianos sæviebant, recenset Tertull. Apolog. *Sic itaque nos ungulæ fodiant, cruces suspendant, ignes lambant, gladii guttura detruncent, bestiæ insiliant, paratus est ad omne supplicium Christianus.* his adde innumera tormentorum & pœnarum ingenia, quæ solers tyrannis excogitabat, prodita Martyr. Act. Euseb. Prudent. & aliis, quorum meminisse animus horret. ea sane crudelia, & inhumana Romanorum judicia arguunt, non tamen omninò iniqua, si humana ratione consideremus.

mus. Graviſſima cauſa, quæ ſævitiam Romanorum armabat, quod prudentiſſimi viri ſciebant, nulla regna firma, & ſtabilia ſine Deorum cultu, quem religionem vocabant. Illa itaque reipub. fundamentum publicæ pacis, & tranquillitatis vinculũ, ſeu, ut Plutarchus adv. Colot. συνεκτικὸν ἁπάσης κοινωνίας, καὶ ἕρεισμα νομοθεσίας, in qua ſi vel minimum mutaretur, mutationem legum, & moris à majoribus traditi ſecum trahebat, quæ ſine reipubl. damno emergere non poterat. Hinc illa vulgaria legum capita: *Separatim Deos non habendos, neque novos.* Et Poſthumius apud Liv. lib. IX. *Patrum avorumque ætate negocium magiſtratibus datum, ut ſacra externa ſieri vetarent, omnem diſciplinam ſacrificandi, præterquam more Romano, abolerent. Iudicaſſe prudentiſſimos viros, omnis divini, humanique juris nihil æque diſſolvendæ religioni, quam ubi non patrio, ſed externo ritu ſacrificaretur.* quod ſemper accuratè in republ. obſervatum. Hinc illa Mecænatis ad Aug. apud Dion. lib. LII. ut ſemper, & ubique Deos κατὰ τὰ πάτρια colat, alioſque ad eundem cultum cogat. Auctores peregrinarum religionum ſuppliciis adficiat, non tantum Deorum cauſa, quos quiſquis contemnit, indubiè etiam alia non magnifaciet, ſed etiam, quod qui nova numina introducunt, multis obſervationem peregrinarum legum ſuadent, unde conjurationes, & illicitæ coitiones oriuntur. Paulus v. Sentent. *Qui novas, & incognitas religiones inducunt, ex quibus animi hominum moveantur, honeſtiores deportantur, humiliores capite puniuntur.* Sanè & apud Perſas capitale fuiſſe novam religionem moliri, eaque de cauſa complures apud Athenienſes, etiam fœminas, capite punitas auctor Ioſephus II. adv. Appion. adeò ut communi gentium jure receptum fuerit, novas religiones opprimere, & earum autores delere. Euſeb. lib. IV. *Omnes enim,* inquit Cicero, v. Verr. *religione moventur, & Deos patrios ſibi retinendos arbitrantur,* quod & Apollinis oraculo obſervandum acceperant. Ita enim Ariſt. Rhet. ad Alex. τὰ μαντία πάντα τοῖς ἀνθρώποις φοβάσθαι, καὶ τὰ πάτρια πάντας τὰς θυσίας. quod & Cic. II. de Leg. fusè repetit. & Draconis lex apud Porphyr. ἀεὶ ἀποχῆς ἐμψ. θυσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις θεὸς τιμᾶν νόμοις πατρίοις. Hiſce legibus rei Chriſtiani, qui mores, & inſtituta majorum firmamenta reipubl. evertere videbantur. Nocturni quoq; cœtus promiſcui mulierũ & virorũ non ſine ſuſpicione factionis. unde Tertull. Apolog. *In cujus perniciem convenimus? hoc ſumus congregati, quod & diſperſi, cum probi, cum boni coeunt, cum pii, cum caſti congregantur, non eſt factio dicenda, ſed curia.* Ne dicam gentilium, opinione impios, qui dum unius Dei cultum ſua-

dent, omnium auferunt, quo non mediocriter labefactata reipubl. fundamenta. nulla enim res efficacius multitudinem regit, quam superstitio, quæ, si qua fides historiis, ad occupandos orbis ambitus par virtuti. & fortitudini auxilium contulit. Adde lucifugos, & subtrahentes se imperii negociis, dum immortalia cogitant, mortalium negligentes, à quibus omnino diversa Romanorum studia, qui cum in defendendis, & propagandis imperii limitibus laborant, Christiani abditi tenebris, solliciti, ut conveniebat, æternitatis, incurioſi honorum, & publicæ utilitatis, Deum colebant; nec resistendis hostibus, depellendæ servituti, & morti pares, quippe qui velut relicto omni robore summo certamine funeri, & suppliciis sese offerebant. *Omnium ergo scelerum* perversa gentilium opinione *rei, Deorum*, ut Tertull. Apol. *Imperatorum, legum naturæ totius inimici, hostes publici, hostes generis humani* existimati, nempe quia Romanum Imperium totius orbis imperium, seu, ut Cic. pro Sylla, *Status orbis terræ, arx regum, ac nationum,* vinculum publicæ pacis, & ut Plin. lib. III. cap. V, de Italia, *Omnium terrarum alumna, & parens numine Deum electa, quæ sparsa congregaret imperia, ritus molliret, & tot populorum discordes, feraſque linguas sermonis commercio traheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, breviterque una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret.* Hostes ergo naturæ, & humani generis, qui hoc imperium evertere conantur, quod Christianis falsissimo crimine objectum. Nummi Diocler. hac inscriptione: *Nomine Christianorum deleto, qui rempubl. evertebant.* Omitto illorum multitudinem imperio delendo majorem. Sanè Tertull. Apolog. *Si*, inquit, *hostes agere vellemus, deesset nobis vis numerorum, & copiarum? plures nimirum Mauri, & Marcomanni, ipsique Parthi, quam totius orbis?* Hæ, & aliæ causæ, quas collegit Tertull. Apol. cur Romani magistratus in Christianos variis suppliciis, & tormentorum ingeniis sævierent, ut eos aut funditus delerent, aut exemplis deterrerent. Sed Christiani *optantes ea, quæ Deus repromittit, consequi*, inspirati auxilio divino cum hac sævitia facile concertarunt, & felici examine per totum orbem terrarum ultra solis vias, & Oceani limites sese effuderunt. Inter omnes tamen pœnas eminebat ignis & crucis supplicium; servile quidem utrumque, gravius tamen ignis; quod adhibitum cum atrocius deliquissent. Hirtius I. de bello Hisp. Servum, qui dominum jugularat, vivum conbustum. Petron. *Ignis pœnam gravissimam credimus ubi servis irascimur.* l. 79. C. Theod. de Decurion. l. un. C. de rap. virg. l. 7. C. de delat. Usitata autem hæc

suppli-

supplicia in Christianos, & quasi illorum propria ex Actis Mart. & Tertull. Apolog. videmus. ideoque & lib. de Anima, patibula & vivicomburia conjunxit. & lib. ad Scap. *Pro tanta innocentia, pro veritate cremamur. quod nec sacrilegi nec hostes publici veri, nec tot majestatis rei pati solent.* Ambros. epist. XXVI. neque uno modo & facili perierunt, sed variis commentis aucti cruciatus. Continuo tamen igne, sive lento & per intervalla iterato combusti. continui species variæ, quas narrant Tacit. XV. Annal. Euseb. Histor. lib. IV. in passione Polycarpi Martyrolog. Rom. passione S. Amphiani, & Ursicii, Prudent. περὶ στεφάνων Hym. III. & passim Martyrum acta. hinc apud Vict. Utic. *perpetuo suspendio crematus est.* Lenti meminit D. Augustin. in Ioan. *Non occisus est cito, sed cruciatus est in igne, diu vivere permissus est, imo non diu vivere permissus est, sed tarde mori compulsus est.* Sed quod hoc gravissimo supplicio in Christianos sævierint, non tam crudelitatis, quam legum Romanarum, quibus ita sancitum erat. Paulus lib. v. Sentent. ad l. Cornel. de Sicar. *Magicæ artis conscios placuit bestiis objici, aut cruci suffigi, ipsi magi vivi exuruntur.* Ulp. l. 6. D. ad l. Iul. pecul. *Scio multos ad bestias damnasse sacrilegos, nonnullos etiam vivos exussisse.* Salvian. de Provid. lib. VII. *Latro aut sacrilegus cum flammis exuritur, suis criminibus concrematur.* Magi ergo & sacrilegi vivi comburuntur, & Christiani qui magi & sacrilegi existimati. Sueton. Ner. *Christiani genus hominum superstitionis novæ ac maleficæ.* Prudent. περὶ στεφ. Hym. X. Tertull. Apolog. *Sacrilegii & majestatis rei convenimur.* Minuc. *Hæc sacra sacrilegiis omnibus tetriora.* Ita passim aliis Christiani malefici. Quanquam hanc pœnam sacrilegis irrogatam non fuisse existimem, nisi glisscente nequitiâ, & sceleribus, quæ gravioribus pœnis compesci oportuit; video enim negari à Tertul. Sed de his alias plenius.

Voluptatibus abstinetis] Tertull. de Hab. mul. *Spectaculorum voluptates.* Vopisc. in Aurel. *voluptates ludorum scenicorum.*

Convivia publica absque vobis] Huic probro egregiè respondet Tertull. Apol. *Grande officium toros in publicum educere, vicatim epulari, civitatem tabernæ habitu obolefacere, &c.* Emenda: halitu.

Præceptos cibos] Tertul. de Spectac. *Non sacrificamus, non parentamus. Sed neque de sacrificato & parentato edimus, quia non possumus cænam Dei edere & cænam Dæmoniorum.* Idem de præscript. adv. Hæret. Apul. Milesi. IV. *Sacrificales epulas.* D. Paul. I. ad Corinth. cap. IIX. Clem. Alex. Pæd. lib. II. cap. I. Porphyr. apud Euseb. præpar. Euang. lib. IV. cap. IV.

Nec

Nec caput coronis nectuis] Ritus vulgaris. Tertull. de cor. mil. Clem. Alex. παιδαγ. lib. II. Plin. lib. XXI. Athen. & alii.

Non corpus odoribus] Unguenti usus varius unctioni corporis, & mixturæ cibi, & potus. Athen. Plin. Lucian. Nigrino. Plutarch. Sympos. Adhibita autem potissimum unguenta fœtori pellendo, ideoque & cibis miscebant, ut halitum oris ex ingluvie contractū pellerent. Plin. lib. XIII. cap. I. & lib. XI. cap. LIII.

Reservatis unguenta funeribus] Tertul. de Idol. *Pigmenta nobis ad solatia sepulturæ usui sunt.* Apolog. *Sciunt Sabæi, pluris, & carius suas merces Christianis sepeliendis prosligari, quam Diis fumigandis.* Prudent. Cathem.

Coronas sepulchris denegatis] Hujus moris meminit Lucian. Nigrino: οἱ μὲ ἐσθῆτας ἑαυτοῖς καλόοντες συγκαταφλέγουσι, ἔνιοι δ' καὶ στέφειν τὰς σήλας ἀπεθάσαν. & Scytha. ὑ μέγα τὸ χῶμα, καὶ ἡ στήλη χαμαὶ πλαγιὰ ἀλλ' ἑστῶσά γε ἀεί. eadem φεὶ τῆ ὅπῃ μίσῳ σωθῆναι. Quanquam verba Octavii, quibus hisce respondet, innuant hæc potius de mortuorum coronis capienda esse.

Pallidi, trepidi] Prorsus his similia de Christianis Lucian. Philopat. ὁρῶ ἄνδρας ὠχριακοφότας, καὶ κατηχρειωμένους. & quod apud eundem sequitur: ἔφασκον δὲ, ὡσεί τινα λυγρὰν ἀγγελίαν ἀγάγοιμεν. ἐφαίνοντο δ' ὅτι, ὡς τὰ κάκιστα ἀκηκοότες. &c.

Desinite cœli plagas satis est pro pedibus aspicere] Apud Cic. II. de Div. *Quod ante pedes nemo spectat, cœli scrutantur plagas.* Seneca de morte Claud. *Cœli scrutatur plagas, Deus fieri vult.* Ita Lucian. Philop. Christianos per risum appellat ἀθροβατοῦντας, & αἰθρείους.

Et mundi fata rimari] Hinc ille risus apud Lucian. Philop. ubi ita Critias Christianos alloquitur: ὑμεῖς παιδάριοι ὄντες, καὶ ὡς ἀπὸ ὑψηλοῦ ἅπαντα καθορῶντες, ὀξυδερκέσατα καὶ τάδε γεγονέναται. πῶς δ' τὰ τοῦ αἰθέρος μὲν ἐκλείψεις ὁ ἥλιος, ἡ δὲ σελήνη κατ' ἀδύτερον γινόσθ.

Quod supra nos] Lactant. lib. III. cap. XIX. Xenoph. IV. Ἀπομνημ.

Quod oraculum] τὸ Oraculum Rom. Ed. delet.

Simonidis Melici] Vide Cic. I. de Nat. Deorum.

Renidens] MS. renitens.

Homo Plautinæ prosapiæ] D. Hieron. specie proverbii usurpasse videtur epist. XLIIX. *Plautinæ familiæ columen.* & epist. XXVII. *Inventæ sunt Plautinæ familiæ, & sciolæ tantum ad detrahendum.* Ab eo quod Plautus ad molas manuarias pistori se locasse dicitur.

Pistorum præcipuus] Varro I. de vita pop. Rom. apud. Non. Pinsere. *Nec pistoris nomen erat, nisi ejus, qui ruri far pinsebat.* Ita quod Terentius And. *in pistrinum dabo.* Plaut. Epid. Sc. Rem tibi. *pistori dabo.* Ergo antiquitus

quitus pistores, qui farinam pinsebant, sive qui pistrinum exercebant. Ulp.l.1.§.9. D. Depositi. pistrinarii. Sed postea pistores, etiam ἀρτοποιοὶ dicti. Utrumque conjunxit Martialis Epig. XVI. lib.1 IX. *A pistore, Cipere, non recedis, Et panem facis, & facis farinam.* Idem Martial.lib.XII. *Vendit pueris jentacula pistor.* Glossæ ἀρτοποιὸς *Pistor, Panificus.* Plin.lib.XXII.cap.IV. *Est & lotometra, ex cujus semine simili milio fiunt panes in Ægypto à pastoribus aqua vel lacte subacto.* Emenda: *à pistoribus*, apud eundem Plin. pistrinæ, tabernæ pistorum lib.XIX.cap.VIII. *Gith nascitur pistrinis.* Varii autem pistores, Dulciarii, Apul.lib.x. Mil. *Pistor dulciarius, qui panes, & mellita concinnabat edulia.* Placentarii. Glossæ: πλακουντάριος *Placentarius, Dulciarius.* Firmic. Astron. lib.1 IX. *Faciet pistores dulciarios, conditores.* Veget.lib. I.cap.VII. Libarii, crustularii. Sen.epist. LVI. *Iam libarii varias exclamationes, & botularium, & crustularium, & omnes propinarum institores.* Scriblitarii. Afran.apud Non. Lucuns. Ex his rectè capimus jocum Plauti in Capt. Sc. Advorte. ubi ait opus esse militibus pistorienſibus, paniceis, placentariis, turdetanis, ficedulensibus. Vides pistorienses etiam coquos complecti. nam coqui,& pistores apud antiquos iidem, ut notat Festus in Coquus. Apul.quoque Miles.x. coquum,& pistorem conjunxit. & indubiè Arnob.lib.II. *Quid sullones, lanarios, phrygiones, coquos, panchristarios, muliones, lanios?* Scribendum enim censeo: *coquos, panarios, crustarios.* Glossæ: ἀρτοπώλης *Panarius.* & apud Varronem de ling. Lat. IV. Panarium, ubi panes servabant. Crustarii à crusta, ut crustularii. Genera autem pistorii operis Plin. pistrinarum opera appellat. nam pistrinæ, ut dixi, tabernæ pistorum. lib. XIIX. cap. IX. *E siligine lautissimus panis, pistrinarumque opera laudatissima.* Ea & varii operis, & formæ, unde Martial. *Mille tibi dulces operum manus ista figuras Exstruit.* & Manil. lib. V. in genitura pistoris. *Atque unum genus in multas variare figuras.* Plinius cælaturas vocat. lib.XIX. cap. IV. *E frugibus quoque quoddam alimentum sibi excogitasse luxuriam, superq; pistrinarum operibus, & cælaturis vivere.* Varro IV. de ling. Lat. *Panis, quod primo figuras faciebant mulieres in panificio Panis.* Sed ipsa placentarum & dulciorum forma varia. Apul lib.x. *Hic panes, crustula, lucunculos, hamos, lacertulos, & complura scitamenta mellita.* ita circuli apud Varronem. apud Clem. Alex.protrept. σησαμᾶι, ἢ πυραμίδες, ἢ τολύπαι, ἢ φοίνικα πλυούσαλα. Arnob.lib.II. *Vt spirulas, & botulos facerent, isicia, castellamenta Lucanica, suminatam cum his carnem, & glaciali conditione tuccta.* Puto corrigendum: *castellamenta, lucanicas, suminatam.* Castellamenta, planè ut

πυραμίδες Clementi. nam non tantum dulciaria diversis figuris confecta, sed & farcimina. apud Apicium lib. 11. *circelli isiciati, &: circelli rotundi.* Lucanicæ notæ ex Mart. & eodem Apic. At τολύπαι Clementis, plane sunt Petronii *melliti globuli: Mellitos verborum globulos, & omnia dicta, factaq́, quasi papavere, & sesamo sparsa.* nam melle cum papavere mixto in condiendis dulciariis usos auctor est Acro in Hor. de arte poët. ubi ait: *Mel cum papavere mixtum in placenta sæpe offendere.*

Et incredibili] Rom. & in incredibili.

Pag. 14 *Culpam judicis*] Lege: judicii.

Ex altero latere] Rom. E. lateat.

Si potest refutari] MS. reputare. Rom. reputari.

Vt potero, pro viribus] τὸ ut potero, videtur superfluum.

Lumine diluamus] MS. in lumine. Rom. flumine.

Pag. 15 *Diffinditur*] Rom. Defunditur. Sententiam Minucii elegantissime expressit Oppian. ἁλιεύτ. III.

----- εἴκελος ἀνδρὶ
Κείνῳ, ὃς ἐν τριόδοισι πολυτρίπτοισι κυρήσας
Ἔστη ἐφορμαίνων, κραδίη δὲ οἱ ἄλλοτε λαιὴν,
Ἄλλοτε δεξιτερὴν ἐπιβάλλεται εἰς ὁδὸν ἐλθεῖν.
Παπταίνει δ' ἑκάτερθε, νόος δὲ οἱ ἠύτε κῦμα
Εἰλεῖται, μάλα δ' ὀψὲ μιῆς ὠρέξατο βουλῆς.

Vide Zenob. & Suid. ἐν τριόδῳ εἶμι.

Adeò divites] Rom. At vero diu.

Aurum suscipere] Rom. Suspicere.

Ingenium non dari facult.] Tatian. πρὸς ἕλληνας. πάντες οἱ βουλόμενον φιλοσοφεῖν παρ' ἡμῖν ἄνθρωποι, οὐ τὸ ὁρώμενον δοκιμάζομεν, οὐδὲ τοὺς προσιόντας ἡμῖν ἀπὸ σχήματος κρίνομεν. τὸ γὰρ τῆς γνώμης ἐῤῥωμένων παρὰ πᾶσιν εἶναι δύνασθαι λελογίσμεθα.

Cum non disputantis auctoritas] Cic. 1. de Nat. Deor. *Non tam auctores in disputando, quam rationis momenta quærenda sunt.* Theoph. initio lib. 1. ad Autol. Arnob. lib. 1.

Pag. 16 *Sermo & ratio per quæ Deum agnoscimus*] Ambrosius lib. v. epist. 38. Processit postremus creaturarum homo specie gratus, mente sublimis, ut omni esset creaturæ miraculo, in quo ad similitudinem æterni Dei, νοῦς esset æternus, humana specie amictus. &c.

Quid enim potest esse tam apertum] Vulgaria hæc argumenta, quibus omnes ferè, qui adversus gentes scripserunt, & alii auctores, in adstruenda divinitate usi sunt, quorum verba adducere supervacuum existimo

existimo. Auctor lib. de mundo, Augustin. lib. III. & lib. XV. cap. IV. de trinitate. Hieron. in Eccles. cap. III. Verba autem Minucii expressa ex illis Cic. II. de Nat. Deor. *Quid potest esse tam apertum, tamque perspicuum, cum cælum suspeximus, quam esse aliquod numen præstantissimæ mentis, quo hæc regantur.*

Quæ sunt infra, circaq́] Pacuvius apud Var. de ling. Lat. *Hoc vide circum supraq́, quod complexu continet terram.* Lucret. lib. I. *Denique jam tuere hoc circum supraq́, quod omnem Continet amplexu terram.*

Vide & annum] Nemesius περὶ φύσεως ἀνθρώπου cap. XLII. Theodor. orat. II. Augustin. de vera relig. cap. XXIIX. *Non frustra & inaniter intueri oportet pulchritudinem cæli, ordinem syderum, candorem lucis, dierum, & noctium vicissitudines, lunæ menstrua curricula, anni quadrifariam temperationem quadripartitis elementis congruentem, tantam vim seminum, species numerosque gignentium, & omnia in suo genere, &c.*

Labore] ἔκλειψιν. Virgil. II. Georg. *Defectus solis varios, lunæq́ labores.* Lunam enim laborare putabant, quoties deficiebat, ideoque clamore, & tinnitu æris ei succurrebant. Seneca Hippol. *Tractam Thessalicis carminibus rati Tinnitus dedimus, tu fueras labor.* Iuven. Sat. VI.--- *Laboranti poterit succurrere Lunæ.* Ambros. sermone XXCIIX. rationem hujus moris reddit auctor problematum, quæ Alexandri Aphrod. nomine circumferuntur. probl. XLV.

Quid tenebrarum] Expressum ex illis Cic. II. de Nat. Deor. *Iam diei noctisque vicissitudo conservat animantes, tribuens aliud agendi tempus, aliud quiescendi.*

Metendique tempus inducant] MS. indicant.

Verum etiam sentiri, perspici] Cic. II. de Nat. Deor. *Quæ non modo ut fierent ratione eguerunt, sed intelligi qualia sint, sine summa ratione non possunt.*

Quid cum ordo temporum] Athanas. longa oratione hoc diduxit: Verissimum est, inquit, æstimare Deum, qui συμφωνίαν istam operatur, quem licet subtractum oculis non cernamus, ordo tamen, & concentus τῷ ἐναντίων ducem, & principem fatetur.

Alias armatas cornibus] Cic. II. de Nat. Deorum. *Animantium aliæ* Pag. 17
coriis tectæ, aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ, pluma alias, alias squama vi lemus obductas, alias cornibus armatas, alias habere effugia pennarum. Plin. Proœm. lib. VII. Ambros. Hexam. lib. VI.

Spicatas aculeis] Glossæ: *Spico, acuo, abrado.* Vide Serv. ad illa Virg. I. Geor. *Ferroq; faces inspicat acuto.* Grati⁹ de venat.: *Spicant hastilia dentes.*

Sensus velut in arce] Cic. II. de Nat. *Sensus interpretes, ac nuncii rerum in capite tanquam in arce collocati sunt. Oculi tanquam speculatores altissimum locum obtinent &c.*

Quædam unicuique lineamenta deflexa] Firmic. Astron. lib. I. cap. III. *Cum sit unico omnium necessitudo sanguine juncta: diversa tamen formarum designatione cernuntur. Nec invenitur aliquis ita similis, ut non vultus ejus ab alterius vultu ex aliqua parte dissentiat.*

Britannia sole deficitur] Strabo lib. IV. In Britannia sereno etiam cœlo aërem caliginosum, ὥστε δι' ἡμέρας ὅλης ἐστὶ τρεῖς μόνον ἢ τέτταρας ὥρας τὰς περὶ τὴν μεσημβρίαν ὁρᾶσθαι τὸν ἥλιον. Getulicus in epigrammatibus de Britannis apud Probum in I. Georg.

Non illic aries verno ferit aëre cornu,
Gnosia nec gemini præcedunt cornua tauri,
Sicca Lycaonius resupinat plaustra Bootes.

Maris tepore recreatur] Mari inclusus est tepor, qui agitatione excitatur. Cic. II. de Nat. Deor. *Maria agitata ventis, ita tepescunt, ut intelligi facilè possit in tantis illis humoribus inclusum esse calorem, nec enim ille externus, & adventicius habendus est tepor, sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus.* Hinc intelligenda illa Persii Sat. VI. *Mihi nunc Ligus ora Intepet, hybernatque meum mare.* Malè enim hæc Persii cepit ejus interpres Cornutus, quasi dixisset, Liguriam in brumali frigore tepidum cœlum præbere. Nam Persii mens est secessisse se in Liguriam, & illic hyemare, quam sibi ait intepere tanquam infestatam frigore, & tempestatibus. Nam mare tempestuosum, & vento agitatum, intepescere dicitur.

Ægypti siccitatem] Cic. II. de Natura Deor. *Ægyptum Nilus irrigat, Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates. Indus vero non aqua solum agros lætificat, & mitigat, sed etiam conserit. magnam enim vim seminum dicitur secum deportare.* Hæc expressit Minucius, ideo facile persuaderi mihi patior verba Minucii glossematis inquinata. Nam illa, pro imbribus pensat, interpretantur verbum, colit. Deinde non Indus flumen, sed Indum flumen, ut Horat. flumen Rhenum. flumen Metaurum. Cæsar flumen Rhodanum. I de bello Gall. *A lacu Lemano, quem flumen Rhodanum influit.* ita enim legendum, non, qui in flumen Rhodanum influit. Ammian. lib. XV.

Quod si ingressus] Cic. *An vero si domum magnam, pulchramque videris, non possis adduci, ut etiam si dominum non videas, &c.* Athanas. Theophil. lib. I.

Pag. 18 *Quando unquam regni societas*] Allusit ad illa Lucani:

Nulla fides regni sociis omnisque potestas
Impatiens consortis erit.

Omitto Persas] Herodot. lib. III. Iustin. I. Val. Max. lib. VII. cap. III.

Hic

Hic videri potest] Imitatus est illa Tertull. Apol. *Invisibilis est, etsi videatur: incomprehensibilis, etsi per gratiam repræsentetur: inæstimabilis, etsi humanis sensibus æstimetur. Cæterum quod videri communiter, quod comprehendi, quod æstimari potest, minus est oculis, quibus occupatur, & manibus, quibus contaminatur, & sensibus, quibus invenitur. Quod vero immensum est, soli sibi notum.* Vide Lactant. ad illa Statii Thebaid. IV. ---- *summum quem scire nefastum Illum sed taceo.*

Dum inæstimabilem dicimus] Prudent. hym. X.

Deus perennis res inæstimabilis
Non cogitando, non videndo clauditur.
Excedit omnem mentis humanæ modum.

Merc. Trismeg. Pæmand. Deus ἀγέννητος, ἀφαντασίαστος, καὶ ἀφανὴς, οὐδὲ ἀκουστὸς, οὐδὲ λεκτὸς, οὐδὲ ὁρατὸς ὀφθαλμοῖς, ἀεκλάλητος, ἄῤῥητος, σιωπῇ φωνούμενος. Hierem. cap. XXXIII. Clemens Al. Strom. V. Iustin. Parænet.

Nec nomen Deo quæras] Cyprian. & MS. Dei. Iustin. Apol. II. ὄνομα γὰρ τῷ ἀῤῥήτῳ θεῷ οὐδεὶς ἔχει εἰπεῖν. Εἰ δέ τις τολμήσειεν εἶναι λέγειν, μέμηνε τὴν ἄσωτον μανίαν. eadem in Parænet. & lib. de monarch. Dei. Simplic. in Epict. ἔτι δὲ μᾶλλον ἐπιστῆσαι χρὴ ὅτι τοῦ πάντων αἰτίου ὑπὲρ πάντα ὄντος τὰ ὄντα, οὐδέν ἐστιν οἰκεῖον ὄνομα.

Illic vocabulis opus est] Attalus interrogatus τί ὄνομα ἔχει ὁ θεὸς; ἀπεκρίθη, ὁ θεὸς ὄνομα οὐκ ἔχει ὡς ἄνθρωπος. Euseb. lib. V. in epist. Mart. Lugd.

Audio vulgus] Tertull. Apol. Et quod Deus dederit, omnium vox est. Iudicem quoq; contestatur illum, & Deus videt, & Deo commendo, & Deus mihi reddet. eadem repetit lib. de testim. animæ. Vide Lactant. lib. II. cap. I. Plato Alcibiade I. Ἀλλὰ πῶς χρὴ λέγειν; ΣΩ. ὅτι ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ. Pag. 19

Talem esse mortalium mentem] Hom. Odyss. Σ.

Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγησι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Quos versus Cic. apud. Augustin. de civ. Dei cap. VII. vertit. Archilochus autem ita imitatus est; τοῖος ἀνθρώποισι θυμὸς γλαύκιε λεπτίνεω παῖ γίνεται Θνητοῖσ' ὁκοῖον ζεὺς ἐφ' ἡμέρην ἄγει. Quod Plutarchus in Homero & Theo Sophista in Progym. notant. Vide Max. Tyr. Orat. I.

Proximius verius] Forte: proximius veris. Verba Virg. Æn. VI.

Idem alio loco] Georg. IV. Vide Probum in ecl. VI. & Serv. IV. Georg.

Hæc enim vera sunt] Rom. Hæc enim ejus verba sunt.

Quam mens, & ratio] Iustin. Apol. II. Clem. Protrept. Tertull. Apol. Theophil. lib. II. ad Aut. Hermes Pœmand. Ὁ δὲ νοῦς ὁ θεὸς ἀπεκύησε λόγῳ ἕτερον νοῦν δημιουργόν. ὃς θεὸς τοῦ πυρὸς, καὶ πνεύματος ὢν ἐδημιούργησε διοικητὰς τινὰς ἑπτὰ &c. Tatianus Spiritum inesse stellis, angelis, hominibus, illum quidem unum, sed tamen certis differentiis distinctum. Auctor lib. de mundo appellat δύναμιν πάντων διήκουσαν. Sed de his latius lib. de anima mundi.

Rerum initium aquam dixit] In quo secutus Orpheum, cui Oceanus creator omnium. Hasce autem opiniones varias de rerum initiis, & earum moderatore Deo collegerunt ferè omnes qui adversus gentes scripserunt, ne necesse habeam illos toties laudare. Cic. I. de Nat. Deorum: *Thales Milesius, qui primus de talibus rebus quæsivit, aquam dixit esse initium rerum. Deum autem eam mentem, quæ ex aqua cuncta fingeret.* ubi veteres libri scribunt: *qui primus de naturalibus.* Vitru. lib. II. cap. II. Plutarch. de plac. Philos. Diog. Laërt. Salvianus I. de Providentia. Sext. Philos. Hypotyp. lib. III.

Anaxagoræ] Hujus opinionem, ut aliorum Philosophorum, recitat Hermias διασυρμῷ τῶν ἔξω φιλοσόφων. Niceph. in Synes. περὶ ἐνυπνίων. Euseb. lib. III. cap. III. παρασ.

Pag. 20 *Animalium omnium vita capiatur*] Lactant. lib. I. Cap. V. *Pythagoras definivit quod esset Deus: Animus per universas mundi partes omnemque naturam commeans atque diffusus, ex quo omnia quæ nascuntur, vitam capiunt.* Iisdem verbis Salvian. I. de Provid.

Imagines fundat] Cic. *Quid Democritus, qui imagines, earumque circuitus in Deorum numero refert, tum illam naturam, quæ imagines fundat.*

Aristoteles Ponticus variat, alias mundo, alias menti divinæ tribuens principatum] Hæc MS. non agnoscit, & delenda sunt ut superflua.

Cæterarum rerum] Rom. Ed. delet τὸ cæterarum.

Xenophon] IV. Ἀπομνημ.

Pag. 21 *Terrenorumque fabricator quem & invenire difficile*] Platonis verba: τὸν μὲν πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς, εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. eadem Hermes Pœmand. Iustin. Parænet. Platonem illa hausisse ex Moysis, & Ægyptiorum disciplina scribit. Clem. Protrept. Apud Hebræos enim Dei nomen ἀνεκφώνητον Basil. περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. cap. XIIX.

Equos suis hominibus] Fortasse: semihominibus.

Dum reges suos] Scholiast. Lycoph. τοὺς βασιλεῖς δ' ἀνέκαθεν Δίας ἐκάλουν πάντας.

Pag. 22 *Eorum memorias instantius retinere*] MS. in statuis. quomodo & Carrio

rio correxit. Eandem verò originem superstitionis, & idolatriæ tradunt Athenag. Apol. Athanas. adv. gentes. Prudent. II. adv. Symm. Lactant. lib. I. cap. XV. & Fulgent. I. Mytholog. ex Diophante Historico iisdem penè verbis. ubi scribendum: *Nam & Nicanor Musicus in χρωματοποίων libro Musicæ artis, quem scripsit, ait: Dominum* (Lactant. in III. Theb. Stat. Deum) *doloris prima compunctio finxit humani generis. Exin inveteratus error humanis pedetentim consertus disciplinis barathro quodam insanæ credulitatis prolabitur.* Hæc mirè corrupta sunt apud Fulgent.

Lege Stoicorum scripta, vel scripta sapientum] MS. & Rom. Historicorum scripta, quamvis Stoici Physiologi. reliqua indubiè è glossa irrepserunt.

Ob merita virtutis aut muneris] Lactant. lib. I. cap. IIX. *Nimirum quia reges maximi, ac potentissimi fuerunt, ob merita suarum virtutum aut munerum, cum cari fuissent iis, quibus imperitaverant, in memoriam sunt consecrati.* Athanas. adv. gentes: εἰς ἐκεῖνο δὲ τάχα τραπήσονται, καὶ μεγαφρονήσουσιν ἐπὶ τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἀρεθεῖσι τῷ βίῳ χρησίμοις λέγοντες διὰ ταῦτ' αὐτοὺς, καὶ θεοὺς ἡγεῖσθαι, ὅτι τοῖς ἀνθρώποις χρήσιμοι γεγόνασι. Ζεὺς μὲν γὰρ λέγεται πλαστικὴν τέχνην ἐσχηκέναι. Ἄρτεμις δὲ τὴν κυνηγετικὴν, καὶ ἥρα στολισμόν. Euseb. lib. I. cap. VI. Theodoret. serm. III.

Euhemerus exequitur] Cic. I. de Nat. Deor. Sext. Empir. lib. IIX. Plutarch. I. de Plac. Philos. Theodor. Serm. II. Euseb. lib. II. & X. Præpar. Euang. Lact. lib. I. cap. XI. Augustin. de Civ. Dei libro VI. cap. VII. & alii.

Phariæ Isidis] Apud Tertull. Apol. Pharia Isis. non, farrea.

Pro Diis assumtos in Deos loquitur] Rom. prodigiis. Illa, pro diis, inducenda sunt.

Qui errando inventis novis frugibus] Rom. delet vocem frugibus. Plin. lib. XXV. *Singula quosdam inventa Deorum numero addidere.* Euseb. I. cap. VI. præp. Euang.

Perseus philosophatur] Cic. I. de Nat. Deorum. *Perseus eos dicit esse habitos Deos, à quibus magna utilitas ad vitæ cultum esset inventa, ipsasque res utiles Deorum vocabulis nuncupatas.*

Iisdem nominibus] Vide Var. IV. de ling. Latin.

Insigni volumine ad matrem] Athenag. Apolog. Epistolam appellat. quem vide, & Augustin. de Civ. Dei. lib. IIX. cap. V. lib. XII. cap. X.

Et dispicis Isidis] Dispex ὀξυβλέπτης. Rom. Ed. & MS. Dispice Isidis ad hirundinem. Isis mutata in hirundinem. Plutarch. περὶ

ἴσιδος.

ἴσιδος. αὐτῷ (ἴσιδι) γενομένῳ χαλεπὸν τῇ κόνει σειπάλεως καὶ θρῆνεῖν.

Sistrum] Apul. XI. Mil. describit: *Æreum crepitaculum, cujus per angustam laminam in modum balthei recurvatam trajectæ mediæ paucæ virgulæ crispante brachio tergeminos jactus reddebant argutum sonorem.* Vide Lactant. ad illa Statii I. Theb. *Et arisoni lugentia flumina Nili.* Plutarch. de Iside.

Inanem tui Serapidis] Multis hæc refert Plutarch. Typhonem noctu incidisse in arcam, in qua conditum cadaver Osiridis, quod dissectum dispersit, Isidem frustra conquisiviſſe, multaque ostendi Osiridis sepulchra, & quæ apud illum sequuntur, ex quibus facile intelligitur, cur inanem Serapidis tumulum dicat.

Isis perditum filium] Lactant. lib. I. cap. XXI. *Isidis sacra sunt, quatenus filium vel perdiderit, vel invenerit. Nam sacerdotes ejus sua pectora tundunt, lamentantur. Deinde puer producitur quasi inventus, & in lætitiam luctus mutatur.* Athanas. adv. gentes.

Cedunt pectora] Lamprid. Commodo. *Isiacos pineis usque ad perniciem pectus tundere cogebat.* Athenag. Apol. Αἰγύπτιοι τύπτονται ἐν τοῖς ἱεροῖς τὰ στήθη καὶ τὰς παπηγύρεις ὡς ἐπὶ τελεταῖς, καὶ θύουσιν ὡς θεοῖς.

Cynocephalus] Qui & Anubis. Mercurius, ut Plutarch. de Iside. Is cultus Ægyptiis canina facie. Apul. *Attollens canis cervices arduas Anubis, læva caduceum gerens.*

Pag. 23 *Ceres facibus accensis*] Nota fabula ex Serv. in Virg. I. Georg. quam etiam multis narrat Tzetzes, aliique interpretes Hesiodi. Claudian. de raptu Proserp. --- *faces extollit Eleusis, Angues Triptolemi strident, & squammea curvis Colla levant attrita jugis.* Hinc Apul. lib. XI. in descript. Cereris: *dextra lævaque sulcis insurgentium viperarum cohibita.*

Liberam] Glossæ: *Libera* Σεμέλη.

Hæc sunt Eleusinia] Clem. Protrept.

Δηὼ δὲ καὶ κόρη δράματα ἤδη ἐγνώσθω μυστικόν. καὶ τὸν πλάνον, καὶ τὴν ἁρπαγὴν, καὶ τὸ πένθος αὐτῶν Ἕλλησι δαδουχεῖ. Euseb. lib. II. cap. III. præpar. Zenob. ἀγέλαστος πέτρα.

Nutrix capella] Amalthæa. Ovid. V. Fastor. Diodor. Palæphat. Fabulam exactè narrat Hygin. fab. CXXXIX. ubi pro Adamanthea Amalthæa scribendum censeo. & deinde: *qui Græcè Curetes sunt appellati, aliis Corybantes dicuntur. his autem Lares appellantur.* Apollod. lib. I. Lapidem vero, quem fasciis involutum devorasse Saturnum fingunt βαίτυλος Græcis, abaddir apud Priscian. lib. VII.

Tinnitus eliditur] MS. illiditur. Lucret. de Curet. *Pulsarent æribus*

ara.

æra. & Prudent. II. adv. Symm de iisdem: *tinnitus aënos.* malim tamen legi: *tinnitus editur.*

De Cybele] Vulgata fabula, quam tamen variè referunt. Ovid IV. Metam. Catull. de Berecinth. Serv. IX. Æn. Arnob. lib. V. Tatian. Augustin. & Mythologi.

Dindymena] Strabo lib. X. Μητέρα καλοῦντες θεῶν τῶν τόπων Ἰδαίαν, καὶ Δινδυμήνην, καὶ Πεσσινουντίδα.

Corporis sui supplicio] Lucian. de Dea Syr. Scholiast. Hephæst. Catull. de Berecint. Prudent. Hym. X. περὶ στεφ.

Ast hic metenda dedicat genitalia
Numen reciso mitigans ab inguine,
Offert pudendum semivir donum Deo.

Vulcanus claudus] Ejectus scilicet in Lembum insulam, quo casu crus fregit. Clem. Protrept. Hom. Iliad. A. Inde χαλαίπους poëtis. Nicand. Theriac.

Deus] Videtur abundare.

Apollo lævis] Arnob. lib. VI. *Æsculapium ex Apolline procreatum patre lævi, & glabro, ita barbatum filium fingi, ut in ancipiti relinquatur, uter illorum pater sit, uter filius.* Chrysost. de Babyla Mart. Cur vero Apollo imberbis Fulgent. & alii Mythologi docent. Vide Lactant. ad I. Theb. ubi de Apoll. Thymbræo.

Minerva cæsiis] Cic. I. de Nat. Deorum. *cæsios oculos Minervæ, cæruleos Neptuni.* Athenag. Apol.

Pan ungulatis] Philarg. in Virg. *Pan per cornu solem significat, & lunam, per pellem maculosam, cœli sydera, per ungulas caprinas, soliditatē terræ.*

Diana altè succincta] Prudent. περὶ στεφ.

Tum quod Dianam molle succinctam vident,
Venantis arcum pertimescunt virginis.

Arnob lib. VII. Illa est quæ ἀγροικοτέρα Eustat. Iliad. σ.

Ephesia mammis multis, & uberibus exstructa] Ita Rom. Ed. quam lectionem defendit locus D. Hieron. in Proœm. epist. Pauli ad Ephes. *Dianam colentes non hanc venatricem, quæ arcum tenet, atque succincta est, sed illam multimammiam, quam Græci πολύμαστον vocant, ut scilicet ex ipsa quoque effigie mentiretur, omnium eam bestiarum, & viventium esse nutricem.* Quanquam Hieron. corrupto Minucii exemplari usum asserat eruditissimus vir P. Faber lib. III. Semest. & multis scriptorum locis ostendat nullam Dianam multimammiam, & Ephesiam virginem cultam; denique in Minucio legendum censet: *Diana interim altè succincta venatrix Ephesia, & mammis multis Ceres ex-*

 tructa.

tructa. Sed cum Cererem mammosam Lucret. & Arnob. tradant, & Macrobius continuatis uberibus Isidis deæ corpus densari, Cereris vero, & Isidis & Dianæ numina discretis nominibus potestatis paritate communicare notissimum sit, non video cur D. Hieronymi locus omnino rejici debeat. Nam quod Caper Grammat. argutatur mammas proprie hominum, ubera pecudis, scimus usu non observari. Quamquam illustris. Scaliger, miraculum sæculi, & amor bonorum: ad me scripserit legendum sibi videri, *& tuberibus.* atque hoc plane numismata ostendere, in quibus non solum mammæ, sed & tubera expressa sunt. Adde Apul. lib. XI. Miles. *Phœbi sororem, partu fœtarum* (ita enim legendum, non, ferarum) *medelis lenientibus recreato populos educare, præclarique delubris Ephesi venerari.* Ex quibus omnino Dianam Ephesiam πολυμαστὸν colligimus, mammas scilicet populis educandis & nutriendis. qua ratione eadem Cereri adfingunt. Et sane Diana virgo, invocata tamen parturientibus, & Horat. Carm. Sæc. Ilithya & genitalis, quod tueatur matres parturientes, & in educandis fœtibus juvet; unde & ἄμνια cognominata, à membrana, cui fœtus involvitur, quod Empedocles ἄμνιον vocat; ut scribit Ruffus Ephesius de partibus hominis cap. XXXVII. Denique nescio, quam prono errato Ceres in verubus mutari potuit, ita enim hic locus vulgo conceptus est: *Diana altè succincta venatrix, & Ephesia mammis multis, & verubus extructa.* Totum locum ita restituendum censeo: *Diana altè succincta venatrix, verubus extructa* (sive, instructa) *& Ephesia mammis multis, & Trivia trinis capitibus, & multis manibus horrifica.* Diana venatrix, instructa telis & venabulis. Serv. ad illa Virgil. VII. Æn. *Et teriti pugnant mucrone, veruque Sabello.*

Trivia trinis capitibus, & multis manibus horrifica] Serv. ad illa Virg. Æneid. IV. *Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.* Inde τριμορφος, τριπροσωπος, τριπρόσωπος. Vide Mythologos. Hecaten, Proserpinam, Dianam, idem numen Macrob. Servius & alii docent. Apul. lib. XI. *Sive tu Ceres, seu Phœbi soror, seu nocturnis ululatibus horrenda Proserpina triformi facie larvales impetus comprimens.* Paulo post. *Cujus numen unicum multiformi specie nomine multijugo orbis veneratur. Attici Mineruam, Eleusinii Cererem, alii Hecaten.* Hecaten Magiam curasse, & magis invocatam miris quibusdam sacris auctor Euseb. lib. III. præp. Euang. ubi ex Porphyr. Hecates oracula recitat, quibus illa sacrificia præscribit: eadem oracula apud Niceph. in Syncs. περὶ ἐνυπνίων, qui Ἑκάτης σφάγιον miris characteribus, & figuris

guris insignem describit. Diana ergo sive Hecate, maga, & magiæ præses Tatian. πρὸς Ἑλλ. μάγος ἐστὶν ἄτεμις, Porphyr. apud Theodoret. Serm. III. τούτων σύμβολον ὁ στρικάρηνος κύων. τουτέστιν ὁ ἐν τοῖς τρισὶ στοιχείοις πονηρὸς δαίμων. οὓς καταπαύει ὁ Πλούτων ἔχων ὑποχείρια. ἄρχει δὲ αὐτῶν, καὶ ἡ ἑκάτη, ὡς συνέχουσα κατὰ τὸ τρίστοιχον. Ex his liquet, cur Trivia multis manibus horrifica, quod Dæmones compescat, & in tribus elementis contineat. Illis enim Magia dominatur. Ita cui trina capita, & multiformis species, apte etiam plures manus assignantur.

Modo barbatus] Cic. III. de Nat. Deor. Imberbis. Anxurus. Serv. Æneid. IIX.

Cum Hammon dicitur habet cornua] Athanasius: Παρὰ λίβυσι κριοκέφαλος Ἄμμων. Porphyr. περὶ ἀποχῆς ἐμψ. οὕτω δὴ καὶ οἱ ἕλληνες τῷ μὲν τοῦ Διὸς ἀγάλματι κριοῦ προσῆψαν κέρατα. Lucan. lib. III. *Corniger Ammon.* Plin. lib. XXXVII. cap. X. Arnob. lib. VI.

Cum Capitolinus, tum gerit fulmina] In Nummis Augusti: *Iovi Capitolino tonanti.* Dio lib. LIV. Sueton. Aug. cap. XXIX.

Cum latiaris cruore perfunditur]. Formas & habitus deorum irridet, quomodo ergo ad alia eorum monstra & cultum? Tatian. πρὸς Ἑλλ. παρὰ ῥωμαίοις τὸν λατιάριον διὰ λύθροις ἀνθρώπων, καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ἀνδροκτασιῶν αἵμασι τερπόμενον.

Cum Feretrius non auditur] Hæc periti antiquitatum facilè explicabunt; mihi quidem obscura & suspecta; nisi fortasse legendum: cum Feretrius non aditur. Scribit enim Festus intra annos paulò minus DXXX. tantum trina opima spolia Iovi Feretrio suspensa. Vide Festum opima Spolia. Propert. lib. IV. Eleg. XI. Nihil tamen adfirmo.

Erigone] Higenus Fab. CXXX. & Poët. Astronom. Theon in Arat. & alii.

Ipsis studiis] Tertull. Apolog.

Permirum quantum] MS. plurimum quantum.

Laudatum & coronatum] Heraclides Ponticus. de Alleg. Homeri. Pag. 24
Max. Tyrius Orat. VII.

Quam in sermone] MS. quam sermone.

Paria composuit] Rectè, non prælia. Petron. Seneca. Hom. Iliad. E. & υ. Iustin. de monarch. Dei. Theoph. Athanas. & alii omnes hisce argumentis ex Hom. adversus Ethnicos utuntur.

Et cesto Veneris] Rom. thoro. Clem. Protrept.

Accipit] Cypr. accepit.

Illic Iovis fulmen] Rom. illic Vulcanus. Sed apud Homerum Achillis arma, non Æneæ à Vulcano fabricata. Virgilius vero de Æneæ armis Æneid. IIX.

His atque hujusmodi figmentis] Similia hisce Prudent. lib. I. adv. Symm.

Nepos] Auson. Epist. XVI. *Apologos Titiani & Nepotis Chronica, quasi alios Apologos (nam & ista instar fabularum) ad nobilitatem tuam misi.*

Cassius, Thallus, ac Diodorus] Tertull. Apol. *Saturnum, neque Diodorus Græcus, aut Thallus, neque Cassius Severus, aut Cornelius Nepos aliud quam hominem prodidit vulgarum.* Lactant. lib. I. cap. XIII. & cap. ult. Thalli meminit etiam Iustinus Martyr. Parænet.

Accesserat, etiam susceptus hospitio] MS. accessit, & Iani susceptus. Rom. & à Iano. Tertull. Apol. Saturnus in Italia consedit, exceptus à Iano. Lactant. Macrob. Serv. in IIX. Æneid. & passim alii.

Nummos signare] Signare nummos χαράττειν νόμισμα, Tertul. imagine signare, figuram cælaturæ, ut Festus, imprimere. χάραγμα Plin. notam appellat, Prud. ænygma. erant enim ænygmata, & notæ variarum rerum, περὶ στεφ. Hym. II. *Is tantum non habet argenteorum ænygmatum.* Ubi ænygma, pro ipso nummo, eod. Hym. *En Cæsar agnoscit suum Nomisma nummis inditum.* Fortasse rectius: *Ænygma nummis inditum.* sed νόμισμα, & χάραγμα & nummum notat. Apud D. Matth. cap. XXII. εἰκόνα veteres interpretantur charagma. & παραχάραγμα, monetam adulterinam. Paracharactæ, rei falsæ monetæ. l. 8. C. Theod. de falsa mon. Suid. παραχάραξις, ψευδοποιΐας. Circumcidere enim nummos solebant; unde in lib. Basilicon παραψαλίσαι. ψαλίδιον γὰρ τοῦτο καλοῦσι τὸ ὄργανον ᾧ ταῦτα τις ἐργάζεται. Procop. III. de bello Goth. In libello de re militari, qui adjici solet Noticiæ utriusque imperii: *Commodæ auctoritatis variæ priscorum monetæ.* Commodæ monetæ, integro margine, sive ut Procop. eodem loco, κύκλῳ ἐπιτετμημένῳ. Apud Plautum commodum talentum, ἰσόμετρον, commodæ minæ, μναῖ ἰσόμετραι. At commodum talentum magnum, talentum ὑπερέθμον.

Cælo missos] Tibull.

Pag. 25

Tunc veniam subito, nec quisquam nuncier ante
Sed videar cælo missus adesse tibi.

Ignotos terræ filios] Eadem Tertull. Apolog. Lactant. lib. I. Auctor. lib. de orig. gentis Rom. *Primus in Italiã creditur venisse Saturnus. tanta autem antiquorum hominum simplicitas, ut advenas, quod eorũ originem ignorabant, cælo, & terræ editos non solum ipsi crederent, sed posteris affirma-*

rent.

rent. Omnia enim è cœlo, & mari orta credebant. ita ignotorum origo ad cœlum, aut mare relata, ut Cœli, aut Neptuni filii crederentur. Serv. in Virg. Scholiast. Apollonii, monstrosos terræ filios, truculentos Neptuni habitos scribit. Scholiast. Aristop. τοὺς γηγενεῖς appellatos putat διὰ τὸ ὠχροὺς, καὶ νεκρώδεις εἶναι. ἢ ἀσεβεῖς, καὶ θεομάχους διὰ τοὺς γίγαντας. Et quibus discimus, quid Iuvenalis Sat. VI. fraterculo Gigantis notet. Næv. apud Prisc. Titanes filii terræ Orpheus in Hym. τιτῆνες γαίαστε καὶ οὐρανοῦ ἄγλαα τέκνα. Sanè Persio, & Cic. terræ filii obscuris & ignotis parentibus orti. Ion apud Eurip. Γῆς ἄρ' ἐκπέφυκα μητρός; Platon. vero Timæo Athenienses γηγενεῖς, αὐτόχθονες.

Antrum Iovis, & sepulchrum] Tertull. Apol. Athenag. Apol. Theophil. lib. I. & II. Euseb. lib. III. cap. III. Clem. Protrept. Lucian. περὶ θυσιῶν. Arnob. lib. IV. Lactant. lib. I. cap. XI.

Post mortem Deos fingitis] Vide Æneam Gazæum. Theoph. Athanas. adv. gentes: Ῥωμαίων σύγκλητος τοὺς πώποτε αὐτῶν ἐξ ἀρχῆς ἄρξαντας βασιλέας, ἢ πάντας, ἢ οὓς ἂν αὐτοὶ βούλωνται, καὶ πείνωσι, δογματίζουσιν ἐν θεοῖς εἶναι, καὶ θρησκεύεσθαι θεοὺς γράφουσιν.

Pejerante Proculo] Plutarch. in Rom. Liv. lib. I. cap. XV. Solenne autem in ἀποθέωσι Imperatorum, ut aliquis juramento assereret se effigiem Imperatoris in cœlum ascendentem vidisse. Iustin. Apol. II. καὶ τί γὰρ τοὺς ἀποθνήσκοντας παρ' ἡμῖν αὐτοκράτορας ἀεὶ ἀπαθανατίζεσθαι ἀξιοῦντες, καὶ ὀμνύτα τινα προσάγετε ἑωρακέναι εἰς τὸν οὐρανὸν τὸν κατακαέντα καίσαρα; Vide Sen. init. de morte Claudii.

Iuba] Tertull. Apol.

Nisi forte jam Iupiter] Simili argumento usi Tatianus, Theophilus, Seneca apud Lactant. lib. I. cap. XVI.

Temere se materiei ab artifice, ut deum faceret, illusum] MS. timere se materiem. Pag. 26

Runcinatur] Tertull. Apol. *In Deos vestros per omnia membra incumbunt, asciæ, & runcinæ, & scobinæ.* Inde ξόανα Clem. qui rationem, & originem consecrandi ligna, & lapides fusè exequitur.

De immundo vasculo] Tertull. *De simulacris nihil aliud deprehendo, quam materias esse vasculorum*, &c. Prudent. *Deos quos trulla, pelvis, cantharus, sartagines, Fracta & liquata contulerunt vascula.*

Ægyptio regi] Amasidi. Athenag. Apol. Herod. Euterpe.

Et ab imperito homine] MS. impurato. quam lectionem confirmat Athanas. adv. gentes. Prudent. *Flevit impuratus occisum.*

Cum homo ille voluit] Plutarch. περὶ δεισιδαιμ. εἶτα χαλκοτύποις μὲν

πείθονται, ἀνθρωπόμορφα τῶν θεῶν τὰ σώματα, &c. Theophil.lib. II.

Hirundines] Clemens Protrept. αἱ δὲ χελιδόνες, καὶ τῶν ὀρνέων τὰ πλεῖστα, κατεξαιροῦσιν αὐτῶν τῶν ἀγαλμάτων εἰπετόμενα, οὐδὲν φροντίσαντα οὔτε ὀλυμπίου Διὸς, οὔτε Ἐπιδαυρίου Ἀσκληπιοῦ. Arnob:lib.VI.

Norunt inculcant] Scribe: rodunt, insultant.

Araneæ vero] Eadem apud Arnob.lib.VI.

Nudi cruda hyeme] De Lupercis, & Lupercalibus, quibus nudi discurrebant Liv.lib. I. Plutarch. Rom. Quæst. Val.lib. VII. Varro. Festus.

Alii incedunt pileati] Salii. Dionys. Halic. lib. II. Polyb. Legat. X.

Scuta vetera] Ancylia. Plut. Numa. Liv. lib. I. Iuven. Sat. II. Procopius in Esai. XLIV. ancylia vocat ἀγάλματα διοπετῆ.

Pelles cædunt] Fortasse hæc loco suo mota, & subnectenda iis: Nudi cruda hyeme discurrunt. est enim Lupercorum. Festus, Crepos. Dionys. Hal. lib. I. Prudent. Hym. X. περὶ στεφ.

Mendicantes vicatim] Clem. Protrept. Tertull. Apolog. Apul. Miles. IIX. Suid. in ἀγείρει.

Quædam viro non licet] Vestæ, Bonæ deæ, Cereris. Vide Lactant. lib. III. cap. XIX. Diony. Hal. lib. I.

Nonnulla absque fœminis sacra] Herculis sacris mulieres interesse non licebat; ejus ritus ratio & origo apud Macrob. lib. I. Sat. cap. XII. Propert. lib. IV. Eleg. IX. de sacris Sylvani idem observo apud Cat. de Re rust. cap. LXXXIII.

Etiam servo] Val. Max. lib. I. cap. I. Liv. lib. IX.

Pag. 27 *Alia sacra coronat univira*] Tertul. Exhortat. ad Castit. cap. XIII. & lib. de Monogamia, cap. XVII. Hieronymus epist. LXXVII. Festus in Pudicitiæ signum.

Quæ plura possit adulteria] Hoc Strabo lib. XII. de Armeniis. & Herodot. lib. I. de Lydiis.

Vulneribus supplicat] Athenag. Apol. οἱ δὲ ἐγκόπτουσιν, ἢ ἐντέμνουσιν οἱ περὶ τὴν Ἄρτεμιν. ἐῶγδ' τοὺς ταῖς μαχαίραις, καὶ τοῖς ἀστραγάλοις αἰκιζομένους αὐτοὺς λέγειν. III. Reg. cap. XIIX. κατετέμνοντο κατὰ τὸν ἐθισμὸν αὐτῶν ἐν μαχαίραις, καὶ σειρομάσταις, ἕως ἐκχύσεως αἵματος. Athenag. interpretatur Apul. Miles. VIII. *Arrepto flagro, quod semiviris proprium gestamen contortis teniis lanosi velleris prolixè fimbriatum, & multijugis talis ovium tessellatum, indidem sese commulcat ictibus.* Lucian. περὶ ὄνου. & Plutarch. adv. Colot. extremo ἀστραγαλώτην μάστιγα vocant, quod vertit Apul. flagrum talis ovium tessellatum. Ex quibus apertum, quid Athenag. ἀστραγάλοις αἰκιζομένους.

Defen-

Defensio communis furoris] Augustin. de civit. Dei lib. VI. *Insania patrocinium est insamentium turba.*

Id est cum soceris] Dele Glossema.

Et postremis ducibus] Lege: Postumis.

Manubiis] C. Marius Pr. Tr. Pl. Q. *Augur de manubiis Cimbricis, & Teutonicis ædem Honori, & Virtuti.* Suet. Aug. cap. XXX. Tib. cap. XX.

Toties ergo Rom. impiatum] Tertull. Apol. *Tot igitur sacrilegia Ro-* Pag. 28
manorum, quot tropæa: tot de Diis, quot de gentibus triumphi: tot manubiæ, quot manent simulacra captivorum Deorum. Impiatum, ut Tert. adv. Gnost. Victoriatum, & injuriatum.

Cloacina] Lactant. lib. I. cap. XX. & alii.

Febris] Clem. Protrept. Ῥωμαῖοι πυρετῷ καὶ φόβῳ θύουσιν. Sen. de morte Claudii. Arrian. Diss. Epict. lib. I. cap. XIX.

Quam inter aras] Tertul. Apol. *In templis adulteria componi, inter aras lenocinia tractari, in ipsis plerunque ædituorum, & sacerdotum tabernaculis.*

Conducuntur stupra] Rom. condicuntur.

Assyrii, Medi] Similia Tertul. Apol.

Respublica summa] Rom. res summa. Accius: *Quibus rem summam, & patriam nostram.* Plin. Fortasse: reipublicæ summa.

Solistimum tripudium] Festus in Solistimum & Sonivium.

Reipublicæ parte] MS. populi Romani parte. Pag. 29

Renitentibus] Cypr. retinentibus.

Versus facere desisset] Plutarch. de defectu oracul. Theodoret. serm. X Prudent. Apoth.

φιλιππίζει] Cic II. de Divinat.

Spiritus sunt insinceri] Tertull. Apol. Lactant. lib. II. cap. XV. Eusseb. lib. IV. & VII. Præp. Eu. Augustin. passim.

Socrates novit] Tertull. Apolog. Clem. I. Strom.

Assidentis sibi Dæmonis] Παρέδρου. Tertull. de Anima cap. XXIIX. Iustinus Apol. καὶ οἱ λεγόμενοι τοῖς μάγοις ἀνιερόπομπι καὶ πάρεδροι. Epiphan. Hær. XXVII.

Vel petebat] MS. appetebat.

Magi quoque] Tertull. Apolog. Lactant. lib. II. cap. XV. XVII.

Quicquid miraculi] MS. miraculis.

Hostanes] Ita Tertull. Apol. de Pallio. Tatian. Plut. de defectu Pag. 30
orac. Apul. Apol. Lactant. in I. Thebaid. & si qui Hostanis meminerunt. Quare non video, cur Sosthenes dicendus sit.

Ministros, & nuncios Dei] Apul. de Dæmon. Socrat. *Medias potestates, per quas desideria nostra, & merita ad Deos commeant.* Plut. de defectu oracul.

oracul. internuncios Deorum, & hominum. Hierocles Alexand. de providentia, Plutarch. de Isid. Hierocles in Carm. Pythag.

Nonne & angelos] Tertull. *Angelos etiam Plato non negavit.* At Plato non narrat angelos, sed illorum naturam & munia ut angelorum describit.

Sub statuis delitescunt] Daniel cap. XIII. Athanas. adv. Gentes.

Consecrati] Cypr. consecratis.

Dum inspirantur vatibus] Apul. de Deo Socrat. *Curant singula, vel somniis confirmandis, vel extis fissiculandis, vel oscinibus erudiendis, vel vatibus inspirandis, vel fulminibus jaculandis, cæterisq; adeò per quæ futura dinoscimus.*

Vitam turbant omnes inquietant] Cyprian. somnos. Tertul. *Itaque & corporibus valetudines infligunt, & aliquos casus acerbos, animæ vero repentinos, & extraordinarios per vim excessus.* & quæ apud Tertull. longa oratione sequuntur, quæ Minucius imitatus est. Tatianus Dæmonum σύμπηξιν πνευματικὴν ait, & eadem quæ Minucius subtilius pertractat. Vide Plutarch. de defectu Oracul.

Irrepentes corporibus] Niceph. Greg. in Synes. περὶ ἐνυπν. Plato in Phœd. Lactant. lib. II. cap. XV.

Morbos fingunt, membra distorquent] Eadem Tertull. & August. de vita beata. Hi autem sunt ἐνεργούμενοι Ambros. Serm. XXV.

Vt nidore altarium] Tertull. *Vt sibi pabula nidoris, & sanguinis procuret imaginibus oblata.* Porphyr. apud Theodoret. Serm. III. οὗτοι οἱ χαίροντες λοιβῇ τε κνίσῃ τε. δι' ὧν αὐτῶν τὸ σωματικὸν, καὶ πνευματικὸν παίνεται. Nidor, κνίσσα Iustin. Theodoret. quam vocem retinuit Arnobius lib. VI. *Nidorem consectatur, & fumos, pasciturq; de cnissis, quas evomunt ardentia viscera.* Hesych. Auctor Etymol.

Remissis, quæ constrinxerat] Abdias Babyl. lib. IIX. *Facit eis dolores, damna, pericula, & dat responsa, ut sacrificent sibi, & cum immissa removet, tanquam ab eo sanentur, omnes existimant.*

Pag. 31 *Meritis verborum*] MS. Tormentis verborum. Cypr. ad Demetr. *Quando à nobis dæmones adjurantur & torquentur spiritualibus flagris, & verborum tormentis de obsessis corporibus ejiciuntur.* eadem ferè repetit Epist. ad Donat. Prudent. Apoth. *Torquetur Apollo Nomine percussus Christi, nec fulmina verbi Ferre potest, agitant miserum tot verbera linguæ.* Ibid. *Ejulat & nostros, suspirat Iuppiter ignes.* Ignes appellat, quæ Minucius tormenta. Nam ignis notissimum tormentum.

Victi dolore, quod sunt eloquuntur] Cypr. ad Demet. *Vel sic confundi in tuis erroribus poteris, cum audieris deos tuos quid sint interrogatione nostra statim*

statim prodere. eadem Theophilus lib. II. ad Autol.

Adjurati enim per Deum verum] Lactant. lib. IV. cap. XXVII. Huic muneri præfecti Exorcistæ. l. 6. C. de Episc. & cler. l. 121. C. Theodos. de decur. Augustin. lib. I. de symbolo; cujus verba Gratian. 3. part. 4. distinct. c. postquam se. & Isidor. lib. VI. orig. cap. ult. referunt. Dicuntur & Ephorcistæ Epit. Can. tit. 5. Sect. 2. tit. 9. Sect. 1.

Christianos fugitant] De Christianis exorcistis capienda hæc Firmici Astron. II. *Erunt dæmonibus terribiles, quorum adventum pravi dæmones fugiant, & qui sic laborantes homines non vi verborum sed sola sui ostensione liberent.*

Quantum autem vitium sit] MS. Quam autem iniquum.

Defendendos & tuendos suscipiebamus] Suscepti, clientes. Serv. ad illa VI. Æneid. *Vult intelligi prævaricatorrs, qui patroni sunt clientum, quos nunc susceptos vocamus.* Iul. Severian. Rhet. *Solicitudinem suscepti, vel cætera ejus infortunia memoramus.* Augustin. epist. 59. Ambros. serm. 93.

Vrgemus] MS. torqueremus.

Exercentes perversam quæstionem] Nam quæstio adhibetur, ut occulta crimina eruantur, non ut confessa negentur. Ulp. l. 1. D. de quæst. Tertull. ad Scapulam. *Quid amplius tibi mandatur, quam nocentes confessos damnare, negantes ad tormenta revocare. Videtis ergo quomodo ipsi contra mandata faciatis, ut confessos negare cogatis.* Idem Apol. Cypr. ad Demetr. Arnob. lib. VII. Pag. 32

Arguendi magis] MS. & Rom. urgendi.

Cum vestra Hippona] MS. Epona. Ita Apul. Miles. III. Iuvenal. Sat. IIX. Et in V. inscript. *Deæ Eponæ Manlius Restio.*

De capro etiam, & homine] Porphyr. περὶ ἀπ. ἐμψ. Τὸν δὲ Πᾶνα ἐξ ἀνθρώπου, καὶ αἰγὸς συνέθησαν. Athanas. Gentes ἐπιμύξαντας λόγικα ἀλόγοις, καὶ ἀνόμοια τῇ φύσει ἐγείροντας Deos elegisse. unde Ægyptiis Κυνοκέφαλοι, καὶ ὀφιοκέφαλοι. Ægyptii feles, serpentes, aliaque monstra colunt. Clem. Protrept. Iustin. Athenag. Lactant. & alii. Serv. in III. Æneid. laudat librum Labeonis de Diis animalibus, in quo indubiè de sacris Ægyptiis agebat. Theophil. ad Aut. Apollonidem. Ὁρατιόνα scripsisse περὶ τῶν κατ' Αἰγύπτων δαιμόνων.

Quorum aliquem Deum si quis occiderit] Cic. Tusc. V. Tertull. Apol. *Ægyptiis permissa est tam vanæ superstitionis potestas avibus, & bestiis consecrandis, & pice damnandis, qui aliquem hujusmodi Deum occiderint.* Eusebius lib. II. Præpar.

Quam ceparum acrimonias] Iuvenal. Sat. XV. Sextus Philosoph. Hypotyp. lib III.

Strepitus per pudenda corporis expressos] Rom. crepitus. Petron. tamen strepitum obscœnum dicit. Alex. Aphrodis. lib. 1. probl. CLXIV. δποπορδὴ. Ridicula autem hæc superstitio nota ex verbis Catonis apud Festum Prohibere comitia.

Medios viros lamb.] Scholiast. Iuvenal. Sat. 11. *Inguina lambentis & propatientis.* Forte ore patientis.

Homines malæ linguæ] Fellatores. Martial. lib. 111. Epig. LXXIX.

De nullo quereris, nulli maledicis Apici:
Rumor ait linguæ te tamen esse malæ.

Nec cogi servitus durior] Respexit ad rescriptum D. Antonini Pii L. 2. D. de his, qui sui, vel al. & Inst. eod.

Ægyptii sane hominem] Porph. apud Theodor. Αἰγυπτίους ἄνθρωπον σέβειν ἐν Ἄνναις κώμῃ, ᾧ τούτῳ θύειν ὅτι τὸν βωμόν.

Ad imagines supplicant] Notum ex Plinii epist. ad Trajan. imaginibus Imperatorum supplicasse thure, ac vino. Hoc qui detrectassent, majestatis rei. Suet. Unde & Christiani rei majestatis. Tertull. Apol. & lib. ad Scapulam.

Et est eis tutius per Iovis Genium] Vulgare est jurasse per genium Imperatoris. Apul. IX. Milesi. Iustin. Apol. 11. Tertull. ad Scap. Apol. *Citius apud vos per omnes Deos, quam per genium Cæsaris juratur.* Nam pejerantes per genium Principis fustibus castigati. l. 14. §. 5. de jurejur. quia, ut Alexander Imp. rescribit, Iurisjurandi contemtam religionem Deum ultorem habere, majestatis vero crimen inferri non placere, si per Principis genium pejeratum fuerit. l. 2. C. de reb. cred. l. 2. ad l. Iul. majestat. Christiani vero non jurabant per genium, sive, ut Euseb. hist. 111. τύχῃ Principis, propterea rei contemti numinis Imp. Tertul. Apol.

Cruces nec colimus, nec optamus] Rom. nec oramus. Sed respondet Cæcilio, qui & crucis cultum & ejus supplicium Christianis objecerat.

Vos plane qui ligneos Deos] Eadem apud Tertull. & Iustin.

Cantabra] Non dirimo litem, an labara potius substituendum, quod plerosque eruditissimos viros suasisse video. Sed cum ubique constans scriptura, & l. 2. C. Theod. de collegiat. Signiferos, Cantabrarios, & V. Gloss. *Cantabra, vexilla, pallia,* non temere mutandum censeo. Rationem nominis quam quærunt, eruere conatur in Syntagmate de Cruce, Ioan. Matthæus Wackerus, Cæs. Majest. Consiliarius Palatinus, cujus incomparabiles virtutes, & ingenii dotes tantum non divinas, ut perpetuo cultu admi-

ror,

ror, ita hic & ubique digno præconio commendatas volo.

Signum sane crucis] Totidem penè verbis. Tertull. Apol. Iustin. Apol. II. S. Ambrosius Serm. LVI. ut alii jam pridem notarunt.

De cæde infantis, & sanguinis] Hoc crimen Christianis objectum Pag. 19
præter Tertull. Apol. Iustin. Apol. II. Athenag. Apol. Orig. VI. adv. Celsum. Eusebius Hist. lib. I. & lib. IV. cap. VII. & Theophil. lib. II. ad Autolyc. tradunt. qui omnes iisdem rationibus, quibus Minucius, in ejus refutatione usi. Quò pertinet, quod Tatianus non inveniri apud Christianos ἀνθρωποφαγίας, nec propterea tanquam sceleratos odisse oportere: deprehensos falsos testes, qui crimine conficto hoc mentiri ausi. Salvian. de Provid. lib. IV. *Initia nostræ religionis à duobus maximis facinoribus oriri arbitrabantur, homicidio & incestu, incestu matrũ sacrosanctarum, & homicidio innocentium parvulorum, quos non occidi tantum, sed etiam vorari arbitrantur.* Suspicio oborta non tam ex communione sacræ Eucharistiç, ex qua ut D. Augustin. de Civitate dei, natum, quod Christianis objicerent Cereris, & Bacchi cultum, quia pane & vino in sacris uterentur: quos & Magos, quod ad sepulchra martyrum pervigilare, & Deo preces fundere consueti. Sepulchra enim opportuna magis supra docui. Sed quia non tantum, qui vere Christiani, sed etiam alii hæretici, ut Iustin. Apol. II. de Simonitis, & Marcionitis tradit, & Epiphan. Hær. XXVII. Carpocratitas nulla re communicare cum Christianis, nisi quod illorum nomine glorientur, sine discrimine omnes Christiani appellati. hinc infame illorum nomen infanticidiis, incestis conviviis, & ritibus inhumanis. Narrat enim Epiphan. hær. XXVI. Gnosticos vaga libidine misceri, & humana carne vesci. Psellus de Dæm. convenire solitos ait X. Kl. April. & peractis sacris, extinctis luminibus coire nulla habita sanguinis ratione. Deinde nono mense rursus convenire, & natos liberos circumcidere, cruorem phialis excipere, corpora vero puerorum cremare, mox cinerem sanguini miscere, & eo epularum condimento uti. Clem. Alex. III. Strom. Carpocratianorum incesta convivia, & extincto lumine illicitos coitus, quales Cæcilius Christianis objicit, narrat. Epiphan. Hær. XLIIX. Quintillianos impubis pueri corpus iteratis ictibus compungere, & excepto sanguine initiari solitos tradit. Idem & Cataphrygas & Pepuzianos feciisse prodit D. Augustin. Catalogo Hæres. Horum ergo nefarii ritus Christianis imputati: Ea autem immanitas cœpit à Simone Mago, ut narrat Clem. de rebus gestis Petri, qui perperam intellexerat illa Iohan.

cap.VI. *Nisi comederitis carnem filii hominis, & biberitis ipsius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.*

Filios exponere] Hujus moris multi veterum meminerunt. Dionys. Hal. lib. II. Plin. lib. x. epist. LXXI. Crudelitatem Iustin. Apol. II. Athenag. Tertull. acriter accusant. & Lactant. lib. VI. cap. XX. *tam nefarium esse exponere, quam necare.* Quod & Quintil. Declam. CXXX. hoc postea severis legibus prohibitum. l. 2. & ult. C. de infant. expos.

Nunc adstrangulatos] Lactant. lib. V. *Qui natos ex se pueros aut strangulant, aut si nimium pii fuerint, exponunt.*

Sunt quæ in ipsis visceribus] Tertull. Apol. Lactant. lib. VI. cap. XX.

Merito ei in nonnullis Africæ partibus] Procop. in Esajæ cap. XLVI. Βὴλ δὲ καὶ ἕλληνες καλοῦσι τὸν κρόνον, ᾧ δὴ προσῆγον οἱ πλεῖστοι θυσίαν τὰ φίλτατα. Tertull. Apolog. *Cum propriis filiis Saturnus non pepercit, extraneis utique non parcendo perseverabit; quos ipsi parentes sui offerebant, & infantibus blandiebantur, ne lacrymantes immolarentur.* Plut. περὶ δεισιδ. Iustin. Apol. I. Athenag. Chrysost. de Babyla Mart. Prudent. II. adv. Sym. Sil. Ital. lib. IV. Plin. lib. XXXVI. cap. V.

Tauris etiam Ponticis] Tertull. adv. Gnost. *Scytharum Dianam, aut Gallorum Mercurium, aut Afrorum Saturnum humana victima placari.* Idem Apolog. Zenobius in νόμος καὶ χόρα, ταυροσκύθαι ἀνθρωποτιτοῦσι. Emenda: Ταυρίῃ σκύθαι ἀνθρώπῳ θύουσι. Cassiod. lib. V. Euseb. lib. IX. Pręp. Eu. Lucian. Toxari. Curt. lib. IV. Ennius ap. Festum Puelli. Augustin. de Civ. dei lib. VII. cap. XIX. & XXVI. Sext. Empir. III. Hypotyp.

Mercurio Gallos humanas vel inhumanas vict. cedere] Fortè: Gallos inhumanos humanas victimas. Apud Tert. adv. Marc. Massageta inhumanior. Specie proverbii. ab esu humanarum carnium, & hostiis humanis. Getas Zamolxi servos suos immolare scribit Æneas Gazæus Theophrasto. Pompon. Mela lib. III. *Aliquando adeo immanes Galli, ut hominem gratissimum diis victimam crederent.* Cęsar VI. de bello Gall. Strabo lib. III. Euseb. Præp. Euang. lib. III. cap. XVII. & alii.

Gallum & Gallam] Idem proditum à Plutarcho.

Latiaris Iupiter homicidio] Tertull. Apolog. adv. Gnost. Porphyr. περὶ ἀπ. ἐμψ. Lactant. lib. I. cap. XXI.

Sanguinis fœdere Catilinam] Terent. Apolog. *Sanguinem degustatum nationes fœderi comparasse, nescio quid & sub Catilina degustatum est. Hodie & hic Bellonæ sacratur sanguis.* Lactant. lib. I. *Bellonæ sacerdotes*

tes ſuo cruore ſacrificant. Feſtus: Aſſiratum.

Et comitialem morbum] Tertull. *Item illis, qui in arena noxiorum jugulatorum ſanguinem recentem de jugulo exceptum, avida ſiti comitiali morbo medentes hauſerunt.* Scribon. Largus, cap. XII. ubi de remediis ad comitialem morbum: *Item ex jecinore gladiatoris jugulati particulam aliquam novies datam conſumant.*

Nobis homicidium nec videre fas] Athenag. Apol. ὅς (Chriſtianos) ἵνα μὴ δ' ἰδεῖν καὶ δικαίως φονεύομενον ἀποστρεφόμενοι τύχωσι, τίνων τὶς ἂν καλείπει ἢ ἀνδροφονίαν, ἢ ἀνθρωποθορίαν;

Vt nec in cibis ſanguine] Tertull. Apol. *Porro quale eſt, ut quos ſanguinē pecoris horrere confiditis, humana initiare credatis.* Biblis martyr apud Euſeb. Hiſt. lib. V. πῶς ἂν παιδία φάγοιεν οἱ τοιοῦτοι, οἷς μηδὲ ἀλόγων ζώων αἷμα φαγεῖν ἐξόν. Can. Apoſt. LXIII. Nov. Leonis LIIX. Imò ſæpè & carne abſtinebant. D. Paul, ad Rom. XIV. Clemens Pædag. lib. II. cap. I. Iacobum fratrem domini ſeminibus, & olcribus uſum, non carne, nec vino. Auguſtin. lib. XX. cap. XX. contra Fauſtum Manich.

Dæmonum concio] Rom. coitio.

Infamiæ averſione macularet] Scribo: infamiæ aſperſione.

Fronto] Orator, Magiſter Antonini. Iul. Capitolin. Antonino. Pag. 35 Auſon. Grat. act. ad Grat.

Ius apud Perſas cum matribus miſceri] Hoc variis auctoribus proditum. Herod. lib. III. Ter. Apol. Tatian. πρὸς Ἕλλ. Theodoret. Serm. III. Philo Iud. lib. de VI. & VII. præcepto. Sext. Empir. Philoſ. Hypotypoſ. lib. III. cap. XXIV. D. Hieronymus adv. Iovinian. lib. II. cap. XXXVI. ubi lege: regna non modica, & Romano paria. non, Romano regno. Dio Chryſoſt. Orat. X. & XXI. Harmenop. lib. I. tit. I. §. 15.

Ægyptiis] Diodor. Sic. lib. I. Euſeb. libr. VI. cap. IIX. Præp. Euang. apud Perſas jus eſſe filiis, ſororibus, matribus miſceri; nec relinquere eos hunc morem, etiamſi Perſide exierint. In Ægypto, Phrygiaque plurimos eodem ſcelere contaminari. Sext. Empir. lib. III. Hyp.

Athenis cum ſororibus legitima connubia] Scilicet ὁμοπατρίοις, non uterinis. Philo Iud. in VI. & VII. præceptum decal. ὁ μὲν οὖν ὁ Ἀθηναῖος Σόλων ὁμοπατρίους ἐφιεὶς ἄγεσθαι, τὰς ὁμομητρίους ἐκώλυσεν. inde Seneca, de morte Claudii, ubi illi objicit ſororis nuptias, *Athens dimidium licet, Alexandriæ totum.* Iam enim de Ægyptiis docui. Æmil. Probus Cimone. *Habuit in matrimonio ſororem Germanam ſuam Elpinicen, non magis amore, quam patrio more ductus. Athenienſibus enim licet eodem*

patre natas uxores ducere. Quomodo in exilium ejectus, si patrio more Elpinice illi nupserat? Scribit enim Andocides orat. in Alcibiad. Athenienses Cimonem urbe expulisse διὰ παρανομίαν, ὅτι τὴν ἀδελφὴν τὴν ἑαυτοῦ συνῴκησε. Quod etiam Plutarchus, Athenæus, & Suid. tradunt. Sed ex verbis Plutarchi colligimus, ut etiam alii observarunt, non propter nuptias, sed stuprum Cimonem exilio mulctatum; & ideo ab Andocide profertur, ut notet majorum summam severitatem, quod stuprum, levius delictum, tam graviter puniissent. Muretus xv. Variar. scribit errasse Æmilium, qui Elpinicen germanam Cimonis sororem dixit, si tantum consanguinea ejus fuit, multaque alia addit, quæ ejus opinionem parum juvant. Advertere debuerat Æmilium ipsum verba sua interpretatum. nam quam germanam appellarat, mox eodem patre natam dicit. Germani vero non tantum illi, qui iisdem parentibus, aut uterini, sed quibus idem pater, sive consanguinei. Serv. ad illa Virgil. v. Æneid. *Hæc germanus Eryx. Germanus secundum Varronem de eadem genitrice manans, non ut multi dicunt de eodem germine, quos ille tantum fratres dicit.* Sane si rationem verbi spectes rectius germani ab eodem germine, quam ab eadem genitrice manantes dicuntur. illorum ergo rationem & usum secutus Æmyl. Prob. germanam consanguineam dixit.

Nescientes miseri] Adumbrata ex illis Clem. Alexand. lib. III. Pæd. cap. III. ἀλλ' οὐδὲ σωίασιν οἱ ταλαίπωροι, οἷς τὸ ἄδηλον τῆς σωτηρίας πόλλας ἐργάζεται πραγῳδίας. παιδὶ πορνεύσαντι, ἢ μαχλώσασι συγκρύσαν ἀγνοήσαντες πολλάκις μίγνυνται πηλέκεις, ὑ μεμηνόσι τὴν ὁπτιθέντων παιδίων.

Alienæ misericordiæ exponitis] Paulus l. 4. D. de agnos. & alend. lib. *Necare videtur non tantum is, qui partum præfocat, sed & is qui publicis locis, misericordiæ causa exponit, quam ipse non habet.*

Necesse est in vestros recurrere] Tertull. *Filios exponitis suscipiendos ab aliqua matre extranea, vel adoptandos melioribus parentibus. Alienati generis necesse est quandoque memoriam dissipari, & simul error impegerit, exinde jam tradux proficiet incesti, serpente genere cum scelere.* Iustin. Apol. II.

Incesti fabulam nectitis] Forte: incestis fibulam nectitis. Nisi fabulam intelligat crimen incasti Christianis objectum.

Cupiditatem procreandi] Athenag. Christianos uxores ducere, liberis creandis, & sobolis propagatione concupiscentiæ modum illis definiri.

Convivia] Convivia Christianorum publica, & privata. De publicis, quæ post communionem in ecclesia celebrata Chrysost. in

1. ad Corinth. Zonaras in Can. Synodi Gang. Ἀρχαῖον ἔθος ἦν, τὸ μετὰ τὴν κοινωνίαν τῶν θείων μυστηρίων, συσσίτια γινέσθαι, καὶ συμπόσια: τῶν πλουσίων χωρηγούντων τὰ βρώματα, προσκαλουμένων δὲ καὶ τοὺς πενεστέρους. Illis conviviis accumbebant nullo habito discrimine, quod cum non observarent Corinthii, ab Apost. reprehenduntur. 1. ad Cor. cap. XI. Iudas quoque Apost. in epist. agapis immixtos συνευωχουμένους ἀφόβως ἑαυτοὺς ποιμαίνοντας. Vide Clem. Alexand. Pædag. lib. II. cap. I. Can. 74. conc. Trull. & Can. 28. Laodic. prohibent ἐν τοῖς κυριακοῖς συνεσθίων, καὶ ἀκούβιτα στρωννύειν. c. convivia 44. dist. c. non oportet. 2. distinct. interdicitur ministros altaris, vel quoslibet clericos, aut laicos ex symbolis convivia celebrare. cujus vero usus, & effectus hæc convivia in veteri ecclesia fuerint, docet Tertul. Apol. *Cœna nostra vocatur ἀγάπη. inopes quoque refrigerio isto juvamus, non qua penes vos parasiti affectantur, &c. Si honesta causa est convivii, reliquum ordinem disciplinæ æstimate qui sit, de religionis officio, nihil scurrilitatis, nihil immodestiæ admittitur. editur, quantum esurientes cupiunt.* Ita enim verba illa emendanda, quæ corrupta apud Tertull. ubi præterea scribendum: post aquam manualem ad lumina. Agape Christianis ipse adfectus. Cypriano lib. III. cap. III. ad Quirin. dilectio fratrum. Ita vertit φιλαδελφίαν in epist. D. Petri II. cap. I. & munus ad indicium hujus adfectus exhibitum. Tertul. ad. Mart. *agape fratrum.* His adde alia Christianorum solennia convivia natalitiorum, sive, ut Tertull. de cor. mil. oblationum natalitiarum. Orig. III. in Iob. pari frugalitate peracta, qualia etiam privata illorum convivia. Clem. Pædag. lib. II. cap. XII.

Inviolati corporis virginitate] Athenag. Apol. παρθενεύοντες Tertull. θεραπευτίδες Ascetriæ. Niceph. Callist. lib. II. cap. XVI.

Vt nonnullis rubori sit pudica conjunctio] Athenag. Apol. ἡμεῖς δὲ τοσοῦτον ἀδιάφοροι εἶναι ἀπέχομεν, ὡς μηδὲ ἰδεῖν ἡμῖν πρὸς ἐπιθυμίαν ἐξεῖναι. mira veterum Christianorum continentia. Tertull. I. cap. VI. ad Uxorem: *Quot sunt, qui consensu pari inter se matrimonium tollunt. Voluntariis spadonibus pro cupiditate cœlesti, salvo matrimonio abstinentia toleratur.* lib. de Virg. vel. cap. XIII. hinc Can. 2. dist. 13. C. Omne itaque nuptiarum 27. quæst. 2. an conjunctio pudica prorsus sine peccato. Respondet D. Augustin. cap. VI. de bono conjug. *Conjugalis concubitus generandi causa culpam nullam habet; satiandæ libidinis causa culpam venialē.*

Non notaculo corporis] Rom. nota occulta. ita in verbis Cæcilii: *occultis se notis, & insignibus noscunt.* Glossæ: *Notaculum, nota, signum.* Tertull. *signaculum corporis.* Ruffin. lib. II. cap. III. Hist. *signaculum*

lum fidei. Quamvis autem Minucius neget Christianos se dinoscere signo corporis, non temerè tamen notas, & insignia, quibus se dinoscebant ab Ethnicis objecta existimo. Imprimere enim manibus, & brachiis solebant nomen Christi aut signum crucis. Procop. in Esaiæ cap. XLIV. ad illa verba: Et alius describet manu sua. τὸ δὲ, inquit, τῇ χειρὶ, διὰ τὸ στίζειν ἴσως πολλοὺς ἐπὶ καρπῶν ἢ βραχιόνων, ἢ τοῦ σταυροῦ τὸ σημεῖον, ἢ τὴν χριστοῦ προσηγορίαν. In quo indubie respexerunt ad illa D. Pauli ad Gal. cap. ult. ἐγὼ γὰρ τὰ στίγματα τοῦ κυρίου ἰησοῦ ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω.

Pag. 36 *Fratres vocamus ut unius Dei parentis*] Eadem ferè ratio hujus sanctissimi nominis apud Tertull. Apol. Iustin. & Athenag. Lactant. lib. V. cap. XVI. *Fratrum nomen nobis invicem impartimur, quia pares esse nos credimus*. Clem. Strom. II. Ideo nos fratres, quod eodem verbo regenerati. ὁ δὲ ἑταῖρος, ἕτερος ἐγώ. ἢ καὶ ἀδελφοὺς τοὺς τῷ αὐτῷ λόγῳ ἀναγεννηθέντας προσαγορεύομεν. Euseb. Emiss. Homil. IV. *Fratres sorores non natura, sed officio, & affectione. quos enim diligimus, his nominibus vocare solemus*. Epictet. Omnes natura fratres putabat. Arrian. Dissertat. lib. III. Vagas autem libidines, & promiscuum cum fœminis coitum Christianis ideo objecerunt, quod Simonitæ, & postea Nicolaitæ, qui nomine Christianorum censebantur, illo uterentur; ut tradit Irenæus lib. I. cap. XX. & XXVII. Euseb. Hist. lib. II. cap. XIII. lib. III. cap. XXIX.

Hostias Domino offeram] Athenag. ὁ τοῦ παντὸς δημιουργὸς οὐ δεῖται αἵματος ἀπροσδεής. Tertull. ad Scap.

Bonus animus, pura mens] Cic. II. de Nat. Deor. *Cultus Deorum est optimus, ut eos semper pura, incorrupta & voce, & mente veneremur*. Prudent. περὶ στεφ. Victimas Christi cordis innocentiam, oris quietem, castitatem corporis. Iustin. Parænet. II. Deum velle ψυχήν τε καθαρὰν, ὁσιότητι τετρεχισμένην. Arnob. lib. V. VI. VII. Porphyr. περὶ ἀπ' ἐμψ. & apud Euseb. Præp. Euang. lib. IV. cap. V. Vide Suid. καλλιερῶ. & Psal. LI.

Sincera sententia] Rom. conscientia.

In operibus ejus] Hæc transcripta ex Tertull. Apol. Cic. Tuscul. I.

Solem adeo] Theophil. lib. I. ad Aut. εἰ τῷ ἡλίῳ οὐ δύναται ἄνθρωπος ἀτενίσαι διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν θέρμην, καὶ δύναμιν, πῶς οὐχὶ μᾶλλον τῇ τοῦ θεοῦ δόξῃ ἄνθρωπος θνητὸς οὐ δύναται ἀντωπῆσαι. Clem. Protrept.

Pag. 37 *Deo cognita plena sint*] Rom. delet τὸ cognita. MS. cuncta. apud Porphyr. περὶ εὐλογ. φιλοσοφ. Πάντα θεοῦ πλήρη, πάντῃ θεὸς ἐστεφάνωται.

Interest cogitationibus] Sen. epist. XXCIV. *Nihil Deo clausum est, interest*

tereſt animis noſtris, & cogitationibus medius intervenit. Iuſtin. Apol. I. Θεὸν ἔχομεν μάρτυρα τούτων λογισμῶν, καὶ τῆς τοιαύτης ἐξέσεως. Epictet. apud Arrian. lib. II. Deum, & genium noſtrum inerrare cogitationibus, & videre quæ agimus. Hermog. apud Plutarch. lib. ὅτι οὐδὲ ζῆν ἔστιν ἡδέως κατ' ὄμικρον.

Quamdiu caſtè] Tertull. Apol. *Neceſſe eſt igitur pauca de Chriſto, ut de Deo totum. Iudæis erat apud Deum gratia, ubi & inſignis juſtitia, & fides originalium autorum,* & quæ ſeq. Scribe ex MS. pauca de Chriſto, ut de Deo. Tantum Iudæis erat apud Deum.

In vim ignis abiturum Stoicis] Balb. Stoicus apud Cic. II. de Nat. Deor. Iuſtin. Apol. II. Stoicorum opinionem ipſum Deum ſolvi in ignem, & mutatione mundum reparari. Plutarch. de defectu orac. Pag. 38

Loquitur Plato] Epiphan. hær. IV. Clem. Strom. v.

Quod illi de divinis prædictionibus] Multis Tertull. Apol. apud quem ita emendo: *Quis poëtarum, quis ſophiſtarum, qui non omnium de prophetarum fonte potarit.* Tatian. πρὸς Ἕλλ. Πολλοὶ σοφισταὶ περιεργίᾳ κεχρημένοι, τὰ ὅσα περὶ θεῶν ἐμωσθαι ἔγνωσαν, ἃ καὶ μεμαχαίρηται ἐπιτεθύμασι. Euſeb. lib. x. cap. I. Præp. Clem. Strom. I.

Pythagoras] Hanc opinionem de μετεμψύχωσι ortam ab Ægyptiis auctor Herod. Eut. Eandem & Druidas habuiſſe Cæſar de bello Gall. tradit. Apud Græcos Orpheus, & deinde Pythagoras ita ſenſerunt. Olympiod. in Plat. Alcib. παλαιὸς λόγος Ὀρφικός τε Πυθαγόρου, ὁ πάλιν ἄγων τὰς ψυχὰς εἰς τὸ σῶμα, καὶ πάλιν ἀπὸ τοῦ σώματος ἀνάγων καὶ τοῦτο κύκλῳ πολλάκις. Tertull. de Anima, de reſur. carnis. Iuſtin. Apol. II. Serv. III. Æn. Ovid. XV. Metam. Lactant. ad illa Theb. III. *Nec te Pythagoræ fallant arcana renati.* Ridiculum eſt, quod narrat Scholiaſt. Sophoclis Elect. Pythagoram incluſiſſe ſe ὑπογείῳ, juſſiſſeque matrem falſo rumore ejus mortem ſpargere, deinde prodiiſſe & opinionem περὶ παλιγγενεσίας commentum.

Plato] Multa veſtigia hujus opinionis apud Plat. Phædro. Phædone. Tim. & de republ. Niceph. Greg. in Syn. de inſomn. Empedocles quoque idem ſenſit. Suid. & alii.

In pecudes, aves,] Eo nomine feſtivè Pythag. ridet Hermias διασυρμῷ τῆς ἔξω φιλοσ. Æn. Gazæus Theoph. ſive de animar. immortalitate.

Sed mimi officio] MS. mimico officio. Rom. mimi convicio. ſpecie proverbii. Cic. in Piſon. & II. de Orat. *mimicum jocum.* Symmach. *mimica reſponſio.*

Potuisse fingi] Lege: potuit effingi.

Pag. 39 *Elementorum custodia reservatur*] Scribe: custodi.

Omnis natura meditetur] Iisdem argumentis in adstruenda resurrectione utuntur Theophil. lib. II. Iustin. Apol. II. Cydonius de contemnenda morte Athenag. de resurr. mort. Tertull. de resur. carnis.

Meliorem consuetudinem humandi] Vide Tertull. de Anima Cap. LI.

Semina non nisi corrupta] Tertull. Apol. *Lux quotidie interfecta resplendet, sydera defuncta vivescunt* (lege ex MS. reviviscunt) *tempora ubi finiuntur, incipiunt, certe semina non nisi corrupta, & dissoluta fæcundius surgunt. omnia pereundo servantur.*

Illic sapiens ignis] Clem. Alexand. Protrept. καὶ τὸν ἐν Δελφοῖς τοῦ Ἀπόλλωνος πρώτερον ἥρπασεν θύελλα, ἔπειτα ἠφάνισε πῦρ σωφρονοῦν. Tertull. adv. Gnosticos. *Sapiens ignis effigiem vituli defundit illis, sugillans illic cor habentes, ubi & thesaurum.* Emenda eff. vituli defundit, illos sugillans.

Sicut ignis Ætnæ montis, & Vesuvii montis] Utrobique glossema videtur τὸ montis. Imitatus autem est illa Tertull. Apol. ubi de igne æterno, quem arcanum appellat, *Non absumit*, inquit, *quod exurit, sed dum erogat, reparat. adeò manent montes semper ardentes. & hoc erit testimonium ignis æterni pœnam nutrientis.* Vide Cyrill. περὶ ἐξόδου ψυχῆς.

Pag. 40 *Viri nascimur*] Corrige: noscimur.

De vestro numero carcer exæstuat] Tertull. Apol. *De vestris semper æstuat carcer, de vestris semper metalla suspirant.*

Aut excuset eventum] Vide P. Fabri Semest. lib. III. cap. XXII.

Quam quod de unoquoque nostrum Deus est fatus] Hæc verba aptissimè interpretatur D. Augustin. lib. V. de civit. Dei. cap. IX. Hierocles de provid.

Quod plerique pauperes] Athenag. Tatian. Lactant. lib. V. cap. XVI.

Quis potest pauper esse] Malim: Qui potest pauper.

Nemo tam pauper] Sen. lib. Quare bonis viris mala acc. *Nemo tam pauper vivit, quam natus est.*

Sub divitiarum onere] Synes. περὶ βασιλείας. ἔοικε γὰρ ἀτυχία φορτίον εἶναι μολίβδου περιβριθέστερον. περιτρέπει γοῦν τὸν ἀναθέμενον ἢ μὴ πάνυ ῥωμαλέος ὢν τύχῃ. Apul. Flor. de Cratete: *Rem familiarem abjicit, velut onus stercoris, magis labori, quam usui.* ubi corrigendum arbitror: onus tergoris.

Pag. 41 *Non est pœna, malitia est*] Rom. militia est. Sen. lib. Quare bonis viris mala accid. *Lacerat nos fortuna. patiamur. Non est sævitia: certamen est.*

Vnum-

Vnumquemque explorat] Tertull. de fuga in persec. cap. III. Chrysost. de Babyla Mart.

Quam pulchrum spectaculum] Expressum ex verbis Sen. cap. II. lib. Quare bonis viris mala accid.

Cum Aquilio, aut Regulo] Arnob. lib. I. *Innumerabiles gloria & virtute pollentes acerbissimarum mortium experti sunt formas, ut Aquilius, Trebonius, Regulus.*

In hoc altius tolluntur] Claud. lib. I. in Ruffin. *Tolluntur in altum, Vt lapsu graviore ruant.* Pag. 42

Vt ingenium eorum] MS. ut ingenium eorum perditæ mentis licentiam potestatis liberæ nundinetur.

Dives es, sed fortunæ malè creditur] Apul. de Deo Socrat. *Dives es? non credo fortunæ.*

Nobilitate generosus es, parentes tuos laudas] Apul. ibid. *Generosus es? parentes laudas.*

Quorum & de sacris originem novimus] Tertul. *Spectaculis vestris in tantum renunciamus, in quantum originibus eorum, quas scimus de superstitione conceptas.*

Populi in se rixantis insaniam] Propter studia agitatorum. Unde & Tertull. insaniam Circi.

Et sparsis utimur] Objecerat Cæcilius Christianos capiti & sepulchris coronas denegare, de quo ritu Varro VI. de Ling. Lat. Sueton. Augusto. cap. IIX. Nerone. cap. ult. Statius III. Sylv. Plin. lib. III. cap. XXXI. Capitolin. Aurel. Respondet Octavius Christianos floribus uti, & quidem sparsis, solutis & sertis. Sparsis tamen ad simplicem usum non ad asperginem, ut Tertull. appellat seu solennem, φυλλοβολίαν, qua usi adversus eos, quos honore, & cultu afficiebant. Polyb. Legat. IX. οἱ πολλοὶ στεφάνους περιῤῥίπτοντες καὶ λημνίσκους, παρ' ὀλίγον διέλυσαν τὸν ἄνθρωπον. Florus lib. II. *Quæ gaudia, quid florum in consulem profuderunt.* Capitolin. Anton. Herodian. lib. I. Apul. lib. XI. & X Mil. Tacit. lib. XIV. Claudian. Panegyr. Stilic. Suidas Ἀκρόδρυα. Pag. 43

Solutis, & sertis] Ita Pindarus ἄνθεα, καὶ στεφάνους. Apul. *Iactis floribus, sertis, & solutis.* lib. II. *rosa serta & soluta,* Sidon. *rosa satilis.*

Auram boni floris] Plane est illud Luciani Nigrino: εἰ γάρ τοι τῇ πνοῇ τῶν ἰόντων, καὶ ῥόδων χαίρουσιν ὑπὸ τῇ ῥινὶ μάλιστα ἐχρῆν αὐτοὺς στέφεσθαι παρ' αὐτὴν ὡς οἷόν τε τὴν ἀναπνοήν. Tertull. *Non emo capiti coronam, emtis nihilominus floribus utor. Puto gratius esse liberis & solutis, & undique vagis. Sed etsi in coronam coactis, nos coronam naribus admovemus. Viderint qui per capillum odorantur.*

Nec mortuos coronamus] Mortui coronati. Plin. lib. x. cap. xliii. Tertull. de corona militis cap. xiii. Clem. Pæd. lib. ii. cap. iix.

Exequias adoramus] Facimus. Festus: Adorare. Iulianus epist. ad Arsacium Christianorum religionem creviſſe τῇ περὶ τοὺς ξένους φιλανθρωπίᾳ, καὶ τῇ περὶ τὰς ταφὰς τῶν νεκρῶν σπουδῇ.

Spe futuræ felicitatis] Rom. Spem.

Socrates ſcurra Atticus] Cic. i. de Nat. Deor. *Zeno Socratem ſcurram Atticum fuiſſe dicebat.* Lactant. lib. iii. cap. xix.

Adverſus ſua vitia facundos] Tertull. Apol. & de Anima. & Seneca apud Lactant. lib. iii. cap. xv.

Pag. 44 *Vt improbus uſurpo victoriam*] Rom. improbe.

Ita ego triumphator erroris] Hieron. epiſt. ad Auguſtin. *Cumq; tu viceris, & ego vincam, ſi meum errorem intellexere.* Idem ad Lucifer. *Non ſolum te viciſſe exiſtimes, vicimus uterque noſtrum, palmam refers tu mei, & ego erroris.*

Obſtrepentia veritati] Tertull. de præſcript. obſtrepit veritati adulter ſenſus.

Octavius gaudere quod vicerit] Vocem, gaudere, Rom. & MS. ignorant.

Subnecte verbis D. Lucæ illa Caſſiani Collat. i. cap. i. *Cunctis ad ſignificandam ſodalitatis, ſenſusq; noſtri paritatem pronunciarent, unam mentem atque animam duobus meſſe corporibus.*

FINIS.

GEVERHARTI ELMENHORSTI

AD

M. MINUCII FELICIS OCTAVIUM

LIBER COMMENTARIUS.

GEVERHARTI ELMENHORSTI

COMMENTARIUS AD M. MINUTII FELICIS OCTAVIUM.

Minutius Felix] Libellum seu dialogum quem jam nunc emittimus, primus Romæ in lucem produxit Faustus Sabæus Brixianus, Anno Christi cIↃ. IↃ. xliii. & perperam Arnobio adscripsit. Hunc triennio post secutus Sigismundus Gelenius, eodem errore ductus quo Sabæus, etiam octavum librum Arnobii esse, falsò suspicatus est. Primus Hadrianus Iunius, vir excellentis ingenii, quoniam tritas habebat aures in cognoscendis veterum scriptis, facile animadvertit, non esse Octavum librum Arnobii, sed hujus M. Minutii Felicis Octavium. Is itaque Octavium, octavum lib. Arnobio malè inscriptum, genuino autori suo princeps restituit. Postmodum multi præclari viri de Minutio emendando seriò cogitarunt, & in eo multa feliciter emendarunt, quos laude sua non fraudabit grata posteritas: ego illis debitum honorem ubique reddam. Cujus potissimum temporibus noster floruerit, haud promptum est dicere. Trithemius de scriptoribus ecclesiasticis Minutium Origeni, Ammonio, Ambrosio & Triphoni adnumerat, & sub Alexandro Severo Imp. Anno Domini ccxxx. Romæ claruisse adfirmat. Quod si verum, Minutius antiquior est Cypriano, æquævus Tertulliano. Ex accurata criminum infanticidii, Thyestæarum epularum, & promiscui concubitus, æquales fuisse eos satis clarum. Romæ eum causas dixisse ex testimoniis Hieronymi & Lactantii supra citatis patet, & illud ostendit quod initio statim habetur: *ad vindemiam feriæ curam judiciariam relaxaverant. ---nos tamen cum sacrilegos aliquos & incestos, parricidas etiam defendendos & tuendos suscipiebamus, hos nec audiendos in totum putabamus.* Initio paganum se fuisse ipse testatur, dum inquit: *Et* Pag. 1.

cum discussa caligine de tenebrarum profundo in lucem sapientiæ & veritatis emergerem. Postea: *Quanquam tibi Marce frater, de quo maxime quærimus non sit ambiguum, utpote cum diligenter in utroque vivendi genere versatus, repudiaris alterum, alterum comprobaris.* ---- *Quantum autem vitium sit de incognitis & inexploratis judicare, quod facitis, nobis ipsis pœnitentibus credite. Et nos enim idem fuimus, & eadem vobiscum quondam adhuc cæci & hebetes sentiebamus.* Et hæc obiter de autore. Iam de scripto, quod profecto eruditum est, & ut ille ait, sani coloris, nervosum, vi verborum atque doctrinæ præstantia admirabile, refertum elegantissimis sententiis. Disputant autem in hoc dialogo & sermocinantur, Marcus Minutius Felix, libri autor, Cæcilius Natalis, & Octavius. Minutius personam judicis seu arbitri sustinet, Cæcilius Natalis ethnici, Octavius Christiani.

Eadem vellet vel nollet] Augustin. Tom. x. in festo Epiphan. pag. 146. *Amicos ut novimus conjunctio animorum facit: unde quidam sapiens hujus mundi ait, idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est.* Sallust. bello Catilin. pag. 13. Hieronym. Tom. 2. apolog. advers. Ruffin. cap. 2. Cicero pro Plancio fol. 441.

Crederes unam mentem in duobus fuisse divisam] Calpurnius Flaccus declamat. XXII. *In uno, utriusque mentem videres.* Gregor. Nazianz. Orat. funeb. in laud. Basilii Magni pag. 81. μία μὲν ἀμφοτέροις ἐδόκει ψυχὴ, δύο σώματα φέρειν. Scholiastes Horatii lib. 2. Od. XVII. *Amicorum una est anima in duobus corporibus existens.* Domitius poëta apud Iunium Philargyr. in III. eclog. Virgilii

---- *ut ajunt*
Corporibus geminis spiritus unus erat.

Prosper Tyro Epigram. 107.

duos spiritus unus alat.

Augustin. confess. lib. IV. cap. VI. *Bene quidam dixit de amico suo, dimidium animæ meæ. Nam ego sensi animam meam & animam illius, unam fuisse animam in duobus corporibus.* Chrysost. in epist. Pauli ad Corinth. I. cap. XIII. Homil. 33. pag. 618. Τοῦτο γάρ ἐστι φιλία, μηκέτι εἶναι τὸν φιλοῦντα, καὶ τὸν φιλούμενον δύο διῃρημένους, ἀλλὰ ἕνα καὶ ἄνθρωπον, ὅπερ ἐδαμόθεν, ἀλλὰ ἢ ἐκ τῆς ἀγάπης γίνεται. *Hoc est amicitia, eum qui diligit, & eum qui diligitur non amplius esse duos divisos, sed unum esse hominem, quod quidem non ex alio sit quam ex charitate.* Inde Ruffinus apud Clement. recognit. lib. I. pag. 7. *Vnanimis amicus.*

Annis adhuc innocentibus] Tertullian. adversus Marcionem lib. IV. cap. XXIII. *Innocens ætas.* Hilarius in Psalm. CXIIX. *Rudes à pecca-*

peccatis annos, & ætatem adhuc criminum neſciam. Cyprian. de Lapſis pag. 222. *ſimplices annos.* Victor de perſecut. Vandal. lib. 1. pag. 622. & lib. 3. pag. 664. *inſontem infantiam.* Prudent. in Roman. Martyre *innocentem ætatulam.* Martialis lib. x. Epigram. 62. *ſimplicem turbam* pueros appellat.

Quod eſt in liberis amabilius, annis adhuc innocentibus, & adhuc dimidiata verba tentantibus] Cyprian. de cardinal. operibus: *Solent patres nugis infantum arridere, & linguis balbutientibus delectari.* Gregorius presbyter in vita Nazianzeni dicit, *balbutientium infantium ſermunculos parentibus jocundiores eſſe, quam adultorum phaleratas & graves orationes.*

Dimidiata verba] Hieronym. ad Euſtochium de virginitate ſervanda Tom. 1. Epiſt. 22. cap. 13. *Balbutientem linguam in dimidiata verba moderantur.* ad Lætam de inſtitut. filiæ Tom. 1. Epiſt. VII. cap. 3. *dimidiata dicere verba.* De vita & obitu Paulæ Epiſt. 17. cap. XII. pag. 80. *Aviæ & amitæ nomina dimidiatis verbis frangere.*

Ipſo offenſantis linguæ fragmine dulciore] Hieron. part. 3. Tract. VI. Epiſt. XV. ad Salvinam de morte Nebridii: *Garrula atque balbutiens linguæ offenſione fit dulcior.*

Oſtiam] *Oſtia* amœniſſima civitas, quam in ore Tiberis condidit Ancus Martius. Dionyſ. Halicarnaſs. antiq. Rom. lib. 1. fol. 8. Lib. 3. fol. 183. Strabo lib. IV. Geograph. pag. 160. Stephanus in Ὠ'ϛία. Livius lib. 1. Florus lib. 1. cap. IV. Euſebius Chron. lib. 2. fol. 123. Iſidorus Hiſpalenſ. origin. lib. XV. cap. 1. Breviator Eutropii lib. 1. pag 64. Iornandes de rebus Geticis pag. 16. Pag. 2.

Sane & ad vindemiam feriæ judiciariam curam relaxaverant] Anianus IC. in leg. 2. Cod. Theodoſ. de feriis: *Meſſivæ feriæ & vindemiales.* Sueton. Cæſare cap. 40. *Faſtos correxit jampridem vitio pontificum per intercalandi licentiam adeò turbatos, ut neque meſſium feriæ æſtati, neque vindemiarum autumno, competerent.* Cyprianus Epiſt. 2. ad Donatum: *Bene admones Donate chariſſime, nam & promiſiſſe me memini, & reddendi tempeſtivum prorſus hoc tempus eſt, qua indulgente vindemia, ſolutus animus in quietem, ſolemnes ac ſtatas anni fatigantis inducias ſortitur.*

Judiciariam curam relaxaverant] Id eſt, *res non agebantur.* Inde Cyprian. Epiſt. 2. ad Donatum pag. 4. *feriata quies.* Vide Petrum Pithœum adverſar. lib. 2. cap. XX.

Autumnitas] Arnob. lib. 1. pag. 7. Lib. 2. pag. 57. Cato de re ruſtica cap. 115.

Post æstivam diem in temperiem semet autumnitas] Chrysolog. sermon. LI. *Post solitos æstus, aërem temperies mitigavit autumni.*

Serapidis] *Serapis* magnus ac sanctissimus Deus. Iulianus Imp. in Epist. ad populum Alexand. pag. 165. Strabo lib. XVII. Geograph. Ruffin. Eccles. hist. lib. XI. cap. 23. Lib. inscription. fol. 85.

Vulgus superstitiosus] *Superstitiosum* Oecumenius in acta Apost. cap. XXVI. definit, *qui dæmonia veritus, omnia pro numinibus colit, & lapidem, & lignum & Spiritum.* Firmicus astron. lib. IV. cap. XIII. *qui omnes religiones cum animi quadam trepidatione suscipit.*

Manum ori admovens] Plinius lib. XXVIII. cap. 2. *In adorando dextram ad osculum referimus.* Hieronym. Tom. 6. in Oseam cap. XIII. fol. 72. *Qui adorant solent deosculari manum suam, quod Iob fecisse se negat, dicens: Si osculatus sum manum meam apponens ori meo, & hoc mihi ad iniquitatem maximam reponetur.* De adorantium gestu, habitu, motu, flexuque corporis, vide Barnab. Brisson. lib. I. de Formul. pag. 35. & seq. Petrum Pithœum lib. I. adversar. cap. 3. Dn. Wowerium ad hunc locum.

Osculum labiis impressit] Hieronym. part. 3. Tract. IIX. Epist. 33. ad Ruffinum: *Quum illud os quod mecum vel erravit aliquandò vel sapuit, impressis figerem labiis.* Prudent. περὶ στεφάνων, pag. 234.

Tantum osculum impressit unum.

Lib. I. contra Symmach. pag. 234.

Mox humeris positus nutricis, trivit & ipse
Impressis silicem labris.

Propertius lib. I. Elegia XVI.

Osculaq; impressis nixa dedi genibus.

Lapides unctos & coronatos] Vide Observat. nostras ad Arnob. lib. I. pag. 22.

Effigiatos] De verbo *effigiare* multa Savaro ad Sidonii Apollinaris lib. VI. Epist. XII. quibus hæc loca addere poteris. Papias: *Effigiare, formare.* Apulejus Metamorph. lib. XI. pag. XI. *Extrinsecus miris simulachris effigiata.* Martianus Capella de nupt. Philol. lib. VI. pag. 190. *Quippe memoratur omnia posse effigiare.* Pag. 228. *miris formis effigiata.* August. de hæres. cap. LXXXVI. *Tertullianus animam dicit effigiatum corpus esse. ---- Deum corporeum esse, licet non effigiatum.*

Coronatos] Vide Pascalium de coronis lib. IV. cap. IV.

Lenis unda] Ita Lucretius lib. 2. de rer. natura. *mollis unda.*

Tundebat] Prudentius Cathemer. pag. 97.

Salsos-

Salsoſq; candens ſpuma tundit ſilices.

Hieronym. in Sophon. cap. 2. *Maris fluctibus tunditur.* Et in IX. cap. Oſeæ: *Tyrus maris fluctibus tundebatur.*

Mare etiam poſitis flatibus inquietum eſt] Vide Gellium lib. II. cap XXX. qui cauſam adfert, cur mare etiam poſitis flatibus undabundum.

Canis, ſpumoſiſq; fluctibus] Hieronym. Tom. I. Epiſt. 49. ad Innocentium: *Spumei fluctus caneſcunt.* Virgil. lib. I. Georg.

Cano ſpumant freta concita fluctu.

Et VIII. Æneid. fol. 528.

Fluctu ſpumabant cærula cano.

Feſtus Avienus Arat. prognoſt. pag. 69.

Spumoſum late pelagus caneſcere cernes.

Cicero I. de Divinat. pag. 354. Virgil. 3. Georg. pag. 130. Seneca Agamem. Act. 3. Scen. *Delubra, &c.* Orpheus Argonaut. fol. 486. Hieron. Epiſt. I. ad Heliodor. cap. 9.

Criſpis] Victor lib. 2. de perſecut. Vandal. pag. 940. *alvei criſpantes.* Lib. 3. pag. 666. *Fontium criſpantes venæ.* Hieronymus in Epiſtola ad Heliodorum de laude vitæ ſolitariæ cap. V. *Licet in modum ſtagni fuſum æquor arrideat: licet vix ſumma jacentis elementi ſpiritu terga criſpentur.* & lib. XIII. in Eſaiam proœmio ad Euſtochium, fol. 640. *Multi caſus opprimunt navigantes. Si vehementior flaverit ventus, tempeſtas formidini eſt. Si aura moderatior ſumma jacentis elementi terga criſpaverit, piratarum inſidias pertimeſcit.*

Quod viciſſim nunc adpulſum noſtris pedibus alluderet fluctus] Id eſt: modo accedentes, modo recedentes undæ ludere videbantur. Vide Iohan. Paſſeratium ad Catullum pag 41. Wowerium in Notis pag. 109.

Roboribus] φαλάγγαις. Latini *pulvinos* vocant. Papias: *Pulvini* Pag. 3. *ſunt machinæ, quibus naves deducuntur & ſubducuntur in portum.*

Is luſus eſt teſtam teretem] Græci hunc luſum appellant ἐποστρακισμόν. Heſychius ἐποστρακίζειν, ὀστράκοις παίζειν. Vid. Paulus Leopard. Emendat. lib. VI. cap. 8.

Oram curvi molliter littoris] Hieronym. Tom. I. Epiſt. XLI. ad Ruffinum: *curvo aſſidens littori.* Lucretius lib. 2.

----- *quæ mollibus undis*
Littoris incurvi bibulam lavit æquor arenam.

Dorſum maris raderet] Heſiodus Theogonia: νῶτα θαλάσσης. Chalcid. in Platonis Timæum pag. 56. *dorſum & ſuperficies maris.* Gaudent.

dent. pag. 118. *ambulabat super terga æquoris.* Vide adnotata ad Arnobii lib. 1. pag. 27.

Dolere, nescio quid vultu fatebatur] Vultus lætitiæ aut tristitiæ index. Q. Cicero de petition. consulat. fol. 445. Plinius lib. 11. cap. XXXVII. Cyprianus de Lapsis pag. 223. Hieronym. in Ezechiel. cap. 8. Ovidius Fast. lib. IV. & VI. Iuvenalis Satyra IX. Theodoret. Serm. VIII. de provident. pag. 177. Cassian. lib. 2. collation. 3. Athanas. apolog. ad Imp. Constant. pag. 530.

Remordet oratio] Ruffinus Eccles. hist. lib. VI. cap. 6. *Vehementissime momordit hic sermo Demetrium.* Triphon apud Lucianum Philopat. fol. 440. se laceratum Critiæ sermonibus conqueritur, veluti à rabiosa cane. Verba ejus sunt: Ἐδήχθην τοῖς σοῦ λόγοις, ὡς ὑπὸ κυνὸς λυττῶντος.

Ut me ex tribus medium] Medius locus honestior. Sallust. Bello Iugurthin. pag. 53. *Sed Hiemsal, qui minimus ex illis erat natura ferocior, etiam antea ignobilitatem Iugurthæ, quia materno genere impar erat, despiciens, dextra Atherbalem assedit, ne medius ex tribus, quod & apud Numidas honori ducitur, Iugurtha foret.* Vid. Lipsius Elect. lib. 11. cap. 2.

Cum amicitia pares semper aut accipiat, aut faciat] Vulgaris versus Pub. Mimi: *Amicitia pares aut accipit, aut facit.* Laërtius in vita Pythag. lib. VIII. pag. 573. Pythagoras εἴπέ τε πρῶτος (ὡς φησι Τίμαιος) κοινὰ τὰ φίλων εἶναι, καὶ φιλίαν, ἰσότητα. Cic. de LL. lib. 1. fol. 326. Aristoteles apud Diogenem Laërtium & Hesychium Illustrium de Philosophis pag. 14. Τὸ τε φιλίαν ὡρίζετο ἰσότητα διανοίας ἀντίστροφον. Et lib. VIII. Ethicorum cap. VII. λέγεται δὲ φιλότης, ἡ ἰσότης. Quem locum ab illo mutuatus est Isidorus Pelusiota Epist. lib. 3. Epist. 145. ad Petrum Correctorem: Ἰσότης, φιλότης.

Arbiter] Glossæ; *Arbiter*, διαιτητής. Arnobius lib. IV. Terentius Heauton. Act. 3. Scen. 1. Festus in *arbiter.* Cicero pro Muræna fol. 341.

Pag. 4. *Libram teneas æquissimi judicis*] Arnobius in Psalm. 139. *Libra justi judicis, æquali lance perpensa, nocentem dum interficit, liberat innocentem.* Chalcidius in Platonis Timæum pag. 117. *Æquum judicium carere gratiæ, misericordiæq; anticipationibus debet.*

Considas] Proprio verbo usus est. *Sedere* enim judices dicuntur cum causas & querelas dissidentium inspiciunt. Livius lib. XL. pag. 1061. *Sedeo miserrimus pater judex inter duos filios.* Apulejus apolog. pag. 460. *Quod si modo judices de ista causa sederent.* Cicero

pro

pro Rabirio Postumo, fol. 561. *Vos in A. Gabinium judices sedistis.* Beda lib. IV. in Marcum cap. XVI. *Sedere judicantis est.* Et Martyrol. in passion. Ignatii, *Sedente pro tribunali Trajano.* Cyprianus 2. Epist ad Donatum fol. 3. *Qui sedet crimina vindicaturus, admittit.*

Omnia in rebus humanis dubia] Cicero lib. IV. Academic. Quæst. & lib. I. de Natur. Deorum.

Expertes] *Ignari.* Servius in Virg. Æneid. fol. 582.

Expertes artium nisi sordidarum] Romulus sellularias & sordidas artes, servis & exteris exercendas tradidit, duo tantum Romanis ingenuis relinquens studia, rei militaris ac rusticæ. Dionys. Halicarnass. lib. II. antiq. Roman. fol. 98. Plato quoque de civitate quam in sermone instituebat, sordidas artes ejicit. Lib. V. de Legib. fol. 741. 743. Et Lacedæmonii minime dediti elegantioribus studiis, viles tamen abjectasque artes non exercebant, quod corpora eorum qui illas tractabant, corrumperent. Socrates Orat. ad Critobulum apud Xenophontem Memorabil. lib. V. fol. 827. Ælianus variæ histor. lib. VI. cap. VI. Cæcilius igitur hic sequutus Lacedæmonios & Romanos, omne opus quod manibus elaborabatur, turpe ac probrosum putat, & Christianos, qui ex præscripto suæ disciplinæ quotidiano opere alimenta quærebant, tanquam sordidos & despicabiles irridet. Vide Clariss. Wowerium ad hunc locum, & præterea Isidorum Peluſiotam Epist. lib. I. Epist. 470. ad Theodorum Scholasticum. Chrysostomum in epist. Pauli ad Roman. cap. II. homil. 2. pag. 19. Hieronym. ad Rusticum Monachum Epistola IV. cap. V. fol. 14. & de regulis Monachorum cap. XIIX. Augustin. de opere monach. cap. III. IV. & XIX. Cassianum de spiritu Acediæ cap. VII. & seq. Epiphan. contra Massalianos hæres. 80.

Studiorum rudes] Christiani ἄνθρωποι ἀγράμματοι καὶ ἰδιῶται. Acta Apost. cap. IV. Sic Asclepiades apud Prudentium in Romano Martyre pag. 208. Christianos appellat, *turbam imperitam, & illiteratam frequentiam.* Lactant. lib. V. cap. 2. Chrysostom. I. ad. Corinth. cap. I. homil. 3. fol. 348. Lucianus peregrino pag. 338. Nazianzen. Orat. 2. in Iulianum pag. 306.

De qua tot seculis sectarum plurimarum] Vide Ciceron. I. de Natur. Firmicum in præfat. lib. I. astronom.

Cœlo suspensa sublimata sunt] Ambros. lib. de Salomon. cap. I. *Qualiter esset hoc cœlum omne quod cernimus, ardua sublimitate suspensum.*

Si secundum illud sapientis oraculum nosmetipsos familiarius noverimus] Photius biblioth. pag. 715. ex vita Pythagoræ: Τὸ γοῦν Γνῶθι σεαυτὸν, δοκεῖν ῥᾴδιον εἶναι, πάντων ἐστὶ χαλεπώτατον. ὃ καί φασι τὸ Πυθίου εἶναι Ἀπόλλωνος, εἰ καὶ εἰς Χίλωνα τῶν ἑπτὰ σοφῶν ἕνα τὸ ἀποφθεγμα ἀναφέρουσι. παραινεῖ δ' ἡμῖν, γνῶναι τὸν ἑαυτῶν δυνάμιν· τὸ δ' γνῶναι ἑαυτὸν, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ τὸν τοῦ σύμπαντος κόσμου φύσιν γνῶναι. τοῦτο δὲ ἀδυνάτον, ἄνευ τοῦ φιλοσοφεῖν. ὅπερ ἡμῖν ὁ Θεὸς παραινεῖ. id est: *Difficillimum est seipsum nosse, quamvis facile videatur, quod Pythii Apollinis esse dicunt, licet ad Chilonem unum è septem sapientibus referant. Nos autem hortatur ut quisquis quid possit, cognoscat. Sed nihil est aliud* NOSSE SEIPSVM *quam totius mundi naturam nosse, quod sine philosophia fieri non potest, quodq; Deus nos monet.* Plato Phœdro pag. 229. Charmide. pag. 164. Protagora 343. Philebo pag. 48. Alcibiade pag. 129. & seq. Plinius lib. 7. cap. 32. Cicero lib. 5. de Finib. fol. 105. Scholiastes Iuvenal. in Satyr. XI. Iulianus Imp. in Epistola ad Iamblichum pag. 294. Libanius Sophista Timone pag. 347. Dio Chrysost. Orat. X. de servis pag. 148. Oration. 2. de gloria pag. 614. Philo de Insomniis pag. 390. Philostrat. de vita Apollonii lib. VII. cap. VII. Plutarchus de littera ει apud Delphos fol. 392. Gregorius Thaumaturgus panegyr. in Origenem pag. 18. Origenes in Exodum homil. 3. pag. 65. Macrob. 1. Saturnal. cap. 6. in Somnium Scipion. lib. 1. cap. IX. Arrianus in Epictet. lib. 3. cap. 1. Stobæus sermone XXI. Maximus sermon. LVI. Pausanias Bœoticis pag. 340. Ausonius in ludo septem sapient. pag. 116. Diogenes Laërtius in Thalete lib. 1. pag. 26.

Insano labori] Virg. lib. 11. Æneid. pag. 259.

Insano juvat indulgere labori.

Servius; *insano*, id est, *sine ratione.*

Pag. 5. *Superstitio*] Servius VIII. Æneid. fol. 468. *Superstitio est timor superfluus ac delirus. vel secundum Lucretium: Superstitio est superstantium rerum, id est cœlestium & divinarum inanis & superfluus timor.*

In semet omnia revolvuntur] Vide Stobœum Eclog. Physic. pag. 25. Epiphan. lib. 1. de hæres. Platonem Thæeteto fol. 180. Cratylo 402. Homerum Iliad. Ξ. Aristotel. 1. Metaphys. cap. 3.

Sic exhalatis terræ vaporibus] Lactant. in Statii Thebaid. lib. 1. fol. 14. *Lucretius dicit ex udore terræ, nebulas oriri; ex nebulis nubes, ex nubibus pluvias.* Vid. Hilarius in Psalm. 134.

Nubibus collidentibus, tonitrua mugire] Hieronym. Tom. IX. Epist. IX. fol. 44. *Ajunt naturalium causarum scrutatores, quod fulgura*

ex

ex nubium collisione generentur more silicum duriorum, quos cum complo-seris, medius ex his ignis extritus, elabitur, atque ita cum fulgore pariter & tonitrua mugire. Apuleius de mundo pag. 113. Hilarius in Psal. 134. Stobœus Eclog. Physic. pag. 64. Cicero 2. de divinat. Seneca Natur. Quæst. lib. 2. cap. 39. Servius in 1. Æneid. fol. 170. Isidorus Hispalens. Origin. lib. XIII. cap. XI. de natura rerum cap. 29. & 30.

Tangunt loca sacra & profana] Et hoc argumento divinam providentiam evertere nititur Cæcilius, Epicurum sequens, cujus discipulus lib. VI. de natur. rerum pag. 207. deliramenta talia loquitur:

Postremò cur sancta Deum delubra, suasq;
Discutit infesto præclaras fulmine sedes:
Et bene facta Deum frangit simulachra,
Demit imaginibus violento vulnere honorem.

Impii, & si qui adhuc cum Epicuro sentiunt, Isidorum Pelusiotam audiant, & videant, ut errorem suum recognoscant & emendent. Is Epist. 73. lib. I. Calliopium Presbyterum ita affatur: Θαυμάζειν ἔφης, ὅπως τῶν ἑαυτοῦ ὁ θεὸς ἀνακτόρων οὐ φείδεται, ὅτε φόβον τῇ γῇ ἐπαφίησιν. ἀλλ' ἔχεις ἐν ταῖς θείαις πτυκταῖς τὴν τούτων ἀκριβῆ διασάφησιν. καὶ μὴ ἄλυε ἐφ' οἷς νῦν γενομένοις ἑώρακας. εἰ γὰρ τῆς ἁγίας κιβωτοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ἐξέδοτο ταύτην ἀλλοφύλοις σὺν ἱερεῦσιν αὐτοῖς ἀνομήσασι, καὶ πόλιν ἁγιάσματος, καὶ χερουβὶμ δόξης, καὶ στολὴν, καὶ προφητείαν, καὶ χρίσμα, καὶ δήλωσιν, εἰς καταπάτημα καὶ μιασμὸν ἀπέδοτο ἔθνεσιν, οὐδὲ τῶν νῦν ἀχράντων φείδεται μυστηρίων, ἵνα τῶν αὐτοῦ αὐλῶν ἀφειδῶν, εἰς φόβον τοὺς πταίοντας κλίνῃ, ἀπηνεστέραν περιμένοντας ἐφ' οἷς πράττουσι τιμωρίαν. ὀλολυζέτω γὰρ πίτυς, ὅτι πέπτωκε κέδρος, τῶν ἰσχυρῶν πιπτόντων, τὰ ἀσθενέστερα παιδευέσθω. Id est: *Mirari te dixisti, qui fiat, ut Deus, cum metum terræ immittit, templis suis minimè parcat. At certam hujus rei declarationem divinis in libris habes. Nec verò mœrore atque animi anxietate consternéris ob ea, quæ nunc fieri vidisti. Nam ut sanctæ arcæ minimè pepercit, verum etiam unà cum ipsis sacerdotibus, qui deliquerant, barbaris dedidit, & urbem sanctificationis & Cherubim gloriæ & stolam, & prophetiam, & unctionem, & Thumim in conculcationem & contaminationem gentibus addixit: Ita ne nunc quidem ab omni labe puris mysteriis parcit: ut dum suis aulis minimè parcit, terrorem iis, qui peccant, injiciat: atrociorem videlicet pœnam ob ea quæ agunt, exspectantibus. Vlulet enim abies, quia cecidit cedrus. Fortibus candentibus, imbecilliora erudiantur.*

Quod

Quod si mundus divina providentia regeretur] Impii in destruenda providentia divina omnes hoc ferè argumento usi. Vide Cicer. lib. 3. de Nat. Deor. Firmic. Astronom. lib. 1. cap. 3. Claudianum lib. 1. in Rufinum. Lucian. Iove confutato pag. 258. Lactant. lib. 1. cap. 9. Gaudentium in præfat. ad Benevolum pag. 48. Athenag. Apolog. pro Christianis pag. 9. Theodoret. serm. 6. de Provident. pag. 111. Ambrosium in Epistolam Pauli ad Corinth. 1. cap. 1. de officiis lib. 1. pag. 6. Clement. recognition. lib. 3. pag. 64. Remigium Altisiodorens. Episcop. in Malachiam cap. 2.

Socrates venenum] Vid. Plato Phœdone fol. 117.

Seges cana] Ovidius lib x. Metamorph. fab. 14.

Et segetis canæ stantes percurrere aristas.

Hieronym. Tom. 1. Epist. 32. ad Abigaum, *seges candida*. Iuvencus lib. 2. de Euang. gistor.

---- albentes cernite campos
Cunctaq; maturam jam rura exposcere messem.

Pag. 6. *Soluta legibus fortuna dominatur*] Ethnicorum opinio, θνητῶν μὲν μηδένα νομοθετεῖν μηδὲν, τύχας δὲ εἶναι κρεῖττον ἅπαντα τὰ ἀνθρώπινα πράγματα. Plato lib. IV. de Legibus fol. 709. Dionysius Halicarnasseus antiq. Rom. lib. VII. fol. 472. Philostratus de Sophistis lib. 2. in Heliodor. Salust. 2. Epist. ad Cæsar. Stobœus Eclogis physicis cap. X. Sed hoc falsum esse, docet Suidas in τύχη. & Hieronym. in Ecclesiast. cap. 9. in Sophon. cap. 1. in Ieremiam lib. 3. cap. 12.

Majorum excipere disciplinam, religiones traditas colere] Balbus apud Cicer. lib. 3. de Nat. Deor. pag. 331. vult, ut majoribus nulla etiam reddita ratione credamus. Licinius in Orat. ad milites apud Euseb. lib. 2. de vita Constantini cap. 5. ἄνδρες φίλοι & σύμμαχοι, πάτριοι μὲν οἵδε θεοὶ, ὃς ἐκ προγόνων τῶν ἀνέκαθεν παραληφότες σέβειν, τιμῶμεν. Symmachus in relatione ad Imp. *Præstate oro vos, ut ea, quæ pueri suscepimus, senes posteris relinquamus. ---- Iam si longæ ætas autoritatem religionis facit, servanda est tot seculis fides, & sequendi nobis parentes, qui secuti sunt feliciter suos.* Prudentius περὶ στεφάνων, pag. 220.

Hoc sanctum ab avo est,
Hoc ab atavis traditum.

Zeleucus apud Stobœum Serm. XLII. pag. 279. Chrysost. homil. 7. in 1. Corint. cap. 2. pag. 387. Euseb. Eccl. lib. 1. cap. 2.

Observat.

Obſervat. noſtræ ad Arnobii lib. 2. pag. 60. 61.

Eleuſinios Cererem] Lactantius in 2. Thebad. Statii pag. 63. *Eleuſis oppidum eſt Athenis vicinum, in quo Ceres eximiè colitur.* Mela lib. 2. cap. 3. Orpheus in Hymno Cereris. Arnobius lib. 5. Strabo Geograph. lib. IX. pag. 72. Hyginus fabul. 92. Auguſtin. de Civit. Dei lib. 7. cap. 20. Pauſanias Corinthiacis pag. 57. Laconicis pag. 103. Mela de ſitu orbis lib. II. cap. 3.

Phrygas Magnam Matrem] Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 1. fol. 50. Strabo Geograph. lib. x. pag. 325. Herodianus in Commodo Imp. fol. 477.

Epidaurios Æſculapium] Lactant. lib. IV. in Statii Thebaid. pag. 125. *Epidauria civitas Archivorum, ubi Æſculapius colitur.* Arrianus de rebus geſt. Alexand. Magni lib. 7. pag. 157. Plato in Io. Arnob. lib. 7. pag. 147. Livius lib. 10. pag. 396. Origenes lib. 3. contra Celſum. Philargyrius in 3. Georgicor. Ovid. lib. XV. Metamorph. Lactant. lib. 2. cap. 7. Pauſanias Corinthiacis pag. 60. 69. & 70. Valerius Maximus lib. 1. cap. 8.

Chaldæos Belum] Herodot. lib. 1. Arrianus de reb. Alexand. Mag. lib. 3. pag. 63. Servius in 1. Æneid. pag. 213. 219. Pauſanias Atticis pag. 15. Lactantius lib. 1. cap. 23. Iſidorus Hiſpalenſis orig. lib. 8. cap. 11.

Aſtarten Syros] Artemidorus onerocrit. cap. 19. Tertullian. Apologet. cap. 24. Auguſtin. lib. 7. quæſt. ſuper Iudic. libros cap. 16. & Petrus Faber I C. Semeſtrium lib. 3. cap. 1.

Dianam Tauricos] Hyginus fab. 120. 122. Strabo Geograph. lib. V. pag. 160. 165. Servius in lib 2. Æneid. pag. 229. Pauſanias Attic. pag. 15. & ſeq.

Gallos Mercurium] Cæſar lib. 6. de bell. Gall. pag. 106. Cicero pro Fonteio fol. 222.

Vniverſa Romanos] Tertull. de Idololat. cap. IV. *Omnia colit humanus error, præter ipſum omnium conditorem.* Arnobius lib. 6. contra gentes pag. 115. *Roma civitas maxima, numinum cunctorum cultrix.* Aldhelmus de laude Virginitatis pag 478. *Roma ſalliacis idololatriæ cultrix.* Romanorum ſententia, *Omnes Deos colendos eſſe ſapienti*; ac per hoc reſpuerunt unius veri Dei cultum, quia ſolum ſe coli volebat ſine ſocio. Verebantur enim ſi unum verum colerent, ne multos falſos offenderent: magis arbitrantes ſibi obfuturam fuiſſe multorum iracundiam, quam unius benevolentiam profuturam. Auguſtinus de conſenſu Euangeliſt. lib. 1. cap. 17.

Vltra solis vias] Virgil. Æneid. 6. fol. 447.

---- *Iacet extra sydera tellus,*

Extra anni solisq; vias.

Totiusq; orbis ambitus occupavit] Tertull. Apologet. cap. 25. *Quoniam Romani nominis propriè mentio occurrit, non omittam congressionem quam provocat illa præsumptio dicentium: Romanos pro merito religiositatis diligentissimæ in tantum sublimitatis elatos, ut orbem occuparint, & adeo Deos esse, ut præter cæteros floreant, qui illis officium præter cæteros faciant.* Dionysius Halicarnasseus lib. 2. pag. 131. Orosius lib. 6. cap. 1. Valerius Maximus lib. 1. cap. 1. Zosimus lib. 1. histor. fol. 670.

Dum aras extruunt etiam ignotis numinibus] Pausanias Atticis pag. 1. Βωμοὶ δὲ θεῶν τε ὀνομαζομένων ἀγνώστων καὶ ἡρώων. Eliacis fol. 162. ἀγνώστων θεῶν βωμός. Apud Athenienses & Burdegalenses multæ quoque aræ ignotorum Deorum. Philostratus de vita Apollonii lib. 6. cap. 2. Hieron. in Ezech. lib. 4. cap. 16. fol. 377. Et in Epist. Pauli ad Titum cap. 1. pag. 201. Martialis Episcop. Epistol. ad Burdegal. cap. 3. Tertullian. adversus Marcionem lib. 1. cap 9. *Invenio planè ignotis Deis aras prostitutas: sed Attica Idololatria est. Item incertis Deis, sed superstitio Romana est.* Inscriptio aræ ignoti Dei in actis Apostolorum cap. 18. talis fuit, ut testatur Oecumenius; Θεοῖς Ἀσίας καὶ Εὐρώπης καὶ Λυβίης, θεῷ ἀγνώστῳ καὶ ξενῷ.

Tantum sanctitatis attribuere consuevit, quantum astruxerit vetustatis] Vide Porphyr. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων lib. 1. Cicer. lib. 4. in Ver. Orat. 9. pag. 247.

Pag. 7. *Initiasse ritus omnium religionum*] Cicer. lib. 1. de natura Deorum: *Vbi initiantur gentes orarum ultimæ.*

Mater Idæa] Sup. *Diana Taurica, vel mater Idæa.* Livius lib. 36. Fol. 936, *Ædes matris Magnæ Idææ.* Cicero de Aruspicum responsis fol. 432. *atque illa Mater Idæa.* Orat. x. in Verrem; *Illa sanctissima mater Idæa.* Iulius Obsequens de prodigiis cap. 104. *Servus matris Idææ.* Virg. lib. x. Æneid. fol. 587.

Alma parens Idæa Deum.

Et lib. IX. pag. 562. *Mater Idæa.* Hieron. lib. 1. adversus Iovinianum cap. 26. *Simulachrum Matris Idææ.* Liber inscriptionum fol. xxix. inscript. 2.

MATRIS. DEUM. MAGNÆ. IDEÆ.

Probavit matronæ castitatem] Lactant. lib. 2. cap. 7. *Claudia quoque proponitur in exemplo miraculi. Nam cum ex libris Sibyllinis Idææ*

mater

mater esset accita, & in vado Tiberini fluminis navis, qua vehebatur, hæsisset: nec ulla vi commoveretur: Claudiam ferunt, quæ semper impudica esset habita ob nimios corporis cultus, Deam submissis genibus orasse, ut si se castam judicaret, suum cingulum sequeretur: ita navim, quæ ab omni juventute non valuit commoveri, ab ana muliere esse commotam. Augustin. de civitate Dei, lib.x.cap.16. Diodorus Siculus lib. 4. Livius lib. 29. Ovid. lib. 4. Fast. Silius Italicus de bell. Punic. lib. 17. pag. 308. Tertullian. Apologet. pag. 65. Herodianus Commodo fol. 478. Solinus cap. VII.

Testes equestrium fratrum] Cicero 2. de Nat. Deorum. pag. 194. Livius lib. 45. Florus lib. 1. cap. 11. Lactant. lib. 2. cap. 7. Dionysius Halicarn. lib. 6. Valer. Max. lib. 1. cap. 8. Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 9. Plutarchus Coriolano fol. 235. Paulo Æmilio fol. 268.

Testis ludorum offenso Iove] Augustin. de civitat. Dei lib. 4. cap. 26. Lactant. lib. 2. cap. 7. Livius lib. 2. pag. 71. Arnobius lib. 7. pag. 142. Valer. Maximus lib. 1. cap. 7. Dionysius Halicarn. lib. 7. pag. 472.

Deciorum devotio] Servius in x. Georg. fol. 104. *Decii duo fuerunt, quorum unus bello Italico, alter Gallico se devovêre pro republ.* Florus lib. 1. cap. 17. Cicero lib. 1. de Divinat. pag. 361. Lib. 2. de finib. fol. 61. Valer. Max. lib. 5. cap. 6. Livius lib. x. pag. 381. Lib. 8. pag. 294. Zonaras tom. 2. Annal. fol. 63. Seneca Epist. 67. Plinius Natur. Hist. lib. 22. cap. 5. Lactant. lib. 3. cap. 5.

Testis est Curtius] Orosius lib. 3. cap. 5. Zonaras tom. 2. Annal. fol. 62. Cicero lib. 2. de Divinat. Polybius lib. 1. Livius lib. 7. pag. 258. Hieronym. in Epist. Pauli ad Ephes. lib. 1. cap. 1. Iulius Obsequens de prodigiis cap. 20.

Allia nomen infaustum] Accepit à Virgilio lib. 7. Æneid. pag. 479.

Quaſq; secans infaustum interluit Allia nomen.

Et Ovid. de remed. Amoris lib. 1.

---- damnis Allia nota suis.

Lucan. lib. 2.

Et damnata diu Romanis Allia fastis.

Inde *dies Allienses* pro feralibus & nefastis. Suetonius Vitellio cap. XI. Livius lib. VI. pag. 223. *Deinde ad Alliam cum exitio urbis fœdè pugnatum; à posteriore clade diem Allienſem appellarunt, insignemq; rei nulli publicè privatimq; agendæ, fecerunt.* Plutarch. Camillo pag. 324. Servius 8. Æneid. fol. 523. 6. Æneid. fol. 444. Orosius lib. 2. cap. ultimo.

Claudii & Iunii non prælium in Pœnos, sed ferale naufragium est] Benè dixit Minutius *ferale naufragium*, nam in isto prælio xc. naves cum pugnatoribus captæ sunt, xxx. demersæ. Vide Breviatorem Eutropii lib. 2. fol. 77. Valer. Max. lib. 1. cap. 4. Cicero lib. 2. de Natur. Deor. pag. 197. & lib. 2. de Divinat. pag. 394. Polybium lib. 1.

Sprevit auguria Flaminius] Cicero lib. 2. de Nat. Deorum pag. 195. *Flaminius non paruit auspiciis, itaque periit cum exercitu.* Idem lib. 1. de Divin. pag. 367. Orosius lib. 4. cap. 15. Livius lib. xxii. pag. 440. & seq. Plutarch. Fabio. Valer. Maxim. lib. 1. cap. 6. Florus lib. 2. cap. 6.

Dirarum imprecationes Crassus meruit & irrisit] Plutarch. Crasso pag. 555. Xiphilinus in Pompejo Magno. Breviator Eutropii pag. 101. Orosius lib. 6. cap. 13. Cicero lib. 1. de Divinat. pag. 357. Valerius Maximus lib 1. cap. 6. Dio Cassius hist. Roman. lib. 39. fol. 121. Velleus Paterculus lib. 2. pag. 38.

Pleni & mixti Deo vates] id est, *Enthei.* Firmicus lib. 8. Astronom. cap. 20. *Vates faciet Entheos, qui in templis consueverint vaticinari.* Cap. xxi. *Vates faciet Entheos, qui divino quodam numine carmina concinnant.* Cap. xxvi. *Entheos sacerdotes faciet, dantes vera responsa quærentibus.* ----- *Enthei erunt, præsago divinitatis instinctu futura noscentes.* Lib. vi. cap. 3. *Entheos faciet, templorum obsequiis deputatos, qui latenti divinitatis instinctu, mutato mentis ordine & instantis religionis potestate possessi, petentibus hominibus futura prædicant.*

Per quietem Deos videmus] Porphyrius περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. lib. 2. fol. 34. Apulejus lib. xi. Metam. pag. 414. 426. 429. 443.

Pag. 8. *Quamvis incerta sit vel ratio, vel origo*] Vide Firmic. præfat. lib. 1. Astron. pag. 2. Cicer. lib. 1. de Natur. Deorum fol. 195.

Theodorus Cyrenæus] Chrysost. in Epist. Pauli 1. Corinth. cap. 1. Homil. 4. fol. 358. Theodoret. contra Græcos Orat. 6. de Natura hominis fol. 86. Orat. 3. de provident. pag. 38. orat. 2. de principio pag. 37. Epiphanius de fide Ecclesiæ Catholic. & in Ancorato. Cicero de Nat. Deor. lib. 1. pag. 195. & 294. Lactantius de ira Dei. cap. 9. in Epitome cap. 6. Hesychius Illustrius de Philosophis pag. 38.

Diagoras Melius] Athenagoras Apolog. pro Christianis pag. 7. Lactant. lib. 1. cap. 2. De ira cap. 9. Theodoret. Orat. 3. contra Græcos pag. 39. Sextus Philosophus Hypotyp. lib. 3. cap. 24. Augustin. contra literas Petiliani Donatistæ lib. 3. cap. 21. Tacianus contra Græcos pag. 287. *Huma-*

Humanitatem] *Humanitas* pro genere humano, ut infra *mortalitas* pro ipsis hominibus. Ulpianus L. vi. Digest. de Officio præsidis: *Medico imputari eventus mortalitatis non debet.* Plinius Epistola 1. lib. 2. Firmicus Astron. lib. 3. cap. 1. Eucherius Epistol. paræneticaad Valerianum cognatum pag. 50. Lactant. lib. iv. cap. 25. August. cxi. Sermon. de tempore fol. 605. Et de catechizand. rudibus cap. xiix. Observat. nostræ ad Arnobii lib. 1. fol. 6. & 7.

Abderitem Protagoram] Lactant. lib. 1. cap. 2. de Ira. cap. 9. Theophilus ad Autolycum lib. 3. pag. 267. Cicero lib. 1. de Natur. Deor. pag. 171. 177. 183. 292. Epiphanius lib. 3. contra Hæreses. Theodoret. orat. 2. contra Græcos pag. 37.

Athenienses viri] Lactant. de ira Dei cap. 9. *Primus omnium Protagoras extitit temporibus Socratis, qui sibi diceret non liquere, utrum esset aliqua divinitas, nec ne. Quæ disputatio ejus adeo impia & contra veritatem & religionem judicata est; ut & ipsum Athenienses expulerint suis finibus; & libros ejus in concione, quibus hæc continebantur, exusserint.* Libanius Sophist. Apolog. Socratis pag. 679. Diogenes Laërt. lib. 9. Clemens Alexandrin. Protreptico.

In concione ejus scripta deusserint] In observationibus Arnobianis ad lib. 3. pag. 69. notavi, moris fuisse in bene constitutis civitatibus, libros qui religionibus derogabant, igne comburere. Adde quæ hoc loco notat Dn. Wowerius, & præterea Photius Nomocanone tit. 12. cap. 3. Abdias de vit. Apost. lib. 4. Eusebius lib. 3. Demonstrat. Demonst. 8. Freculphus Chron. tom. 1. lib. 3. cap. 13. Augustin. lib. 7. de civitate Dei cap. 34. Elias Cretensis in Orat. Nazianzeni contra Iulian. fol. 318.

Illicita] Inf. *Sacraria teterrima impiæ coitionis.* Tertullianus Apolog. cap. 38. & 39. *Illicita coitio.* ---- *Illicitæ factiones.* L. xiii. Cod. Theodos. de pagan. sacrific. *cœtus illiciti.* Arnobius lib. iv. contra gentes fol. 90. *conventicula.* Anianus ex Chrysost. in Matthæum cap. 2. hom. 8. *cœtus.*

Desperatæ] Origenes lib. 7. contra Celsum. Tertullianus Apolog. cap. 50. Lactantius lib. 5. cap. 9. & Epitome cap. 1. notant *Christianos* stultos & desperatos vocari solitos, quod cum quiete vivere, & liberè sine noxa abire negato Christo poterant, torqueri & mori voluerint.

Qui de ultima fece collectis imperitioribus, & mulierib. credulis] Pagani communi ferè convitio id Christianis objiciebant. Iulianus Imperator apud Nazianzenum Orat. 2. fol. 306. & Cyrillum lib.

6. fol. 142. ridet Christianos, quod cum pueris & decrepita ætate mulierculis Ecclesias frequentarent, simulque psallerent, & crebris vigiliis, diuturnisque jejuniis sese conficerent. Celsus apud Origenem lib. 3. *Pergit Celsus, & quæ de Iesu doctrinâ dicuntur à paucis è Christianorum numero non prudentioribus, ut ipse putat, sed rudioribus, ait præcepta esse nostrorum hominum: nemo accedat eruditus, nemo sapiens, nemo prudens, arcemus enim tales, sed si quis est indoctus, insipiens, infans, fidenter veniat. Hoc pacto, inquit, satis apparet, quod solos fatuos, ignavos, stolidos, mancipia, mulierculas, pueros captent & pelliciant.*

Nocturnis congregationibus] Isidorus Hispalensis de officiis Ecclesiast. lib. 1. cap. XXII. *Antiqua est vigiliarum devotio, familiare bonum omnibus sanctis.* Christiani igitur in omnibus sanctorum monita imitati, & secuti exempla, crebras pervigilationes obibant, & sæpius noctu conveniebant ad hymnos Christo ut Deo decantandos. Tertullianus Apologet. cap. 2. Augustin. tom. X. Serm. 251. de tempore. Cyprianus de Orat. Concilium Aquigranense 1. cap. 130. Concilium Oxonienſe 2. cap. 15. Rabanus Maurus de institut. Clericorum lib. 2. cap. IX. Hieron. in Daniel. lib. 1. cap. 4. & de observat. vigiliarum tom. 9. Epist. 36. Chrysost. in act. Apost. cap. 12. Homil. 26. *Pervigilium* quoque solenne in festo Paschatis. Chrysost. in Genes. cap. 9. Homil. 30. Concilium Antisiodorense cap. 11. Nicetas in 2. Orat. Nazianzeni de Pascha. pag. 897. Clemens Constitution. Apostol. lib. 5. cap. 18. Nicephorus Callistus Ecclesiast. Hist. lib. 2. cap. 16. lib. 5. cap. 25. Aldhelmus de laude virginit. fol. 484. Alcimus Avitus de prima festi rogation. instit. pag. 337. Isidorus Orig. lib. 6. cap. 17. Rationem hujus pernoctationis reddit Hieronymus lib. 4. in Matth. cap. 25. fol. 55. *Traditio Iudæorum est, Christum media nocte venturum in similitudinem Ægyptii temporis, quando Pascha celebratum est, & exterminator venit, & Dominus super tabernacula transiit, & sanguine agni postes nostrarum frontium consecrati sunt. Vnde reor & traditionem apostolicam permansisse, ut in die vigiliarum paschæ ante noctis dimidium populos dimittere non liceat, exspectantes adventum Christi. Et postquam illud tempus transierit, securitate præsumpta, festum cunctos agere diem. Vnde & Psalmista dicebat: Media nocte surgebam, ad confitendum tibi super judicia justificationis tuæ.*

Iejuniis solennibus] Id est, *diebus quadragesimæ, & quarta & sexta septimanæ die.* Cyrillus in Levit. lib. X. fol. 731. interprete Trapezuntio: *Habemus quadragesimæ dies jejuniis consecratos: Habemus quartam*

quartam & sextam septimanæ diem, in quibus solenniter jejunamus. Philastrius de Hæresibus fol.56. *Per annum quatuor jejunia in Ecclesiis celebrantur: In Natali primum, deinde in Pascha, tertium in Epiphania; quartum, in Pentecoste.* D. Clemens Constitut. Apost. lib. v. cap. 19. Lib. VII. cap. 24. Phocius Nomocanone tit. 7. cap. 1. Clem. Alexand. lib. 7. stromat. pag. 316. Theodulphus Aurelienſis Episcopus in Epist. ad Parrochos. Synodus Turonica cap. 18. Calixtus PP. Epistol. ad Benedict. Episc. Tom. 1. concil. fol. c. Concilium Laodicense cap. 50. Concil. Matisconense 1. cap. IX. Epiphan. de fide Cath. Eccles. part. 2. tract. 4. Epist. 51. & de regulis Monach. cap. 11. Isidorus Hispalens. de offic. Eccles. lib. 1. cap. 36. & seq. Rabanus Maurus Archiepiscopus Moguntinensis de Clericorum institutione lib. 2. cap. XVII. & seq. Burchardus Vormacienſis Episcop. lib. XII. decret. cap. 1. & seq.

Inhumanis cibis, non sacro quodam, sed piaculo fœderantur] Cæcilius hic putat Christianos more ethnicorum in sacris solennibus humani corporis sanguinem lambere, & piacularibus hostiis ad silentium mutuum oppignorari. Horribile planè & sacrum sacramentum! Sed Deus voluit, ut paulo antè quam talia portenta adversarii de Christianis compingerent, extaret & ederetur hominis profani & Christianis iniquissimi testimonium, asserentis Christicolas in conventiculis suis castè sanctèque versari, & sacramento non in scelus sese obstringere, sed ne furta, adulteria, latrociniaque committerent. Franciscus Balduinus IC. in Epist. Plinii 98. ad Trajanum Imp. pag. 385. & seq. Dn. Wower. in notis pag. 131.

Latebrosa & lucifugax Natio] Christiani quoniam semoti à vulgo, virtute sua se involvebant, fragilia contemnebant, calcabant terrena, humilia despiciebant, toti dediti rebus divinis, religionique Christianæ (quam rectè Anianus cum Chrysostomo in Matth. cap. 6. Homil. 25. & 26. fol. 207. *veram & cœlestem Philosophiam* appellat) infructuosi in negociis humanis dicebantur. Vide Tertullian. Apolog. cap. 41. Athenag. Apolog pro Christianis.

In publico muta] Lactant. de divin. præmio lib. 7. cap. 26. *Sanctorum Prophetarum doctrinam Christiani sequimur. Hæc nostra sapientia? quam isti, qui vel fragilia colunt, vel inanem Philosophiam tuentur, tanquam stulticiam vanitatemq; deridebunt, quia non defendere hanc publicè, atque asserere nos solemus, Deo jubente, ut, quieti ac silentes arcanum ejus in abdito, atque intra nostram conscientiam teneamus; nec adversus istos*

verè

verè profanos, qui non discendi, sed arguendi, atque illudendi gratia inclementer Deum, ac religionem ejus impugnant, pertinaci contentione certemus. Abscondi enim, tegiq; misterium quam fidelissime oportet, maximè à nobis, qui nomen fidei gerimus. Verùm illi hanc taciturnitatem nostram, veluti malam conscientiam criminantur. Vnde etiam quasdam execrabiles opiniones de pudicis & innocentibus fingunt, & libenter his, quæ finxerunt, credunt.

Templa ut busta despiciunt] Merito Christiani templa paganorum, ut busta despiciebant; noverant enim illa nihil aliud esse, quam cineres & ossa, functorumque corporum sepulturas. Doctè Arnob. lib. 6. contra Gent. Et Clemens Alexand. in Protreptico. Theodoret. contra Græcos serm. VIII. de Martyr. fol. 115. Wower. in notis pag. 118.

Deos despuunt] Martyrologium vetus: *Contemnentes itaque & exspuentes in simulachra ad theatrum pertrahuntur. ---- Postquam ad sacrificandum ducuntur, in ipsum Idolum exspuentes, frontes cruce munierunt.* Beda in passione Satyri: *Apud Achajam Natalis Beati Satyri martyris, qui transiens ante quoddam Idolum cum exsufflasset illud, signans sibi frontem, statim corruit,* Et in Felice: *Sanctus Felix cum ad secretarium judicis esset perductus juxta templum Serapidis, dum cogeretur ad sacrificandum, exsufflavit in faciem statuæ æreæ, & statim cecidit.* Prudent. lib. 2. contra Symmachum pag. 380.

Quis Iovis infectam sanie, non despuat aram.

Sacerdotum honores & purpuras despiciunt] Purpura insigne regiæ & sacerdotalis dignitatis Lactant. Lib. 4. cap. 7. Gratianus Imp. titulum Pontificis Maximi, & stolam sacerdotalem, quam pertinaciter ei deferebant pontifices, apud Zosimum lib. 4. fol. 761. aversatur & respuit, ratus, fas non esse Christianum Imp. habitu Ethnicorum uti. Zosimi verba hæc sunt: τῶν οὖν ποντιφίκων, καὶ τὸ σύνηθες, προσαγαγόντων Γρατιανῷ τὴν στολὴν, ἀπεσείσατο τὴν αἴτησιν, ἀθέμιτον εἶναι χριστιανῷ τὸ σχῆμα νομίσας. τοῖς τε ἱερεῦσι τῆς στολῆς ἀναδοθείσης, φασὶ τὸν πρῶτον ἐν αὐτοῖς τεταγμένον εἰπεῖν, Εἰ μὴ βούλεται Ποντίφιξ ὁ βασιλεὺς ὀνομάζεσθαι, τάχιστα γενήσεται Ποντίφιξ μάξιμος. Augustin. in Psalm. 48. fol. 313. *Cùm cœperit Deo quispiam vivere, mundum contemnere, injurias suas nolle ulcisci, nolle hic divitias, non hic quærere felicitatem terrenam, contemnere omnia, Dominum solum cogitare, viam Christi non deserere, à paganis dicitur insanus.* Vide Hieronym. in Epist. ad Oceanum tom. 5. fol. 316. de ferendis opprobriis.

Pro mira stulticia, spernunt tormenta præsentia] Lactant. Epitom. cap. 2.

cap. 2. *Hominibus videtur ineptum ac stultum, torqueri & mori velle, cum liberè liceat abire sine noxa.* Prudentius in Laurent. Martyr. pag. 144.

Dicis libenter oppetam,
Votiva mors est martyri.
Est ista vobis (novimus)
Persuasionis vanitas.

Dum mori post mortem non timent, interim mori non timent] Lucian. peregrino fol. 388. πεπείκασι γὰρ αὐτοῦ οἱ κακοδαίμονες, τὸ μὲν ὅλον, ἀθάνατοι ἔσεσθαι, καὶ βιώσεσθαι τὸν ἀεὶ χρόνον. παρ' ὃ καὶ καταφρονοῦσι τοῦ θανάτου, καὶ ἑκόντες αὐτοῦ ἐπιδιδόασιν οἱ πολλοί. Quem locum etiam notavit Clariss. Wowerius. Athanas. de incarnat. verbi Dei fol. 58. ὅτι πρὶν πιστεύσουσιν οἱ ἄνθρωποι τῷ χριστῷ, φοβερὸν τὸν θάνατον ὁρῶσι καὶ δειλιῶσιν αὐτόν. ἐπεὶ δ' ἂν δὲ εἰς τὴν πίστιν καὶ διδασκαλίαν μετέλθωσι, τοσοῦτον καταφρονοῦσι τοῦ θανάτου, ὡς καὶ προθύμως ἐπ' αὐτὸν ὁρμᾷν. καὶ μάρτυρας γίνεσθαι τῆς κατὰ αὐτοῦ παρὰ τοῦ σωτῆρος γενομένης ἀναστάσεως. Hieronym. de vita Hilarionis cap. 3. *Cum essent cruenta latrociniis loca, & propinqui amiciq; ejus imminens periculum denunciarent, contempsit mortem, ut mortem evaderet.*

Per universum orbem] Tacitus lib. xv. Annal. pag. 159. Plinius Epist. 98. ad Trajan. Tertullian. Apolog. cap. 1. & 37.

Ac se promiscuè appellant fratres & sorores] Non absonè suspicatur Cæcilius, sub fratrum & sororum appellatione, velut libidinum quandam religionem misceri. Impurati enim & profani sacro hoc nomine ad tegenda furta & scelera passim utebantur. Biblis ad Caunum fratrem, cui per illecebram stuprum suadet apud Ovid. lib. 9. Metamorph. fab. 7. Pag. 9.

Conveniens Venus est annis temeraria nostris,
Quid liceat, nescimus adhuc: & cuncta licere
Credimus, & sequimur magnorum exempla Deorum.
Nec nos aut durus pater, aut reverentia famæ,
Aut timor impediet, tantum absit causa timendi.
Dulcia fraterno sub nomine furta tegemus.

Theophilus lib. 3. ad Autolycum fol. 266. φρόνιμος γὰρ ὢν ἡδέως μωρῶν ἀνέχη. ἐπείτα οὐκ ἂν ἐκινήθης ὑπὸ ἀνοήτων ἀνθρώπων κενοῖς λόγοις ἀπάγεσθαι, καὶ φήμῃ πείθεσθαι προκατεσχηκυίῃ, στομάτων ἀθέων ψευδῶς συκοφαντούντων ἡμᾶς, τοῦ θεοσεβεῖς καὶ χριστιανοὺς καλουμένους: φασκόντων ὡς κοινὰς ἁπάντων οὔσας τὰς γυναῖκας ἡμῖν, καὶ διαφόρῳ μίξει ξυνόντας, ἔτι μὴν καὶ ταῖς ἰδίαις ἀδελφαῖς συμμίγνυσθαι, καὶ τὸ ἀθεώτατον καὶ ὠμότα-

τον,

τον, πασῶν σαρκῶν ἀνθρωπίνων ἐφάπτεσθαι ἡμᾶς. Id est: *Cum sis prudens, æquo animo stultos pateris. Siquidem nequaquam moveris à stultis hominibus, qui te à vera religione vanis verbis avertere moliuntur, neq; iis obtemperare studuisti, qui falso nos, qui Christiani nominantur, calumniis onerant. Ajunt nostras uxores esse communes, & promiscuo concubitu nos uti criminantur. His accedit, quod crimini nobis vertunt, quasi nec à propriis sororibus nobis temperemus, verum & has incesta libidine temerario ausu violemus. Istud præterea & crudelissimum & immanissimum est, quod nobis intendunt crimen, dum impio ore garriunt, nos vesci humanis carnibus.* Vide Lipsium variar. lection. lib.2.cap. 1. Wowerium in notis pag.121.

Maximè nefaria, & honore præfanda] Vide observat.ad Arnob. lib.v.fol.108.

Turpissimæ pecudis caput] Appion dicit, Iudæos caput asini in templo collocasse, & divinis honoribus consecrasse. Illum secutus Damocritus apud Suidam, & Tacitus lib.v. Historiarum idem affirmarunt. Atque inde præsumptum, Christianos, ut Iudaicæ religionis propinquos, eidem simulachro initiari. Amoliuntur hanc calumniam Iosephus lib. 2. contra Appionem pag.542. Tertullianus Apolog.cap.16.

Parentis sui adorare naturam] Natum ex eo, quod in exomologesi sese prosternabant,ut notat Clarissimus Wowerius,qui etiam hunc Tertulliani locum ex lib. de Pœnit. cap.9. citat: *Exomologesis prosternendi, & humilificandi hominis disciplina est. De ipso quoque habitu atque victu mandat jejuniis preces alere, lachrymari, presbyteris advolvi, & caris Dei adgeniculari.*

Naturam] Glossæ: *Natura φύσις.* Firmic. astron. lib.XI. cap.31. *Si fœminini generis signa possideant, manibus propriis naturam suam putare coguntur.* Lib. 8. cap. 30. *à bestiis lacerati, naturam perdent.* Sueton. Tiberio cap 45. *Hircum vetulum capris naturam ligurire.* Vid. autor Epistolæ de vera circumcisione ad Therasiam apud Hieronym. tom.9. Epist.20. pag. 88.

Occultis & nocturnis sacris] Nox accommoda fraudi, rebusque turpibus. Prudentius in Hymno matutin. pag.66.

Versuta fraus & callida,
Amat tenebris obtegi,
Aptamq; noctem turpibus,
Adulter occultus fovet.

Hilarius in Psalm.CXVIII. *Quis furari sub teste non metuit? quis ad scelus*

ſcelus niſi ſecretum elegit? quis ad adulterium non aut ſolitudinem aut noctem optavit. Tertullian. Apol. cap. 1. Nicetas in Nazianzen. Orat. 40. fol. 877. Ambroſius de Cain lib. 2. cap. 8.

Hominem ſummo ſupplicio pro facinore punitum] Tacitus lib. 15. Annal. pag. 195. *Ergo abolendo rumori Nero ſubdidit reos, & quæſitiſſimis pœnis affecit, quos per flagitia inviſos, vulgus Chriſtianos appellabat. Auctor ejus nominis CHRISTVS, qui Tiberio imperitante per procuratorem Pontium Pilatum ſupplicio affectus erat.* Lucian. peregrino pag. 388. adnotata ad Arnob. 1. pag. 19.

Infans farre contectus, ut decipiat incautos, apponitur] Hoc crimen Chriſtianis objectum docent omnes ferè veteres Eccleſiæ doctores. Iuſtinus Martyr dialog. cum Tryphone Iudæo pag. 175. Apolog. 2. pro Chriſtian. pag. 39. & 54. Origenes contra Celſum lib. 6. pag. 302. Euſebius Eccleſiaſt. Hiſt. lib. 4. cap. 8. Salvianus de gubernat. Dei lib. 4. pag. 138. Athenag. Apolog. pro Chriſtian. pag. 6. Theophilus ad Autolycum lib. 3. pag. 266. Tertullian. Apolog. cap. 7. & 8. Calumniæ feneſtram aperuiſſe primus videtur Simon Magus: quem poſtmodò ſecuti Menander, Carpocrates, Nicolaitæ & Gnoſtici, hanc deteſtandam de Chriſtianis opinionem confirmarunt. Peſſimi hi mortales, feralia & flagitioſa ſua facta, & ſacra ſacrilegiis omnibus tetriora Chriſtianæ cœnæ & ſynaxeos nomine ornarunt. Et licet neque re, neque doctrina Chriſtianis ſimiles eſſent, nomen tamen Chriſtianorum ſimulatè retinebant. Inde factum, ut cœcum & imperitum vulgus, propter nominis communionem, & veros Chriſtianos, & ab iſtis flagitiis alieniſſimos, ſine diſcrimine inſimularet, quaſi monſtra colerent, infantes vorarent, convivia inceſta percelebrarent. Origenes in Epiſtolam Pauli ad Romanos cap. 2. fol. 311. Euſeb. Eccleſiaſt. Hiſt. lib. IV. cap. 7. & 8. Beda in Apocal. Iohan. cap. 5. Epiphanius tom. 1. Hær. 27. Iuſtinus Martyr. Apol. pro Chriſtian. 2. fol. 94. Irenæus de Hæreſibus lib. 1. cap. 21. Nicephorus Calliſtus lib. 2. Eccleſ. Hiſt. cap. 14. Epiphanius hæreſ. 48. Philaſtrius fol. 18. Auguſtin. de hæreſ. cap. 26. & 27. tradunt Cataphryges, Pepuzianos, & Quintillianos de infantis anniculi ſanguine, quem de toto ejus corpore minutis punctionum vulneribus extorquent, Euchariſtiam conficere, miſcentes ſanguinem farinæ, panemque inde facientes. Qui puer ſi mortuus fuerit, pro martyre habetur: ſin autem ſupervixerit pro magno ſacerdote. Carpocratianos & Florianos poſt occaſum ſolis in eccleſia convenire,

ibidemque extinctis lucernis promiscuè Venerem spargere, ex Philastrio fol 19. & Epiphanio hæres. 27. notum. Epiphanius porrò tradit hæres. 26. Gnosticos incesta convivia inire, & ubi vino incaluerint, passim cum mulierculis misceri, tenellumque fœtum in quodam mortario pistillis contundere, admixto melle & pipere, aliisque condimentis ad avertendam nauseam, & postmodo omnes contusi pueri carnes devorare. His & hujusmodi flagitiis prædicti nebulones ad detestationis horrorem imperitorum aures adversus Christianos referserunt: unde quoque horrori maximo & execrationi apud omnes homines esse cœperunt. Vid. Suffridus Petrus in Commentar. ad Athenagoræ apolog. pro Christianis pag. 106. & seq. Dn. Wowerius in notis pag. 158.

Cirthensis] *Cirtha* nobilissimum Numidiæ oppidum, Straboni Masenissæ, Livio lib. 30. pag. 747. Syphacis regia. Vide Solinum cap. 29. Ortelium thesauro Geograph. in voce *Cirtha*.

Qui candelabro nexus est] Tertull. Apolog. cap. 7. *Dicimur sceleratissimi de sacramento infanticidii, & pabulo inde; & post convivium incesto, quod eversores luminum canes, lenones scilicet, tenebrarum & libidinum impiarum inverecundiam procurent.*

Pag. 10 *Cum honesta semper publico gaudeant*] Augustin. tom. 4. de diversis quæst. quest. 114. fol. 590. *Omne enim quod honestum scitur, publicari non timetur. Illud autem quod turpe est & inhonestum, prohibente pudore non potest publicari.*

Cur nullas aras habent, templa nulla] Hoc non simpliciter intelligendum quasi templa nulla omninò habuerint Christiani. Habuerunt enim (ut rectè notat Clariss. Wowerius) basilicas & templa sua, sed non more Ethnico consecrata, nec sublimibus elata fastigiis. Non enim solliciti erant de ædificio pulchro, cum revera sciebant, universum mundum esse Dei templum, & omnem locum, in quo Deum adorare, & venerabilibus adire obsequiis possent, satis sanctum esse. Pagani igitur, qui externam speciem pluris faciebant, quam intestinum cordis secessum, crimen impietatis maximum Christianis affingebant, quod neque ædes sacras venerationis ad officia constituerent, non altaria fabricarent & aras. Profanam igitur & impiam esse sectam illam. Vid. Arnobius lib. 6. contra Gentes. Et Orig. lib. 7. & 8. contra Celsum.

Nisi illud quod colunt & interprimunt, aut puniendum est aut pudendū] Quę hic Cæcilius Christianis, eadem objicit Tertullianus Valentinianis. *Nihil magis curant quam occultare quod prædicant, si tamē prædicant*

qui

qui occultant. Custodiæ officium, conscientiæ officium est. Confusio prædicatur, dum religio adseveratur. Nam & illa Eleusinia, hæresis & ipsa Atticæ superstitionis, quod tacent pudor est. Idcirco & aditum prius cruciant: diutius initiant, quam consignant: cum & portas ante quinquennium instituunt, ut opinionem suspendio cognitionis ædificent: atque ita tantam majestatem exhibere videantur, quantam præstruxerunt cupiditatem. Sequitur jam silentii officium: attente custoditur, quod tardè invenitur. Cæterum tota in adytis divinitas; tot siparia portarum, totum signaculum linguæ, simulachrum membri virilis revelatur.

Iudæorum sola & misera gentilitas, unum & ipsi Deum templis] Dio Cassius histor. Rom. lib. 37. fol. 41. Κεχωρίδαται δ' ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων ἔς τε τὰ ἄλλα τὰ περὶ τὴν δίαιταν πάνυ, ὡς εἰπεῖν καὶ μάλιστ' ὅτι τῶν μὲν ἄλλων θεῶν οὐδένα τιμῶσιν, ἕνα δέ τινα ἰδιαζόντως σέβονται. οὐδ' ἄγαλμα οὐδὲν ἐν αὐτῇ ποτὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις ἔσχον. ἄῤῥητον δὴ καὶ ἀειδῆ αὐτὸν νομίζοντες, εἶναι προσήκοντα, ἀνθρώπων θρησκεύουσι. καὶ αὐτῷ νεών τε μέγιστον ἐπελαμπρύναντο, πλὴν καθ' ὅσον ἀφανής τε καὶ ἀνώροφός ἐστι, ἐξεποίησαν. Vertit interpres: *Diversum à reliquis hominibus obtinent, tum aliis in rebus; usuque vitæ quotidiano, tum eo præsertim, quod nullum ex cæteris diis colunt, unum autem quendam summo studio venerantur. Tunc quoque temporis nullum simulacrum Hierosolymis extabat; nimirum suum illum Deum ineffabilem, invisibilemque existimantes, religioso ejus cultu cæteros mortales superant, cui templum summæ molis, pulcherrimumq; exstruxerunt, hoc dempto quod apertum, & nullo culmine tectum fuit.* Hunc locum breviator Xiphilinus integrum exscripsit in Pompeo fol. 141.

Christiani Deum ilium suum, quem nec ostendere possunt] Augustin. tom. 9. de Symbulo ad Catechumenos cap. 3. fol. 771. *Paganus dicit, ostende mihi, quem colis Deum.* Maximus Grammat. Madaurensis in Epist. ad Augustin. apud Augustin. tom. 2. Epist. 43. fol. 99. *Sed illud quæso, vir sapientissime, uti remoto facundiæ robore atque explosa, qua cunctis clarus es, omissis etiam quibus pugnare solebas Chrysippeis argumentis, postposita paululum Dialectica, quæ nervorum suorum luctamine nihil certi cuiquam relinquere nititur, ipsa re approbes, quis sit iste Deus, quem vobis Christiani, quasi proprium vendicatis, & in locis abditis præsentem vos videre componitis. Nos etenim Deos nostros luce palam ante oculos omnium, atque aures omnium piis precibus adoramus, & per suaves hostias propitios nobis efficimus, & à cunctis hoc cerni, & probari, contendimus.* Et in Psal. 41. fol. 255. *Si Paganus mihi diceret, ubi est Deus tuus. Nonne illi & ego possum dicere, ubi est Deus tuus? Deum quippe*

ſuum digito oſtendit. Intendit enim digitum ad aliquem lapidem & dicit: Ecce ibi eſt Deus, ubi eſt Deus tuus? Invenit ille, quod oſtenderet oculis carnis, ego autem non quaſi non habeo quem oſtendam, ſed non habet ille oculos, quibus oſtendam. Potuit enim ille oculis corporis ſui oſtendere Deum ſuum ſolem, quibus ego oculis oſtendam ſolis creatorem. Video, quæ fecerit Deus meus, non autem video ipſum Deum meum qui hæc fecit.

Impudenter etiam curioſum] Tertull. de teſtimonio animæ cap. 2. *Sunt qui etſi Deum non negent, deſpectorem planè & arbitrum, & judicem non putent: in quo utique nos maxime rejiciunt, qui ad iſtam diſciplinam metu prædicti judicii tranſvolamus: ſic Deum honorantes, dum curis obſervationis, & moleſtiis animadverſionis abſolvunt.* Cicero lib. 1. de Nat. Deorum, fol. 203. *Itaque impoſuiſtis cervicibus noſtris ſempiternum Dominum, quem dies ac noctes timeremus. Quis enim non timeat omnia providentem, & cogitantem, & animadvertentem, & omnia ad ſe pertinere putantem, curioſum & plenum negocii Deum.*

Quaſi aut naturæ divinis legibus conſtitutus ordo turbetur] Vide Ariſtotel de cœlo lib. 1. cap. 10. Philargyrium in 2. Georg. Virgil. pag. 6. Stobæum Ecclog. Phyſic. cap. 24. Ambroſ. Hexæmeron. lib. 1. cap. 3. & 5.

Renaſci ſe ferunt poſt mortem] Cum Chriſtiani reſurrectionis mentionem facerent ſemper à Paganis irridebantur. Acta Apoſt. cap. 17. ἀκούσαντες δὲ ἀνάστασιν νεκρῶν, οἱ μὲν ἐχλεύαζον, οἱ δὲ εἶπον ἀκουσόμεθά σου πάλιν περὶ τούτου. Damaſcenus de duobus martyribus fol. 863. interprete Trapezuntio: *Crucifixo adhæſiſti, ſeductus inanibus verbis famulorum ipſius, qui neſcio quæ fabulosè dicunt futura ſecula, & mortuorum corporum reſurrectionem delirant: alia plurima ad ſeductionem ſtultorum introducentes.* Vide Obſervat. noſtras ad lib. 2. Arnobii pag. 42.

Pag. 11 *Corpus nec interſit utrum feræ diripiant, an maria conſumant, an humus contegat*] Videtur Minutius reſpexiſſe locum Senecæ Epiſt. 92. *Sed ut ex barba capillos detonſos negligimus: ita ille divinus animus egreſſurus hominem, quo receptaculum ſuum conferatur, ignis illud exurat, an feræ diſtrahant, an terra contegat, non magis ad ſe judicat pertinere, quam ſecundas ad editum infantem. Virum projectum aves differant, an conſumatur ---- canibus data præda marinis,*
quid ad illum? qui tunc quoq; cum inter homines eſt, nullas minas timet, ullaſne timebit poſt mortem minas eorum, quibus uſque ad mortem timeri parum eſt? Non conteret, inquit, me nec uncus, nec projecti ad contumeliam cadaveris laceratio, fœda viſuris. Neminem de ſupremo officio rogo: nulli

reliquias

reliquias meas commendo, ne quis insepultus esset, rerum natura prospexit. Quem sævitia projecerit, dies condet. Disertè Mæcenas ait:

Nec tumulum curo, sepelit natura relictos.

Alte cinctum putes dixisse. Habuit enim ingenium & grande & virile, nisi illud ipse discinxisset. Seneca lib. 8. controvers. controv. 4 *Omnibus natura sepulturam dedit; naufragos idem fluctus qui expulit, sepelit. Suffixorum corpora crucibus in sepulturam suam defluunt; eos, qui vivi uruntur, pœna funerat.* Vide Cicer. lib. 1. Tusc. quæst. fol. 132. & seq.

Beatam vitam sibi pollicentur] Vid. Theophil. lib. 2. ad Autolycum fol. 248. & seq. Tertull. de Testimonio animæ cap. IV.

Culpam tamen vel innocentiam fato tribui, sententiis plurimorum, etiam vestra consensio est] Christianos bona vel mala, quæ in rebus humanis fiunt, fato ascribere, impudens, improbumque mendacium est. Nam nihil æquè hominibus inculcant, & pressius commendant, quam ingenitum nobis à Deo libertatis decus: detestantes Ethnicorum profanorum impietatem, qui hominem ad Dei imaginem conditum, tam infeliciter fati violentia & peccandi necessitate devinctum putant, ut is etiam pecoribus invidere cogatur. Anianus in Epist. ad Horontium Episcop. Prudentius contra Symmachum lib. 2. pag. 404.

---- nec fata reatum
Imponunt homini, sed sit reus ipse suopte
Arbitrio, placitumq; nefas, & facta rependit
Impia suppliciis, meritò non sorte peremptus.

Origenes in fragm. lib. περὶ ἀρχῶν fol. 157. Et in Ieremiam cap. 16. Homil. 3. fol. 368. Concilium Bracarense 1. cap. IX. Cyrillus lib. V. in Iohan. cap. 5. Eusebius præparat. Ecclesiast. lib. VI. cap. 5. & seq. Leo Papa serm. 7. de nativit. Domini. Augustin. lib. 2. contra Faust. Manichæum cap. 5. Iustinus Martyr apolog. pro Christianis 2. fol. 62. & seq. Chrysostom. in Epist. Pauli ad Corinth. 1. cap. 1. Homil. 2. dicit, fati doctrinam plenam esse injusticia, plenam crudelitate, plenam inhumanitate. & tom. V. orat. 2. de providentia, & in Acta Apost. cap. 22. Homil. 27. diabolum fatum introduxisse, ut homines à Deo averteret & in infernum detruderet. Homil. 44. in 6. cap. Ioh. Euangelist. fatum plane tollit, in quo ipsi consentiunt Nemesius περὶ φύσεως ἀνθρώπου cap. 35. & seq. Gregorius Nazianzenus carm. 5. de Providentia. Isidorus Pelusiota lib. 3. Epist. CLIV. ad Apocram Sophist. & ad Paulum

lum epist. 191. Clemens lib. 8. recognit. Augustinus tom. 4. lib. de XXI. sentent. cap. 3. & in Iohan. Tract. VIII. fol. 54. *Non solum Christus non habuit quod appellas fatum, sed nec tu, nec ego, nec quisquam hominum.* Et Tract. 37. fol. 195. *O si cor tuum non esset fatuum, non crederes fatum.* Hæc veterum ecclesiæ doctorum de fato sententia est, ex qua liquidè liquet, Cœcilium in manifestis mendaciis apertè calumniari, dum Christianis asscribit, quod proprium fuit Ethnicorum. Ita enim Mercur. Trismegistus in Pimand. cap. 12. Sect. 5. filium suum Tat. alloquitur. Εἱμαρμένης γὰρ πάντα τὰ ἔργα, ὦ τέκνον, καὶ χωρὶς ἐκείνης οὐδέν τι τῶν σωματικῶν, ἔτε ἀγαθὸν, ἔτε κακὸν γενέσθαι συμβαίνει. Εἱμαρται δὲ καὶ τὸ κακὸν ποιήσαντα, τὸ παθεῖν. καὶ διὰ τοῦτο δρᾷ, ἵνα πάθῃ ὃ πάσχει, ὅτι ἔδρασε· Vertit Franciscus Flussas: *Fati nimirum, ô fili, cuncta sunt opera: ac præter hoc nihil corporeorum neque bonum neque malum fieri convenit. Fato autem statutum est, eum, qui malè agit, pati, ac ideò molitur, ut patiatur, quod suffert, quia patravit.* Nec hac furiosa opinione contenti, sed progressi ulterius, in tantam vesaniam proruperunt, ut etiam ipsos Deos fato alligarent, adeo infeliciter, ut non immeritò quispiam brutorum conditionem meliorem quam Deorum dixerit. Ita enim Seneca lib. de Provid. cap. V. inquit: *Quid est boni viri? præbere se fato. Grande solatium est, cum universo rapi. Quidquid est quod nos sic vivere jussit, sic mori; Eadem necessitate & Deos alligat, irrevocabilis humana pariter & divina cursus vehit. Ille ipse omnium conditor ac rector scripsit quidem fata, sed sequitur, semper paret, semel jussit.* Vetus Poëta apud Ciceron. lib. 2. de Divin. pag. 384.

Quod fore paratum est, id summum exsuperat Iovem.

Homerus ΙΛΙΑΔ. Π. Lactant. in 3. Thebaid. Statii pag. 92. Theodoret. contra Græc. Orat 6. de provid. fol. 85. Cic. lib. 2. de Nat. Deor. pag. 35. Lucian. Ζεὺς ἐλεγχόμενος pag. 256. Gregor. Nyssenus libello contra Fatum. Stobæus Eclogis Physicis cap. IX.

Sic secta vestræ non spontaneos cupere sed electos] Vid. Origen. in Epist. Pauli ad Rom. lib. 1. cap. 1. Augustin. lib. 1. de variis quæst. ad Simplicianum Episcop. Quæst. 2. Et de quæst. vet. & novi Testamenti tom. 4. quæst. 115. Et in exposit. Epist. Pauli ad Rom. cap. 6. Nemesius περὶ φύσεως ἀνθρώπου cap. XXXIII. Hieronym. part. 3. Tract. 1. Epist. 2. ad Ctesiphontem.

Quis unus ullos ab inferis] Iustin. Martyr. Apol. 2. pro Christian. pag. 51. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, διὰ τὸ μήπω ἐωρακέναι ὑμᾶς ἀναστάντα νεκρὸν, ἀπιστίαν ἔχει. Minutii verba etiam leguntur apud Lactant. lib.

VII.

VII. cap. XXII. *Nobis de resurrectione affirmantibus & docentibus, animas ad alteram vitam non oblitas sui, sed in eodem sensu, ac figura esse redituras, illud opponitur: Tot jam secula transierunt, quis unquam unus ab inferis resurrexit, ut exemplo ejus fieri posse credamus.*

Vel Protesilai sorte remeavit, horarum saltem permisso commeatu] Hyginus fab. 103. *Achivis fuit responsum, qui primus litora Trojanorum attigisset, periturum. Cum Achivi classes applicuissent, cæteris cunctantibus, Iolaus Iphicli & Diomedeæ filius primus è navi prosilivit, qui ab Hectore confestim est interfectus: quem cuncti appellarunt Protesilaum, quoniam primus ex omnibus perierat. Quod uxor Laodamia Acasti filia, cum audisset eum perisse, flens petit à Diis, ut sibi cum eo tres horas colloqui liceret; quo impetrato, à Mercurio reductus tres horas cum eo collocuta est, quod iterum cum obisset Protesilaus dolorem pati non potuit Laodamia.* Vid. Philostratus Heroicis fol. 633.

Ecce pars vestrum & major & melior, egetis, algetis, ope, re, fame laboratis] Vide adnotata ad Arnobii lib. 2. fol. 66. Pag. 13

Dissimulat, non vult aut non potest opitulari suis] Vid. Eusebius de demonstrat. Euangel. lib. x. demonst. VIII.

Cum febribus ureris] Glossæ; Febris Πυρετὸς. Prudentius in Romano Martyre pag. 222.

Non sic inusta laminis ardet cutis,
Vt febris atro felle venas exedit,
Vel summa pellis ignis obductus coquit.

Supplicia, tormenta, cruces & ignes] Vid. Wowerius in notis.

Etiam non adoranda sed subeunda cruces] Crucis cultum Christianis objicit Iulian. Imp. apud Cyrill. lib. 6. contra Iulian. fol. 136. *Crucis lignum adoratis, imagines illius in fronte & ante domus pingentes.* Aldhelmus de laude Virgin. fol. 486. tradit, Christianos sub Diocletiano & Maximiano Impp. Christicolas crucicolas appellatos. Verba ejus asscribam: *Temporibus Diocletiani & Maximiani Olympiade* LXVII. *edictis crudelibus Catholicæ fidei cultores, quos Christicolas & crucicolas nuncupabant, ad thurificandum statuis Ethnicorum cogebantur.*

Honestis voluptatibus] Codex Theodosianus L. 5. de spectacul. & L. III. de pagan. sacrificiis *Theatrorum & Circensium voluptates.* Symmach. lib. x. Epist. 19. *voluptates scenicæ.* Anianus in Chrysost. Homil. 8. cap. 8. in Matth. *Theatri voluptates.* Trebellius Pollio in Gallienis Impp. *voluptates Circensium.* Cassiodor. lib. 1. variar. Epist. 31. *spectaculorum gaudia.* Tertull. de spectaculis cap.

1. *Spectaculorum voluptates.* Athanas. homilia de Semente Tom. 1. fol 841. θεατρομανεῖς ἡδονάς.

Convivia publica absque vobis] Tertullian. Apolog. cap. 35. *Grande videlicet officium, focos & thoros in publicum educere, vicatim epulari, civitatem tabernæ halitu obolefacere, vino lutum cogere, catervatim cursitare ad injurias, ad impudentias, ad libidinis illecebras.*

Præceptos cibos, & delibatos altaribus potus abhorretis] Pagani de sacrificatis & parentatis cibis edebant. Ambros. in Epist. Pauli ad Corinth. 1. cap. 8. *De plebe aliqui adhuc cum veneratione simulachri manducabant de sacrificatis.* Apulejus lib. 9. Metamorph. *In triclinio dominus adium sacrificales epulas cum sacerdotibus cœnitabat.* Porphyrius περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων lib. 2. fol. 23. & 28. Chrysost. in 1. Epist. Pauli ad Corinth. cap. 8. Homil. 20. fol. 490. Hyginus poët. astron. pag. 202. Philo de legatione ad Cajum. Psalmus 105. Eusebius de præparat. Eccles. lib. 4. cap. 4. Hieronym. in Oseam lib. 2. cap. 8. & 9.

Non corpus odoribus honestatis] Christiani usum unguentorum, ut minimè necessarium, & ad libidines incitantem, omninò respuerunt. Doctè Clemens Alexand. lib. 2. παιδαγ. cap. 8. Chrysost. tom. 2 concion. 1. de Lazaro fol. 1112. & seq. Athanasius de Virginitate fol. 825.

Reservatis unguenta funeribus] Plinius lib. 13. cap. 1. *Unguentorum honos & ad defunctos pertinere cœpit.* Ennius:

Tarquinii corpus bona fœmina lavit & unxit.

Firmicus de errore profan. religion. pag. 73. *Unguentum reserva mortuis, reserva morituris.* Arnobius lib. v. pag. 98. *Ergone Deum mater genitalia illa defecta, cum fluoribus ipsa per se mœrens officiosa sedulitate collegit, ipsa sanctis manibus, ipsa divinis contrectavit & sustulit flagitiosi operis instrumenta fœdiq; abscondenda etiam mandavit terræ? ac ne nuda in gremio diffluerent sic soli priusquam veste velaret ac tegeret, lavit utique balsamis atque unxit.* Apul. Homer. ΙΛΙΑΔ. Π. ϒ. 680. Apollo mortui Sarpedonis corpus ambrosia ungit.

Coronas etiam sepulchris denegatis] Tibullus lib. 3. Eleg. 16.

---sertisq; sepulchrum
Ornabit.

Cicero pro Flacco pag. 518. *Catilinæ sepulchrum floribus ornatum.* Hieronym. ad Heliodorum Epist. 3. cap. 1. *Quotiescunque nitor in verba prorumpere, & super tumulum ejus flores spargere, toties lachrymis implentur oculi.* In consolat. ad Pammachium super obitu Paulinæ

uxoris,

uxoris, tom. 1. Epist. 26. cap. 2. fol. 70. *Cæteri mariti super tumulos conjugum spargunt violas, rosas, lilia, floresq; purpureos, & dolorem pectoris his officiis consolantur. Pammachius noster sanctam favillam ossaq; veneranda, eleemosynæ balsamis rigat: his pigmentis atque odoribus fovet cineres quiescentes.* Apud Xiphilinum in Domitiano fol. 330. Paridis sepulchrum floribus & frondibus ornat populus. Super Curtium quoque apud Livium lib. 7. pag. 258. certatim fruges congerunt. In Virgineæ & Scipionis funus ab Romanis flores sparsos, testantur Dionysius Halicarnass. lib. 11. Antiquit. Rom. fol. 917. Cicero lib. 2. de legib. fol 341. Plin. Natur. Hist. lib. 21. c. 3. Viden. Lactant. in 6. Statii Thebaid. pag. 206. Lucianus Charonte fol. 71. Tertul. de corona militis cap. 13. Liber inscriptionum locis plurimis.

Desinite cœli plagas] Ennius apud Cicer. lib. 2. de Divin. pag. 389.

Quod est ante pedes nemo spectat, cœli scrutantur plagas.

Apulejus de mundo pag. 101. *Animo peregrinari ausi sunt per cœli plagas.*

Maxime indoctis, impolitis, rudibus] De inscitia objecta Christianis, vide quæ observavi ad Arnob. lib. 1. pag. 15. & 33.

Quæ supra nos, nihil ad nos] Lactant. lib. 3. cap. 19. *Celebre hoc proverbium Socrates habuit: Quod supra nos, nihil ad nos.* Hieronym. in Apolog. adversus Rufinum cap. 8. *Nam ut tibi sciolus esse videaris, & apud Calpurnianos discipulos doctrinæ gloriam teneas, totam mihi Physicam opponis: ut frustra Socratis ad Ethicam transiens, dixerit: Quæ supra nos, nihil ad nos.* Vide Xenophontem lib. 1. Memorab. fol. 710. Theodoretum contra Græcos Orat. 4. de Mat. & Mundo fol. 60. Gellium lib. 14. cap. 3.

De oraculo testimonium meruit prudentiæ singularis] Valer. Maxim. lib. 3 cap. 4. *Socrates non solum hominum consensu, verum etiam Apollinis oraculo sapientissimus judicatus est.* Galenus προτρεπτικὸς λόγος πρὸς τὰς τέχνας fol. 4. Libanius Sophist. Apolog. Socratis pag. 663. Plinius lib. 7. cap. 34. Origenes lib. 7. contra Celsum. Theodoret. orat. 2. contra Græcos pag. 24. Photius Bibliotheca fol. 671. Firmic. astron. lib. 1. cap. 3. Cyrillus lib. v. contra Iulian. Imp. fol. 117. Solinus cap. 7. Augustin. de consensu Euangelist. lib. 1. cap. 7. Dio Chrysost. de exilio orat. 17. fol. 227. Pausanias Atticis fol. 20. Cicero lib. 1. Acad. quæstion. pag. 7. Iustin. Martyr in cohort. ad Græcos pag. 26. Tertullian. Apol. cap. 46.

Arcesilæ & Carneadis & Academicorum tuta dubitatio] Iohan. Sares- Pag. 13

 berien-

berienſis Policratico lib.2.cap.22. *Malo cum Academicis de ſingulis dubitare, quam perniciosa ſimulatione ſcientiæ, quod ignotum vel abſconditum eſt temere definire.* Lib.7.cap.1. *Academici vitantes præcipitium falſitatis, in eo quidem modeſtiores ſunt, quod defectum ſuum diffitentur, & in rerum ignorantia poſiti, ferè de ſingulis dubitant. Quod quidem longe tutius eſt, quam incerta temerè definire.* Cic. in Acad. & lib.3. de Oratore. & lib. 1. de Nat. Deor. & Plutarch. adverſ. Colotem fol. 1120. Arnobius lib.2. pag. 28. Iſidorus Hiſpalenſis lib. 8. Originum orig. cap.6.

Quid Simonidis Melici] Cicero lib.1. de Nat. Deor. pag. 183. *Rogeš me quid aut qualis ſit Deus? autore utar Simonide, de quo cum quæſiviſſet hoc idem tyrannus Hiero, deliberandi cauſa ſibi unum diem poſtulavit: cum idem ex eo poſtridiè quæreret, biduum petivit: cum ſæpius duplicaret numerum dierum, admiratuſq; Hiero quæreret, cur ita faceret? Quia quanto (inquit) diutius conſidero, tanto mihi videtur res obſcurior.*

Pag. 14 *Verborum veracium flumine diluamus*] Cicero lib.2. de Nat. Deor. *Neque flumine conturbor inanium verborum.* Et pag.200. *Orationis flumine reprehenſoris vitia diluuntur.* Quem locum in mente habuit Minutius.

Pag. 15 *Vt qui rectam viam neſcit, ubi, ut ſit, in plures una diffinditur*] Virgilius lib.VI. Æneid. fol.127.

---partes ubi ſe via findit in ambas.

Virgilii locum exſcripſit Lactant. lib.6. cap.3. *Dicunt humanæ vitæ curſum Y literæ eſſe ſimilem, quod unuſquiſque hominum, cum primum adoleſcentiæ limen attigerit, & in eum locum venerit, partes ubi ſe via findit in ambas, hæreat nutabundus ac neſciat in quam ſe partem potius inclinet.*

Sciat omnes homines rationis ac ſenſus capaces] Symmachus in relat. ad Imp. *Eadem ſpectamus aſtra, icommune cœlum eſt, idem nos mundus involvit, quid intereſt, qua quiſque prudentia verum inquirat.* Eugraphius in Andriam Terentii Act. 1. Scena 1. Ambroſ. lib. 1. de Offic. cap.26. Lactant.lib.2.cap.7.Lib.v.cap.15.

Sine delectu ætatis, ſexus, dignitatis] Euangelium omnes homines recipit, nobiles & ignobiles, divites & pauperes, fœminas, anus & adoleſcentulas, quando omnis apud Deum, qui ſalvari poteſt, æqualis eſt. Hieron. in Matth. lib.1. cap.11. fol.18. Euſeb. demonſtrat. lib.3. demonſt.10. Theodoretus de martyribus Orat. 8. contra Græcos. Autor Comment. in Matthæum hom. XLI. cap. 22. fol. 882. apud Chryſoſt. tom. 2. Lactant. de falſa ſapientia lib. III. cap.24. Tacianus contra Græcos fol.288.

φιλοσο-

φιλοσοφοῦσί τε οὐ μόνον οἱ πλουτοῦντες, ἀλλὰ καὶ οἱ πένητες προῖκα τῆς διδασκαλίας ἀπολαύουσι. τὰ γὰρ παρὰ θεοῦ τῆς ἐν κόσμῳ δωρεᾶς ὑπερπαίει τὴν ἀμοιβήν. τοὺς δὲ ἀκροᾶσθαι βουλομένους πάντας, οὕτως προσιέμεθα, κἂν πρεσβύτιδες ὦσι, κἂν μωράκια: πᾶσά τε ἀπαξαπλῶς ἡλικία παρ' ἡμῖν τυγχάνει τιμῆς. Id est: *Non divites solum nobiscum philosophantur, sed etiam pauperes gratis instituuntur. Major enim est doctrina de Deo, quam ut humanis muneribus compensari queat. Eodem modo quosvis audiendi cupidos admittimus, & anus, & adulescentes: omnis denique ætas simpliciter apud nos honoratur, procul à lascivia relegatur.*

Divites facultatibus suis illigatos] Hieron. in Ionam. cap. 3. fol. 141. *Difficile homines potentes, & nobiles, & divites, & multo his difficilius eloquentes credunt Deo; occæcatur enim mens eorum divitiis & opibus atque luxuria, & circumdati vitiis non possunt videre virtutes.* Lactant. de divino præmio lib. 7. cap. 1. *Eo fit, ut pauperes & humiles Deo credant facilius, quod sunt expediti, quam divites, qui sunt impedimentis plurimis implicati, imò cathenati & compediti serviunt ad nutum dominæ cupiditatis, quæ illos inextricabilibus vinculis irretivit: nec possunt in cœlum aspicere, quoniam mens eorum in terram prona humiq; defixa est.* Theodoret. orat. 6. de provid. Ambros. lib. v. in Lucam cap. 6.

Cum non disputantis autoritas, sed disputationis ipsius veritas requiratur] Hieron. lib. 3. contra Pelagianos initio: *In dogmatibus & quæstionibus disserendis non persona, sed causa quærenda est.* Arnobius lib. 1. cap. 21. *Cum de rebus agitur ab ostentatione submotis, quid dicatur spectandum est, non quali cum amœnitate dicatur.*

Atque etiam quo imperitior sermo; hoc illustrior ratio est] Ambros. in Luc. lib. 7. cap. 15. Lib. 8. cap. 17. Et in Epist. Pauli ad Corinth. 1. cap. 2. Lactant. lib. 3. cap. 1. Athenag. Apol. pro Christian. Cyprian. Epist. 2. ad Donatum.

Pompa facundiæ] Arnobius lib. 1. pag. 21. *Pompa sermonis.* Ambrosius in Luc. lib. 7. cap. 15. *Pompa facundiæ.* Et lib. VIII. *verborum infulæ.* Cassiodor. Variar. lib. XI. Epist. 1. *Romani eloquii pompa.*

Hominem nosse se & circumspicere debere] Clemens Alexandrin. παιδαγω lib. 3. cap. 1. ἦν ἄρα, ὡς ἔοικε, πάντων μέγιστον μαθημάτων, τὸ γνῶναι αὐτόν. ἑαυτὸν γάρ τις ἐὰν γνώῃ, θεὸν εἴσεται. θεὸν δὲ εἰδὼς, ἐξομοιωθήσεται θεῷ. Philostratus de vita Apollonii Tyanei lib. 7. cap. 7. Xenoph. memorabil. lib. 3. fol. 776. & 779.

Nos quibus vultus erectus, quibus suspectus in cœlum datus est] Lactant. de opificio Dei cap. 8. *Cum igitur statuisset Deus ex omnibus animali-* Pag. 16

bus solum hominem facere cœlestem, cætera universa terrena; hunc ad cœli contemplationem rigidum erexit, bipidemq; constituit, scilicet ut eadem spectaret, unde illi origo est; illa vero depressit ad terram; ut quia nulla his immortalitatis exspectatio est, toto corpore in humum projecta, ventri pabuloq; servirent. Hominis itaque solius recta ratio est & sublimis status, & vultus Deo patri communis, ac proximus, originem suam, fictoremq; testatur. Lib. 2. cap. 1. de ira cap. 7. & 14. lib. 7. cap. 5. & 9. In Epitome cap. 7. Ovid. lib. 1. Metamorph. Fab. 2.

Pronaq; cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlumq; videre
Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.

Doctè Basilius Magnus homilia εἰς τὸ προσεχε σεαυτῷ fol. 141. & in Hexæmer. homil. 1x. fol. 40. Basilius Seleuciæ Episcop. Orat. 1. in illud: *In principio creavit Deus cœlum & terram &c.* Gregorius Nyssenus lib. de hominis opificio cap. 8. Firm. lib. 8. Astron. in proœmio ad Mavortium. Theodoret. Orat. 3. de Provid. Philo; *Quod deterior potiori insidiatur.* Et *de Plantatione Noë* fol. 147. Chrysost. tom. 5. Orat. 1. de provident. Hieronym. tract. 1. part. 3. Epist. 1. Seneca de vita beata. cap. 32. Cassiodorus de anima cap. 16.

Hunc mundi totius ornatum] Nihil certe illorum, quæ sensu comprehenduntur, mundo ornatius, pulchrius & absolutius, ut Philo notat in lib. περὶ ἀφθαρσίας κόσμου pag. 644. Cicero lib. 2. de Nat. Deor. pag. 200. Lib. 3. pag. 334. Lactant. lib. de ira cap. 10.

Quid potest esse tam apertum, cum oculos in cœlum sustuleris] Cicero de Aruspic. resp. fol. 431. *Etenim quis est tam vecors, qui cum cœlum suspexerit, deos esse non sentiat, & ea, quæ tanta mente fiunt, ut vix quisquam arte ulla ordinem rerum ac vicissitudinem persequi possit, casu fieri putet? aut cum Deos esse intellexerit, non intelligat, eorum numine hoc tantum imperium natum, & auctum & retentum.* Lactant. lib. 1. cap. 2. *Nemo est tam rudis, tam feris moribus; quin oculos suos in cœlum tollens, tametsi nesciat cujus Dei providentia regatur hoc omne, quod cernitur; non aliquam tamen esse intelligat ex ipsa rerum magnitudine, motu, dispositione, constantia, utilitate, pulchritudine, temperatione: nec posse fieri quin id, quod mirabili ratione constat, consilio majori aliquo sit instructum.*

Et quæ sunt supra circaq;] Pacuvius apud Varron. lib. 4. de L L.

Hoc vide circum supraq;, quod complexu continet terram.

Cœlum ipsum vide] Athenagoras Apolog. pro Christian. pag. 17. Oecumenius in Epist. Pauli ad Rom. cap. 1. Theodoret. Orat. 1. de provident. D. Clemens Recognit. lib. 8. pag. 123. Athanas.

contra

contra Gentes. Cicero lib. 2. de Nat. Deor. pag. 196. lib. 3. pag. 332. Nazianzenus Orat. 2. de Theologia.

Vide ut annum solis ambitus faciat] Theodoret. Orat. de provid. Cyprian. de spect. fol. 377. Lactant. de ira cap. 13. Cæsarius Dialog. 3. Chrysost. in Psalm. 144.

Luna ut actu, senio, labore] Id est, *defectu*, qui contingunt Lunæ, quotiens terræ altitudo interveniens radiis solis, eam illuminari non patitur, à quibus lumen dicitur accipere. Cleomedes circul. inspect. Meteor. lib. 2. pag. 45. & seq. Servius in 2. Æneid. fol. 177. Macrobius lib. 1. in somn. Scipionis cap. xv. Laërtius lib. 7. in Zenone. Isidor. Hispalensis de nat. rer. cap. 2. Damascenus de fide Orthodoxa. lib. 2. cap. 7. Cicero de Divin. lib. 2. pag. 383. Beda de Elementis Philosophiæ lib. 2. fol. 329. Xiphilinus Claudio fol. 261. Hieronym. adverss. Pelag. lib. 1. cap. VII. *Luna super suis defectibus & labore causetur.* Varro apud Iunium Philargyrium in 2. Georg. *Eclipsis quando fit, cur Luna laboret.* Quoties luna ex ordinario deliquio deficiebat, insensati pagani ridiculè credebant lunam laborare, ideoque ne pateretur, dissono æris crepitu, & immanibus vociferationibus ei subveniebant, & defectum suis clamoribus adjuvabant. Autor de rectitudine catholicæ conversationis apud Augustin. tom. 9. fol. 789. *Nullus quando luna obscuratur, vociferare præsumat, quia certis temporibus Deo jubente, obscuratur.* Maximus Taurinensis Episcop. homil. de defectu lunæ pag. 293. *Quis non molestè ferat, sic vos esse vestræ salutis immemores, ut etiam cælo teste peccetis. Nam cum ante dies plerosque de vestræ avaritiæ cupiditate pulsaverim, ipsa die circa vesperum tanta vociferatio populi extitit, ut irreligiositas ejus penetraret ad cælum. Quod cum requirerem quid sibi hic clamor velit: dixerunt mihi, quod laboranti lunæ vestra vociferatio subveniret: & defectum ejus suis clamoribus adjuvaret.* Ita Maximus in prædicta homilia, quæ falsò Ambrosio operum parte 3. sermone LXXXIII. pag. 288. adscribitur. Non enim esse Ambrosii, sed hujus Maximi, testatur Gennadius in catalogo illust. virorum pag. 212. apud Hieronym. tom. IX. his verbis: *Maximus Taurinensis Ecclesiæ Episcopus, scripsit de avaritia, de hospitalitate, de defectu Lunæ* &c. Statius lib. VI. Thebaid. pag. 125.

--- attonitis quotiens avellitur astris
Solis opaca soror, procul auxiliantia gentes
Æra crepant frustraq; timent.

Vid. Plutarch. Æmilio fol. 264. Plinius lib. 1. fol. cap. 12. Livius lib. 26. pag.

26. pag. 596. lib. 44. pag. 1193. Lactantius in Statii Thebaid. pag 120. Burchardus Wormaciensis Episcop. lib. x. decret. cap. 33. & lib. XIX. de pœnitentia pag. 269. illis qui has furiosas exclamationes exercuerint, duorum annorum pœnitentiam imponit. Verba illius addam: *Si observasti traditiones paganorum, quas quasi hæreditario jure diabolo subministrante, usq; in hos dies semper patres filiis reliquerunt, id est, ut elementa coleres; lunam, aut solem, aut stellarum cursum: novam lunam, aut defectum lunæ, ut tuis clamoribus aut auxilio splendorem ejus restaurare valeres, aut illa elementa tibi succurrere, aut tu illis posses, aut novam lunam observasti, pro domo facienda, aut conjugiis sociandis? Si fecisti, duos annos per legitimas ferias pœniteas.*

Pag. 17 *Mari intende, lege littoris stringitur*] Tacitus lib. 1. Annal. *Optime rebus mortalium consuluisse naturam, quæ sua ora fluminibus, suos rursus utque originem, ita fines dedisset.* Doctè Theodoretus orat. IV. contra Græcos de materia & mundo fol. 66. & orat. II. de Provident. Chrysostom. in Psalmum CXLIIX. Theophilus ad Autolycum lib. 1. fol. 246. Ambrosius hexæmer. lib. 3. cap. 2. Clemens lib. VIII. recognit.

Aspice Oceanum, refluit reciprocis æstibus] Philostrat. de vita Apollonii Tyanei lib. V. cap. 1. fol. 210. Τὰς δὲ τοῦ Ὠκεανοῦ τροπὰς, καὶ αὐτὸς μὲν περὶ Κελτοὺς εἶδον, ὁποῖαι λέγονται. τὴν δὲ αἰτίαν ἐπὶ πολλὰ εἰκάζων, δι' ἣν ἄπειρον οὕτω πέλαγος ἐπιχωρεῖ τε, καὶ ἀνασπᾶται, δοκῶ μοι τὸν Ἀπολλώνιον ἐπεσκέφθαι τὸ ὄν. ἐν μιᾷ γὰρ τῶν πρὸς Ἰνδοὺς ἐπιστολῶν, τὸν Ὠκεανόν φησιν ἐφύδροις ἐλαυνόμενον πνεύμασιν ἐκ πολλῶν χασμάτων, ἃ ὑπ' αὐτῷ τε καὶ περὶ αὐτὸν ἡ γῆ παρέχεται, χωρεῖν ἐς τὸ ἔξω, καὶ ἀναχωρεῖν πάλιν, ἐπειδὴ ὥσπερ ἄσθμα ὑπονοστήσῃ τὸ πνεῦμα. πιστοῦται δὲ αὐτὸ κἀκ τῶν νοσούντων περὶ Γάδειρα. τὸν γὰρ χρόνον, ὃν πλημμυρεῖ τὸ ὕδωρ, οὐκ ἀπολείπουσιν αἱ ψυχαὶ τοὺς ἀποθνήσκοντας. ὥσπερ οὐκ ἂν ξυμβαίνειν, εἰ μὴ καὶ πνεῦμα τῇ γῇ ἐπεχώρει. ἃ δὲ περὶ τὴν σελήνην φασὶ φαίνεσθαι, τικτομένην τε, καὶ πληρουμένην, καὶ φθίνουσαν, ταῦτα περὶ τὸν Ὠκεανὸν οἶδα. τὰ γὰρ ἐκείνης ἄνεισι μέτρα, ξυμμινύθων αὐτῇ, καὶ ξυμπληρούμενος. ἡμέρα δὲ ἐκδέχεται νύκτα, καὶ νὺξ τὴν ἡμέραν. Id est: *Oceani vero conversiones ipse quoque apud Celtas tales aspexi, quales etiam fama feruntur. Caussam vero sæpenumero contemplatus, ob quam tam vastum pelagus accedat, recedatq́, adinvenisse Apollonium censeo, qui in earum una quas ad Indos scripsit epistola, sic ait: Oceanus à spiritibus sub aqua existentibus impulsus ex multis hiatibus, qui partim sub ipso, partim in terra circa ipsum sunt ad exteriora diffunditur, ac rursus retrocedit: postquam velut anhelans, quem diximus spiritus recedit. Huic opinioni fidem facit id, quod apud Gades ægrotan-*

grotantibus contingit. Nam quo tempore excrescens aqua regionem inundat, animæ morientes non deserunt, quod profecto non eveniret, nisi spiritus ipse in terram secederet. Quæ autem circa lunam apparere dicunt nascentem, plenam & decrescentem, eadem omnia circa Oceanum fieri animadverti. Ejus enim mensuras sequitur, simul cum ipsa decrescens, augescensq́, & nox diem, rursusq́ dies noctem excipit. Quem locum Photius in bibliothecam suam pag. 535. transtulit. Vide Isidorum Hispalens. de nat. rerum cap. 4. Melam lib. 1. cap. 2. Solin. cap. 26. Strabonem Geograph. lib. 3. fol. 119. & seq. Stobæum in Eclog. Phys. cap 33. Basil. Magnum homil. 6. in Hexæmeron. Ciceronem de divinat. lib. 2. fol. 283.

Armatas cornibus] Apulejus lib. VIII. Metamorph. pag. 313. *Bestiæ armatæ dente vel cornu.* Lactant. de opific. Dei cap. 1. *Animalia alia vel plumis levibus in sublime suspensa sunt, vel suffulta ungulis, vel instructa cornibus, quibusdam in ore arma sunt dentes, aut in pedibus adunci ungues.*

Spicatas aculeis] Vid. Servius in 1. lib. Georg. Virgil. fol. 84.

Ipsa præcipuè formæ nostræ pulcritudo Deum fatetur artificem] Basilius Homil. IX. in hexæm. fol. 24. καὶ τοὶ οὐ μᾶλλον ἐξ οὐρανοῦ ἢ γῆς τὸν Θεόν ἐστιν ἐπιγνῶναι, ἢ ἐκ τῆς οἰκείας ἡμῶν κατασκευῆς. Isidorus sententiar. lib. 1. cap. 11. Lactant. de ira cap. 7. Theodoret. serm. 3. de provid. Cæsarius Dialog. 3. Procopius Sophist. in Esaiam cap. 20. fol. 50. Origenes in Genes. cap. 1. Homil. 1. Tacianus contra Græcos fol. 282.

Oculi in summo velut in specula constituti] Docte Philo de specialibus legibus fol. 552. Cicero de natur. Deor. lib. 2. pag. 326. & seq.

Omnes cæteri sensus velut in arce compositi] Lactant. de opific. Dei cap. 8. *Hominis propè divina mens, quia non tantum animantum, quæ sunt in terra, sed etiam sui corporis est sortita dominatum: in summo capite collocata, tanquam in arce sublimis speculatur omnia & contuetur.*

Eadem figura omnibus, sed quædam unicuiq́ lineamenta deflexa] Vide Firmicum lib. 1. Astronom. cap. 3. & 4.

Nec universitati, sed & partibus consulit] Cicero de divin. lib. 1. pag. 375. *Stabit illud quidem, de quo agimus esse Deos, & eorum providentia mundum administrari, eosdemq́ consulere rebus humanis, nec solum universis, verum etiam singulis.*

Britānia sole deficitur] Herodianus Severo pag. 137 & Strabo lib. 4. Geograph. pag. 138. narrant, in Britannia sudo etiā cœlo aërē adeò caliginosum, ut toto die non ultra tres aut quatuor, quæ sunt circa

meridiem horas, inibi sol possit conspici. Cæsar de bell. Gallic. lib. 5. pag. 78. ait, in insula Britanniæ Mona dies continuos XXX. sub bruma esse noctem. Vid. Servius in 1. Georg. pag. 81. Iornandes de rebus Geticis pag. 81.

Circumfluentis maris tepore recreatur] Isidorus Orig. lib. 14. cap. 6.

Ægypti siccitatē temperat Nilus] Remigius Altisiodorensis Episcopus in Amos propher. cap. 8. fol. 277. *Nilus fluvius semel in anno Domino disponente, totam irrigat terram Ægypti.* Arrianus de rebus Indicis fol. 173. Diodorus Siculus lib. 1. Biblioth. Strabo lib. 12. Geograph. fol. 541. & seq. Plinius in Panegyr. Mela lib. 1. cap. 9. Iulian. Imp. in Epist. pag. 174. Xiphilinus in Severo pag. 422. Theophylactus Simmocatta lib. 7. cap. 17. Theodoret. de mater. & mundo orat. 4. fol. 66. Eusebius præparat. Eccleslast. lib. 2. cap. 1. Philo de vita Moysis. Eustathius in Dionysium pag. 125.

Colit Euphrates Mesopotamiam] Id est, ut Solinus ait cap. 40. *annuæ inundationis excessibus opimat.* Cicero lib. 3. de Nat. Deor. pag. 320. Isidorus orig lib. 13. cap. 21. Dionysius de urbibus pag. 125. Strabo Geograph lib. 2. pag. 55. lib XI. pag. 359. Cæsarius Dialog. 3. Philargyr. in 4. Georg. Virg. Philostratus de vita Apollonii lib. 1. cap. XIV. Mela lib. 3. cap. VIII.

Indus] Solinus cap. 55. Mela lib. 3. cap. 7. Strabo lib. 13. fol. 474. Isidorus lib. 13. orig. cap. 21. Arrianus de rebus Indicis fol. 103.

Quod si ingressus aliquam domum] Clemens recog. lib. 8. fol. 123. Rufino interprete. *Quis enim est exigui saltem sensus homo, qui cum cernat domum, omnia quæ ad usus necessaria sunt habentem, cujus cameram in sphæræ gyrum videat collectam, eamq; vario splendore, & diversis imaginibus depictam, luminaribus præcipuis & maximis adornatam: quis, inquam, est, qui hujusmodi fabricam videns, non statim pronunciet, à prudentissimo & sapientissimo artifice esse constructam.* Philo de monarchia Dei. Theodoret. orat. 4. de provident. Cicero de Nat. Deor. lib. 2. pag. 199. Lactant. lib. 2. cap. 8.

Pag. 18 *Quibus exempla utique de cœlo*] Cyprianus de Idolis: *Ad divinum imperium etiam de terris mutuemur exemplum.*

Omitto Persas de equorum hinnitu augurantes] Herodotus Thalia fol. 223. Iustin. Histor. lib. 1. pag. 13. Valer. Maximus lib. 7. cap. 3. Constant. Manasses in Annal. pag. 24.

Generi & soceri] Cyprian. de Idolis: *Pompejus & Cæsar affines fuerunt, nec tamen necessitudinis fœdus in æmula potestate tenuerunt.*

Ob

Ob pastorum & casæ regnum de geminis historia notissima est] Hieron. tract. 9. part. 3. Epist. 39. ad Rusticum Monachum de contemptu seculi: *Roma ut condita est, duos fratres simul reges habere non potuit.*

Rex unus est apibus] Hieron. prædicto loco: *Ferarum greges ductores sequuntur suos. In apibus principes sunt. Grues unam sequuntur ordine litterato. Imperator unus est.* Ælianus de animal. lib. 1. cap. 10. Aristot. in Histor. animal. lib. 9. cap. 20. Origen. lib. 4. contra Celsum. Theodoretus orat. 5. de provident. Isidorus Pelusiota lib. 2. Epist. 16. Elias Cretensis in 3. Orat. Nazianzeni pag. 38. Cato de re rustica & Virgil. in Georg. lib. IV.

Parentem omnium Deum, nec principium, nec terminum habere] Procop. Sophista in Esajam cap. 44. fol. 501. Damascenus de fide orthodoxa lib. 1. cap. 2. & 8. Lib. 2. cap. 1. Theodoret. orat. 1. contra Græcos de fide. Theophilus lib. 1. ad Autolyc. fol. 246. Nicephorus Callistus hist. Ecclesiast. lib. 1. cap. 2. Beticus de fide fol. 748.

Qui universa quæcunque sunt, verbo jubet, ratione dispensat, virtute consummat] Tertullianus Apolog. cap. 17. *Quod colimus nos, Deus unus est, qui totam molem istam cum omni instrumento elementorum, corporum, spirituum: verbo, quo jussit, ratione, qua disposuit, virtute, qua potuit, de nihilo expressit, in ornamentum majestatis suæ.*

Hic nec videri potest, visu clarior est] Tertullian. Apolog. cap. 17. *Invisibilis est, etsi videatur: incomprehensibilis, etsi per gratiam representetur: inæstimabilis, etsi sensibus humanis æstimetur, adeo verus & tantus est.* Iustinus Martyr de Monarchia Dei fol. 81. & seq. Theodoret. contra Græcos orat. 2. de principiis fol. 35. Theophilus lib. 1. ad Autolic. fol. 245. Isidorus origin. lib. 8. cap. 1. Timon Locrus apud Platonem tom. 3. fol. 96. Autor de essentiâ divinitatis apud Augustin. tom. 4. fol. 688 Arnobius adversus Gent. lib. 1. Nazianzenus Orat. 2. in Pascha. Tacianus contra Græc. fol. 278.

Infinitus, immensus] Autor de essentia divinitatis pag. 589. Theodoret. orat. 2. de principiis. Isidorus orig. lib. 8. cap. 1. Tertull. Apolog. cap. 17.

Solus sibi tantus, quantus est, notus] Videndus Philo Iudæus lib. 2. legis allegoriar. fol. 67.

Dum inæstimabilem ducimus] Lactant. lib. 1. cap. 6. Origenes de principiis lib. 1. cap. 1. Isidorus Origin. lib. 8. cap. 1.

Nec nomen Dei quæras] Basilius in Psalm. CXV. fol. 127. Πιστεύσαι γὰρ δεῖ φησιν ὅτι ἔστι θεὸς, οὐχὶ ζητῆσαι, οὐδὲ ζυγομαχῆσαι τὸ τί ἐστι.

Xistus in sententiis: *Nomen Dei non quæras, quia nec invenies. Quia omne quod nomine appellatur, à meliore nomen accipit, ut alius quidem vocet, alius audiat. Quis ergo est, qui nomen imposuit Deo? Deus autem non nomen est Deo, sed judicium quod sentimus de Deo. Nihil ergo de Deo quod non licet quæras.* Isidorus Pelusiota lib. 2. Epist. 299. ad Theodos. Scholastic. εἰδέναι γὰρ χρὴ καὶ πιστεύειν, ὅτι ἐστὶ θεὸς, καὶ τὸ μὲ ἐστι πολυπραγμονεῖν. *Sciendum ac credendum est, Deum esse, non autem quid sit curiosè investigandum.* Doctè Augustin. tom. 8. in Psalm. 85. fol. 650. Et de doctrinâ Christiana lib. 1. cap. 6. Iustin Martyr cohort. ad Græc. pag. 14. & 29. Philo in legat. ad Cajum. fol. 682. De vita Moysis lib. 1. fol. 418. Damascenus de fide orthodoxa lib. 1. cap. 13. Stobœus serm. 78. de Diis. Iulian. Cæsar pag. 19. Lactant. de ira cap. 11. Nazianz. de fide orat. 49. & de Theolog. orat. 2. fol. 746. Ioseph. contra Appion. pag. 558. Autor de cognitione veræ vitæ cap. 3. Ambros. in epist. Pauli ad Hebr. cap. 1. Gregor. Nyssenus in Ecclesiast. homil. 7.

Deus nomen est] Lactantius lib. 1. cap. 6. *Mercurius Trismegistus scripsit libros & quidem multos, ad cognitionem divinarum rerum pertinentes, in quibus majestatem, summi ac singularis Dei asserit; iisdemq; nominibus appellat, quibus nos Deum, & patrem: ac ne quis nomen ejus requireret, ἀνώνυμον esse dixit: eo quod nominis proprietate non egeat, ob ipsam scilicet unitatem. Ipsius hæc verba sunt:* ὁ δὲ Θεὸς, εἷς, ἀνόμαλος καὶ πρωτόγονος. ἔστι γὰρ ὁ ὢν ἀνώνυμος. *Deo igitur nomen non est; quia solus est: nec opus est proprio vocabulo; nisi cum discrimen exigit multitudo; ut unamquamque personam sua nota, & appellatione designes. Deo autem, quia semper unus est, proprium nomen est Deus.* Vid. Stobœus serm. LXXVII. fol. 466. & seq.

Pag. 19 *Audio vulgus cum ad cœlum manus tendunt, nihil aliud quam Deum dicunt*] Has vulgi Ethnici exclamationes habes apud Tertullian. Apolog. cap. 17. de testimon. animæ cap. 2. de resurrect. carnis. cap. 3. de Corona militis cap. 6. Arnobium lib. 2. pag. 26. Cyrillum lib. 2. contra Iulian. fol. 36. Hieronymum in Malach. cap. 2. & in Psalmum 95. fol. 122.

Et qui Iovem principem volunt] Augustin. de consensu Euangelist. lib. 1. cap. 22. *Varro Deum Iudæorum Iovem putavit, nihil interesse censens, quo nomine nuncupetur, dum eadem res intelligatur.*

Falluntur in nomine, sed de una potestate consentiunt] Augustin. contra Cresconium Grammaticum tom. VII. lib. 1. cap. 29. Tertullian. ad Scapulã cap. 4 Lactant. l. 4. cap. 9. dicunt, paganos ignoranter Iovem pro Deo vero accipere. Apud Tacit. lib. 15. Annal. prudentiores

riores in vicinia mortis constituti, Iovem Liberatorem invocant, ipsique sanguinem suum libant.

Audio Poëtas, unum patrem Deum] Athenag. Apolog. pro Christian. pag. 8. & 10. Sophocles apud Theodoret. contra Græcos orat. 11. de sacrificiis fol. 109. Philolaus apud Philonem de mundi opificio fol. 15. Iustin. Martyr, cohortat. ad Græc. fol. 12. & seq. Tertull. ad Scapulam cap. 2.

Talem esse mortalium mentem, qualem parens omnium Deus induxerit] Sumptum ex Homeri Odyss. Σ. v. 135. ut etiam notat Fulvius Vrsinus, & Wowerius.

Τοῖσιν γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγησι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Hos versus apud August. de civit. Dei lib. 5. cap. 8. Cicero ita vertit:

Tales sunt hominum mentes, qualis pater ipse
Iuppiter auctiferas lustravit lumine terras.

Principio cœlum & terras] Virgil. lib. 6. Æneid. fol. 152.

Principio cœlum ac terras, camposq; liquentes,
Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; astra.
Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Inde hominum pecudumq; genus, vitæq; volantum.

Vide inibi Servium. Virgilii locum citat quoque Hieronym. lib. 16. in Esaiam cap. 57. fol. 188. Lactant. de ira cap. 11.

Deum namque ire] Virgil. lib. 4. Georg. fol. 151. lib. 6. Æneid. fol. 437. Apulejus de mundo. Hieron. in Epist. Pauli ad Ephes. cap. 4. fol. 177. Lactant. lib. 1. cap. 5. Augustin. de civitate Dei lib. 4. cap. 11. Salvianus de Gubernat. Dei lib. 1. pag 5.

Quid aliud à nobis Deus quam mens, & ratio, & spiritus prædicatur] Seneca lib. 1. Natural. quæst. fol. 831. *Quid est Deus? Mens universi.* Tertullian apol. cap. 21. & 23. Nazianzen. orat. 37. & Iambico 18. Trismegist. Pimand. cap. v. Iustinus Martyr cohortat. ad Græc. August. tom. 3. de Spiritu & anima cap. 54. Lactant. lib. 4. cap. 8. & 9. Lib. 7. cap. 3. Stobœus Eclogis physicis fol. 4.

Thales Milesius rerum initium aquam dixit] Lactantius lib. 1. cap. 5. *Thales Milesius, qui unus è septem sapientum numero fuit; quiq; primus omnium quæsisse de causis naturalibus traditur: aquam esse dixit, à qua nata sunt omnia. Deum autem esse mentem, qui ex aqua cuncta formaverit.* Nemesius περὶ φύσεως ἀνθρώπου cap. v. Cicero de nat. Deor. lib. 1. fol. 199 & lib. 4. Acad. quæst. Arist. lib. 1. Metaphys. cap. 3. Theo-

doret. contra Græcos orat. IV. fol. 57. Euſebius præparat. Eccleſ. lib. 1. cap. v. lib. 14. cap. 5. & 6. Stobœus Eclog. phyſicis cap. 1. Cyrill. lib. 1. in Iulian. fol. 15. Iuſtin. cohort. ad Gentes pag. 2. Obſervat. noſtræ ad Arnob. lib. 2. pag. 40.

Anaximines] Lactant. lib. 1. cap. 5. *Anaximines æthera dicit eſſe ſummum Deum.* Stobœus Eclog. phyſ. cap. 2. Auguſtin. lib. 10. Confeſſ. cap. 6. Et in Epiſt. 61. ad Dioſcorum fol. 107. Et de curioſis quæſt. epiſt. 56. Epiphan. de fide Eccleſ. Cathol. Cicero de Nat. Deor. lib. 1. fol. 199. lib. 4. Acad. quæſt. pag. 47. Nemeſius περὶ φύσεως ἀνθρώπου cap. 5.

Apolloniates Diogenes] Cicero lib. 1. de Nat. Deor. fol. 200. *Quid aër, quo Diogenes Apolloniates utitur Deo.* Diogenes Laërt. lib. 9. pag. 666. Theodoretus contra Græcos oration. IV.

Anaxagoræ deſcriptio & modus infinitæ mentis Deus dicitur] Lactant. lib. 1. cap. 5. *Anaxagoras Deum eſſe dixit infinitã mentem, quæ per ſeipſum movetur.* Iamblichus de vita Pythag. cap. 18. fol. 53. Cicero de Nat. Deor. lib. 1. fol. 199 lib. 4. Acad. quæſt. pag. 47. Plutarchus de placitis Philoſoph. fol. 876. Diogenes Laërt. lib. 2. pag. 91.

Pag. 20 *Pythagoræ Deus eſt animus*] Salvian. de gubernat. Dei lib. 1. pag. 4. *Pythagoras philoſophus, quem quaſi magiſtrum ſuum Philoſophia ipſa ſuſcepit, de naturæ & beneficiis Dei differens ſic locutus eſt: animus per omnes mundi partes commeans atque diffuſus, ex quo omnia naſcuntur, animaliæ vitam capiunt.* Lactant. lib. 1. cap. v. Et de ira cap. 11. Cicero de Nat. Deor. lib. 1. fol. 199.

Xenophanem] Cicero lib. 1. de Nat. Deor. fol. 199. *Xenophanes mente adjunctæ, omne præterea quod eſſet infinitum, Deum voluit eſſe.* Epiphanius de fide Eccleſ. Cathol. Ariſtotel. lib. 1. Metaphyſ. cap. 5.

Antiſthenem] Cicero lib. 1. de Nat. Deor. fol. 200. *Antiſthenes in eo libro, qui Phyſicus inſcribitur, populares Deos multos, naturalem unum eſſe dicit.* Lactant. lib. 1. cap. 5. Diogen. Laërt. lib. 6. in Antiſthene.

Speuſippus] Cicero lib. 1. de Nat. Deor. fol. 200. *Speuſippus Platonem avunculum ſubſequens, & vim quandam naturalem Deum dicens, quâ omnia regantur.* Stobœus Eclogis phyſicis cap. 1.

Democritus] Cicero lib. 1. de Nat. Deor. fol. 200. *Democritus imagines, earumq; circuitus in Deorum numerum refert, tum illam naturam, quæ imagines fundat ac mittat: tum ſcientiam intelligentiamq; noſtram.* Theodoret. de Mater. & Mundo orat. 4. fol. 57. Diogen. Laërt. lib. 9.

Straton quoque] Cicero lib. 1. de Nat. Deor. fol. 200. *Strato is, qui*

Phyſi-

Physicus appellatur, omnem vim divinam in natura sitam esse censet, quæ causas gignendi, augendi, minuendive habeat.

Epicurus qui Deos ociosos fingit, aut nullos] Cicer. lib. 2. de Divinat. pag. 401. *Epicurus negat quidquam Deos nec alieni curare, nec sui.* Ennius:

Ego Deum genus esse semper dixi, & dicam cœlitum,
Sed eos non curare opinor, quid agat humanum genus.

Et de Nat. Deor. lib. 1. pag. 202. Servius in 2. Æneid. fol. 255. Theodoret. orat. contra Græcos pag. 57. Plutarch. de placitis Philosoph. fol. 877.

Aristoteles variat] Lactant. lib. 1. cap. 5. *Aristoteles quamvis secum ipse dissideat, ac repugnantia sibi & dicat & sentiat: in summum tamen unam mentem mundo præesse testatur.* Vide Aristot. lib. 1. Metaphys. cap. 3. & 4. Cicer. lib. 1. de Nat. Deor. pag. 200.

Heraclides Ponticus] Cicer. lib. 1. de Nat. Deor. fol. 200. *Heraclides Ponticus modo mundum, tum mentem divinam esse putat: errantibus etiam stellis divinitatem tribuit.*

Theophrastus] Cicero lib. 1. de Natura Deor. fol. 200. *Theophrastus modo menti divinum tribuit principatum, modo cœlo: tum autem signis, sideribusq; cœlestibus.*

Cleanthes] Cicero lib. 1. de Natur. Deor. fol. 201. *Cleanthes ipsum mundum Deum dicit esse, tum totius naturæ menti atque animo, hoc nomen tribuit: tum ultimum & altissimum atque undique circumfusum, & extremum omnia cingentem, atque complexum ardorem, qui æther nominetur certissimum Deum judicat.* Lactant. lib. 1. cap. 5.

Zenon] Cicero lib. 1. de Natura Deor. fol. 200. *Zeno naturalem legem divinam esse censet: eamq; vim obtinere recta imperantem, prohibentemq; contraria. Atque alio loco æthera Deum esse dicit.*

Chrysippus] Cicero lib. 1. de Nat. Deor. pag. 201. *Chrysippus ait vim divinam in ratione esse positam, & universæ naturæ animo atque mente: ipsumq; mundum Deum esse, & ejus animi fusionem universam: tum fatalem umbram & necessitatem rerum futurarum. Deinde vult Orphei, Musæi, Hesiodi, Homeriq; fabellas accommodare ad ea, quæ ipse in lib. de Diis immortalibus dixerit.* Vide Aristotelem tom. 2. fol. 943. Stobœum in Eclog. Phys. cap. 2. Lactant. lib. 1. cap. 5. Diogenem Laërt. lib. 7.

Babylonio Diogeni] Cicero lib. 1. de Nat. Deor. pag. 201. *Diogenes Babylonius in eo libro, qui inscribitur de Minerva, partum Iovis, ortumq; virginis ad Physiologiam traducens, disjungit à fabula.*

Socraticus Xenophon] Cicer. lib. 1. de Nat. Deor. pag. 20. *Xenophon in iis, quæ à Socrate dicta retulit, facit Socratẽ disputantẽ, formam Dei quæri non oportere.*

Aristo

Pag. 21 *Aristo Chius comprehendi omnino non posse*] Quod Minutius Aristo Chio, id Cicero de Natur. Deor. lib. 1. fol. 201. tribuit Aristoni.

Platoni in Timæo Deus est ipso nomine mundi parens] Lactant. lib. 1. cap. 5. *Plato, qui omnium sapientissimus judicatur: monarchiam planè, aperteq; defendit: nec æthera, aut rationem, aut naturam, sed ut est, Deum nominat: ab eo mundum hunc perfectum, atque mirabilem esse fabricatum.*

Quem & invenire difficile] Plato Timæo fol. 28. τὸν μὲν ποιητὴν καὶ πατέρα τῆδε τοῦ παντὸς, εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. Vertit Chalcidius; *Opificem, genitoremq; universitatis, tam invenire difficile, quam inventum impossibile dignè profari.* Lactant. lib 1. cap. 8. Clemens recognit. lib. 8. fol. 123. Cicero lib. 1. de Natur. Deor. fol. 200. Athenag. apologia pro Christ. pag. 9. Saresber. polycrat. lib. 7. cap. v. Tertull. apolog. cap. 4. Origenes lib. v. contra Celsum.

Non nos debet antiquitas fabellis suis delectata, ad errorem mutui rapere consensus] Augustin. de civit. Dei lib. 22. cap. 6. *Antiquitas recipit fabulas etiam fictas incondite.* Theodoretus Orat. 1. de fide fol. 15. Arnobius lib. 1. pag. 21. Augustin. tom. 4. de variis quæst. 114. Cicer. lib. 2. de Divin. pag. 394.

Scyllam multiplicem] Virgil. lib. 10. Æneid. Isidorus Hispalens. orig. lib. 11. cap. 3. lib. 18. Fulgentius Mytholog. lib. 2. pag. 191. Ovidius lib. 13. Metamorph. fabul. x 1.

Chimæram multiformem] Servius in v. Æneid. fol. 368. *Chimæra triplex monstrum: siquidem prima pars leo erat, posterior draco, in medio caput capræ, quod ignes efflabat.* Hyginus fab. 57. Apollodor. bibliogh. lib. 2. pag. 17. Isidorus orig. lib. 11. cap. 3.

Centauros] Isidorus orig. lib. 11. cap. 3. Diodorus Siculus bibliothec. lib. 4. fol. 274. Palæphatus περὶ ἀπίστων ἱστορίων pag. 82.

Aniles fabulas, de hominibus aves] Hieronym. in Daniel. cap. 4. fol. 504. *Scyllam quoque & Chimæram, Hydram atque Centauros, aves & feras, flores & arbores, stellas & lapides factos ex hominibus, narrant fabulæ.*

Dum reges suos colunt religiose, dum defunctos eos desiderant in imaginibus videre] Suidas & Damascenus autores sunt, Seruchum defunctos præstantes viros adorari, & quotannis eorum memoriam celebrari jussisse, & illorum nomina in sacros commentarios referri, atque Deos eos judicari, tanquam benefactores. Hinc primum orta idololatriam, Deorumque pluralitatem. Suidas in Σερούχ. Damascenus de Hæresib. pag. 574. Cyrillus contra Julianum

num lib. 6. fol. 112. Marius Victor lib. 3. in Geneſ. pag. 362. Athanaſ. contra gentes fol. 15. & ſequent. Lactant. lib. 1. cap. 8. & 15. Lib. 2. cap. 13. Auguſtin. contra Fauſt. Manichæum lib. 22. cap. 17. Nazianz. orat. 2. de Theolog. Philaſtrius de Hæreſibus pag. 12. Chryſoſt. in Matth. cap. 27. fol. 580. Homil. 87. Conſtantinus Manaſſes in Annal. Iſidorus Hiſpalenſis origin. lib. 8. cap. 11. Epiphanius Ancorato. Et in Epiſt. ad Acacium & Paulum. Auguſtin. de civitat. lib. 14. cap. 11. Hieronym. in Oſeeam cap. 2.

Alicujus muneris vel artis repertorem] Lactantius de ira Dei cap. 11. Pag. 22 *Omnes ii, qui coluntur ut Dii, homines fuerunt, & iidem primi ac maximi reges: ſed eos aut ob virtutes, quæ profuerant hominum generi, divinis honoribus affectos eſſe poſt mortem; aut ob beneficia & inventa, quibus humanam vitam excoluerant, immortalem memoriam conſecutos? Nec tantum mares, ſed & fœminas.* Et lib. 1. cap. 15. lib. 7. cap. 14. Theodoretus contra Græc. ſerm. 2. de Principio fol. 35. Et orat. 3. de Diis fol. 42. Clemens recogn. lib. x. fol. 159. Euſebius præparat. Eccleſ. lib. 1. cap. 6. Oecumenius in Acta Apoſtol. cap. 27. Cicero de Nat. deorum lib. 3. fol. 247.

Euhemerus exſequitur, & Deorum natales, patrias, ſepulchra dinumerat] Auguſtin. lib. 1. de conſenſu Euangeliſt. cap. 23. fol. 271. *Euhemerus poëta fuit, qui & ipſum Iovem & Saturnum patrem ejus, & Plutonem atque Neptunum fratres ejus, ita planiſſime homines fuiſſe prodit, ut eorum cultores gratias magis poëtis agere debeant, quia eos non dehoneſtandos, ſed potius ad exornandos multa finxerunt.* Cicero lib. 1. de Nat. Deor. pag. 294. Theophilus ad Autolycum lib. 3. fol. 267. Arnobius lib. IV. adverſ. gentes fol. 87.

Apollinis Delphici] Cicero lib. 1. de Divin. pag. 368. Strabo Geograph. lib. 9. Orpheus hymno in Apollin. Lucianus de ſacrificiis fol. 73.

Phariæ Iſidis] Kalend. ruſticum *Menſ. April.* PHARIÆ SACRUM. Liber inſcription. fol. 85.

ΕΙΣΙΔΙ ΦΑΡΙΑ ..... ΕΙΣΙΝ ΤΗΝ ΕΝ ΜΕΝΟΥΘΙ ΥΠΕΡ ΣΩΤΙΡΙΑΣ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΗΜΩΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ .....

Perſeus philoſophatur] Cicero de Natura Deor. lib. 1. pag. 179. *At Perſeus, ejuſdem Zenonis auditor, eos dicit eſſe habitos Deos à quibus magna utilitas ad vitæ cultum eſſet inventa: ipſaſq; res utiles & ſalutares Deorum eſſe vocabulis nuncupatas.*

Venerem sine Libero & Cerere frigere] Terent. Eunuch. Act. 4. Scen. v. *Verbum hercule hoc verum est, sine Libero & Cerere friget Venus.* Quem locum citat Hieronym. de regulis Monachorum cap. XII. Et Epistola x. ad Furiam de Viduitate servanda cap. 3. Apulejus lib. 2. Metamorph. pag. 167. *Ecce, inquam, Veneris hortator & armiger Liber advenit ultro; vinum istud sorbeamus hodiè omne; quod nobis restinguat pudoris ignaviam, & alacrem vigorem libidinis incutiat.*

Alexander ille Macedo] Augustinus de consensu Euangelist. lib. 1. cap. 23. *Nunquid & Leon ille sacerdos Ægyptius, Poëta vel Academicus fuit, qui Macedoni Alexandro, diversam quidem à Græcorum opinione istorum Deorum originem, veruntamen ita prodit, ut eos homines fuisse declaret.* Athenag. Apolog. pro Christian. pag. 35. Augustinus de civitate Dei lib. 8. cap. 5.

Despice Isidis ad hirundinem] Vide Plutarch. libello de Iside & Osiride fol. 357.

Sistrum] *Sistrum* Apulejus lib. 11. Metamorph. pag. 413. describit *æreum crepitaculum, cujus per angustam laminam in modum balthei recurvatam, trajectæ mediæ paucæ virgulæ, crispante brachio tergeminos jactus, reddebant argutum sonorem.* Et pag. 418. *Æreis, argenteis, & aureis sistris, argutum tinnitum constrepentes.* Isis id genus instrumenti repperisse probatur. Papias in *Sistrum.*

Et inanem tui Serapidis sive Osiridis tumulum] Vid. Diodorus Siculus lib. 1. biblioth. pag. 18. & sequent. Eusebius de præparat. Eccles. lib. 2. cap. 1. Plutarch. de Iside & Osiride fol. 358.

Isis perditum filium] Lactant. lib. 1. cap. 21. *Isidis Ægyptia sacra sunt, quatenus filium parvulum vel perdiderit, vel invenerit. Nam primo sacerdotes ejus deglabrato corpore sua pectora tundunt, lamentantur, sicut ipsa, cum perdidit, fecerat. Deinde puer producitur quasi inventus, & in lætitiam luctus ille mutatur.* Firmic. de errore profanar. religion. pag. 5. *Hæc est Isiaci sacri summa. In adytis habebant idolum Osiridis sepultum: hoc annuis luctibus plangunt, radunt capita, ut miserandum casum regis sui, turpitudine dehonestati defleant capitis, tundunt pectus, lacerant lacertos, veterum vulnerum resecant cicatrices, ut annuis luctibus eorum funestæ ac miserandæ necis exitium renascatur.*

Calvis sacerdotibus] Hieron. lib. 13. comment. in Ezech. cap. 44. fol. 546. *Perspicuè demonstratur, nec rasis capitibus sicut sacerdotes, cultoresq; Isidis atque Serapis, nos esse debere.* Ambros. Epist. 36. ad Sabinum. *Capita & supercilia sua radunt, qui Isidis suscipiunt sacra.* Prudent. lib. 1. contra Symmach. pag. 382.

Isidis amissum semper plangentis Osirim:
Mimica, ridendaq; suis solemnia calvis.

Martialis Epigram. lib. XII. Epigram. 29.

Linigeri fugiunt calvi, sistrataq; turba.

Rationem cur capillamenta ponant, & lineas vestes gerant Isiaci, reddit Plutarchus lib. περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος fol. 352.

Cynocephalo] Cyprian. contra Demetrian. fol. 256. *Crocodili, & Cynocephali, & serpentes à vobis coluntur.* Autor Queroli pag. 35. *O genus hominum multiforme & multiplex? his egomet fuisse arbitror matrem Circen, Proteum patrem. SARDA, Ædepol neque isti placent: Cynocephalos nunc expone, si meliores putas. MAND. Isti sunt, qui in fanis ac sacellis observant vela & limina, quibus à pectore capita sunt canina, pandæ manus, æditui custodesq; istos Ecuba quondam postquam vere facta est canis, Anubi nupta nostro latranti Deo, omnibus templis ac delubris semper denos edidit, sic à pectore biformes, infra homines, sursum feras.* Origen. in Exod. cap. 7. Homil. 4. Lucian. de sacrificiis fol. 74. Eusebius lib. 2. præparat. Ecclesiast. cap. 1. Albricus de Deorum imaginibus pag. 316. Augustin. tom. 4. de variis quæst. 114. Athanas. contra gentes fol. 8. & 18.

Mox invento parvulo gaudet Isis] Juvenal. Satyr. 8. vers. 29.

Exclamare libet populus quod clamat Osiri
Invento.

Scholiastes vetus: *Populus Ægypti invento Osiri dixit:* Εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν. Firm. Matern. de errore profan. religion. pag. 6. & 8. August. de civitate Dei lib. 6. cap. x.

Nonne ridiculum est, lugere quod colas] Firm. de errore profan. relig. *Si Dii sunt, quos colitis, cur eos annuis luctibus plangitis: si lachrymis & luctu digni sunt, cur eos divino honore cumulatis. Vnum itaque ex duobus facite, aut nolite eos lugere, si Dii sunt: aut si luctu eos dignos putatis, lachrymis vestris majestas divini numinis polluitur.*

Ceres facibus accensis, & serpente circumdata] Nonnus lib. 6. Dionysiacorum v. 107. Cicero lib. 4. in Verrem orat. 9. pag. 248. Arnobius lib. v. pag. 102. Diodor. Siculus biblioth. pag. 288. Ovid. lib. IV. Fastor. pag. 71. Prudentius περὶ στεφάνων in Roman. martyre. Apollodorus lib. 1. biblioth. pag. 21. Pag. 23

Hæc sunt Eleusinia] Lactant. lib. 1. cap. 21. *Sacra verò Cereris Eleusinæ, non sunt his dissimilia. Nam sicut ibi Osiris puer planctu matris inquiritur: ita hic ad incestum patrui matrimonium rapta Proserpina, quam quia facibus ex Ætnæ vertice accensis quæsisse in Sicilia Ceres dicitur; idcirco sacra*

ejus ardentium tædarum jactatione celebrantur.

Liberam] *Proserpinam.* Cicero lib. IV. in Verrem fol. 179. Hyginus fab. 146. Arnobius lib. V. Firmic. de errore profan. relig. pag. 28. Lactant. lib. I. cap. 21. Apulejus lib. II. Metamorph.

Nutrix capella] Lactant. in 3. Thebaid. Statii pag. 88. & lib. IV. pag. 123. *In Arcadia Iovem Amalthæa capra dicitur nutrisse.* Callimachus hymno in Iovem v. 50. Apollodor. biblioth. lib. I. Porphyr. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. lib. 3. pag. 43. Firmic. Astron. lib. 8. cap. 6. Prudentius περὶ στεφάνων, pag. 227. Lucian. de sacrificiis fol. 73.

Avido patri subtrahitur infans] D. Clemens recognit. ad Iacob. fratrem Domini lib. 10. fol. 157. interprete Ruffino: *Saturnus, in conjugium acceperat Rheam. & cum responso quodam commonitus esset, quod qui ex eo nasceretur fortior ipso futurus esset, regnoque eum depelleret, omnes qui ei nascerentur filios, devorare instituit. Huic ergo primus nascitur filius, quem Aiden appellarunt, qui apud nos Orcus nominatur, quem pro causis, quibus supra diximus adsumptum devorat pater. Post hunc secundum genuit, quem Neptunum dicunt, quemq; simili modo devoravit. Novissimum genuit eum, quem Iovem appellant, sed hunc mater miserans Rhea, per artem devoratori subtrahit patri, & primo quidem ne vagitus pueri innotesceret, Corybantas quosdam cymbala fecit ac tympana percutere, ut obstrepente sonitu, vagitus non audiretur infantis.* Nonnus Dionysiac. lib. 14. v. 25. Arnobius lib. 4. pag. 84. Strabo lib. X. Geograph. fol. 322. Virgil. Æneid. lib. 3. fol. 371. Æneid. X. fol. 587. Nazianzen. in sancta lumina fol. 828. Lucret. lib. 2. de rerum natur. pag. 55. Athanas. contra gentes pag. 10.

De Cybele Dindymena] Strabo Geograph. lib. 12. fol. 396. Τῆς δὲ πόλεως τὸ μὲν ἔστιν ἐν ἐπιπέδῳ, τὸ δὲ, πρὸς ὄρει. καλεῖται δὲ ἄρκτων τὸ ὄρος. ὑπέρκειται δὲ ἄλλο Δίνδυμον μονοφυὲς, ἱερὸν ἔχον τῆς Δινδυμένης μητρὸς τῶν θεῶν, ἵδρυμα τῶν Ἀργοναυτῶν. Et pag. 391. Ἔστι δὲ καὶ ὄρος ὑπερκείμενον τῆς πόλεως, τὸ Δίνδυμον. ἀφ' οὗ ἡ Δινδυμηνὴ, καθάπερ ἀπὸ τῶν Κυβέλων ἡ Κυβέλη. Pausanias Achaicis fol. 226. Arcadicis fol. 275. Bœoticis pag. 275.

Quæ adulterum suum infeliciter placitum] Augustin. de civit. Dei lib. 6. cap. 7. *Sacra sunt matris Deum, ubi Atis pulcher adolescens, ab ea dilectus, & muliebri zelo abscissus, etiam hominum abscissorum, quos Gallos vocant, infælicitate deploratur.* Albricus de Deorum imaginibus pag. 139. Arnobius lib. V. advers. Gentes. Lactant. lib. I. cap. XVII.

Galli eam & semiviri, corporis sui supplicio colunt] Lucianus de Dea Syria fol. 419. Γάλλοι δὲ πολλοὶ, καὶ τοὺς, ἔλεξα, οἱ ἱεροὶ ἄνθρωποι τελέουσι τὰ ὄργια. τάμνονταί τε τοὺς πήχεας, καὶ τοῖσι νώτοισι πρὸς ἀλλήλους τύπτονται. πολλοὶ

δὲ σφίσι

ἢ σφίσι παρεστῶτες, ἐπαυλέουσι. πολλοὶ δὲ τύμπανα παταγέουσι. ἄλλοι δὲ ἀείδουσι ἔνθεα, καὶ ἱερὰ ἄσματα. τὸ δὲ ἔργον, ἐκτὸς βηοῦ τόδε γίνεται. ὁδὲ ἐσέρχονται ἐς τὸν νηὸν, οὐθέσοι τάδε ποιέουσι, ἐν ταύτῃσι τῇσι ἡμέρῃσι, καὶ Γάλλοι γίγνονται. ἐπεὰν γὰρ οἱ ἄλλοι αὐλέωσί τε, καὶ ὄρχια ποιέωνται, ἐς πολλὰς ἤδη ἡ μανίη ἀπικνέεται; καὶ πολλοὶ οἱ ἐς θέλω ἀπικόμενοι. μὴ δὲ, τάδε ἔπρηξαν. καταλέξω δὲ καὶ τὰ ποιέουσι. ὁ νεηνίης, ὅτῳ τάδε ἐπικέαται, ῥίψας τὰ εἵματα, μεγάλῃ βοῇ ἐς μέσον ἔρχεται. καὶ ξίφος ἀναιρέεται. τὰ δὲ πολλὰ ἔπεα ἐμοὶ δοκέει, ἀφ' ἑωυτοῦ ἔφηκε. λαβὼν δὲ αὐτίκα, τάμνει ἑωυτὸν, θέει τε ἀφ' τῆς πόλιος, καὶ τῇσι χερσὶ φέρει, τὰ ἔταμε, ἐς οἰκίλιον δὲ οἰκίλιον τάδε ἐσφορέει, ἐν ταύτης ἐσθῆτά τε θηλέην, καὶ κόσμον τὸν γυναικήιον λαμβάνει. τάδε μὲν ἐν τῇσι τομῇσι ποιέουσι. Id est: *Galli autem frequentes, & ii quos dixi, homines sacrati peragunt sacrificia, vulnerantur q; cubitibus, & in terga à se mutuo verberantur. Multi autem astantes ipsis tibiis accinunt, & tympana pulsant, alii autem divinitus inspirata, sacra q; carmina cantant. Atque hoc opus extra ædem peragitur, neque ingrediuntur in ædem, quicunque ista faciunt. Hisce diebus & Galli fiunt. Postquam enim cæteri tibiis canunt, & sacrificia peragunt, ad multos alios interea furor iste pervenit: & multi qui ad spectaculum solummodo venerant, postea eadem fecére. Recensebo autem & quæ faciunt. Adolescens quicunque fortè ad hoc paratus venit, abjectis vestibus magna voce in medium progreditur, atque ensem distringit. (Hæc autem multis annis, ut mihi videtur, per hoc steterunt.) Accepto autem eo continuo seipsum secat, currit q; per urbem, & manibus ea, quæ resecuit, portat. In quamcunque autem domum hæc abjicit, ex ea & vestem fœmineam, & ornatum muliebrem accipit. Atque hæc quidem in castrationibus faciunt.* Et in Deorum dialog. fol. 31. οἱ κορύβαντες δὲ, ὁ μὲν αὐτῶν, τέμνεται ξίφει τὸν πῆχυν. ὁδὲ ἀνεὶς τὴν κόμην, ἵεται μεμηνὼς ἀφ' τῶν ὀρῶν. ὁ δὲ αὐλεῖ τῷ κέρατι. ὁδὲ, ἀμβομβεῖ τῷ τυμπάνῳ, ἢ ἀπικτυπεῖ τῷ κυμβάλῳ: καὶ ὅλος, θόρυβος καὶ μανία τὰ ἐν τῇ Ἴδῃ ἅπαντα ἐστί. Id est, *Corybantum alius suum ipse penem ense desecat. alius demissa coma per montes fertur insanus, alius cornu canit, alius tympano tonat, alius cymbalo strepit. Breviter omnis undiquaque Ida tumultus atque insaniæ plena est.* Sextus Aurelius Victor in Heliogabalo: *Vestalem virginem quasi matrimonio jungens suo, abscissis q; genitalibus, Matri se Magnæ sacravit.* Firmicus astron. lib. 6. cap. 29. 31. Et lib. 1. cap. 6. *Archigallos faciet, qui virilia sibi propriis amputent manibus.* Arnob. passim eos appellat *eviratos, abscissos, semiviros, effœminatos.* Lampridius in Heliogabalo *præcisos.* Hieronym. lib. 1. in Oseeam, cap. 4. *truncatos.* Valerius Flaccus lib. 7. argonaut. pag. 188. *exsectos.*

Vulcanus claudus Deus & debilis] Homerus Iliad. 1. Σ. & 2. Lucian. Iove confutato fol. 257. Arnobius lib. 4. pag. 84. Clemens Alexand. protrept. fol. 8. Isidorus orig. lib. 8. cap. 7. Nazianzen. orat. 3. in Iulian. fol. 299. & 300. & Orat. 4. fol. 308.

Apollo tot ætatibus levis] Arnobius adversus gentes lib. 6. fol. 122. *Æsculapius Apolline procreatus patre levi & glabro, simillimoq; impuberi.* Lactantius lib. 2. fol. 74. *Apollo imberbis.* Callymach. Hymno in Apollin. vers. 36. Lucian. de sacrificiis fol. 74 Augustin. de civitat. Dei lib. 6. cap. 7.

Æsculapius bene barbatus] Arnobius lib. 4. pag. 122. *Æsculapium spoliavit barba amplissima, boni ponderis & philosophicæ densitatis.* Apud Tithorenses marmoreum Æsculapii simulachrum cum barba. Pausanias Phociacis fol. 350.

Neptunus glaucis oculis] Cicero lib. 1. de nat. Deor. pag. 187. *Cæruleos esse oculos Neptuni.* Pausanias Atticis pag. 14.

Minerva cæsiis] Γλαυκῶπις. Lucian. de sacrificiis pag. 74. & in Deor. dialog. fol. 19. Hesiodus Theogonia pag. 226. Cicero lib. 1. de nat. Deor. pag. 187. *Cæsios oculos Minervæ esse.*

Pedibus Mercurius alatis] Albricus de Deorum imaginibus pag. 315. *Mercurius in capite & talis alas habebat.* Homerus Odyss. E.

Pan ungulatis] Ovidius Metamorph. lib. 14. fab. v. *Semicaper Pan.* Albricus: *Pan pedes & crura caprina habebat.* Vetus poëta apud Euseb. de præparat. eccles. lib. 3. cap. 4. fol. 74. Εὔχομαι βροτὸς γεγὼς Πανὶ συμφύτῳ θεῷ, διοσχέρᾳ, διοπόδι, τραγοσκελεῖ, τυφῶντι. *Exsolvo Pani mortalis vota bicorni: Deliciasq; Deo, pariter bipedi, capricruro.* Lucianus de sacrificiis pag. 74. Porphyrius περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων lib. 3. fol. 43. Theodoret. de sacrific. orat. 7. fol. 103. Isidorus originum lib. 8. cap. 11.

Saturnus compeditis] Arnobius lib. 4. pag. 84. Lucian. Κρονοσόλ. pag. 339. Clemens lib. x. recognit. fol. 158. Dio Chrysost. orat. de servitute fol. 234. Damascen. de duobus Christi Martyr. fol. 872. Epiphan. Ancorato. Tatianus contra Græc. fol. 280.

Ianus frontes duas gestat] Augustin. de civitat. Dei lib. 7. cap. 7. Arnob. lib. 6. pag. 123. Ovid. lib. 1. Fastor. pag. 5. & 6. Plutarch. Numa fol. 72. Herodian. Commodo pag. 485. Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 7. Servius in Virg. fol. 406. Albricus de Deorum imaginibus.

Diana est interim altè succincta venatrix] Ovid. lib. x. Metamorph. fab. 12

Nuda

Nuda genu, veſtem ritu ſuccincta Dianæ.

Arnob. lib. 3. fol. 74. *In venationum præpotens expeditionibus Dianæ.* Pollux lib. 8. cap. x. ὁ δὲ πολέμαρχος θύει μὲν Ἀρτέμιδι ἀγροτέρᾳ. Pauſan. Atticis pag. 15. & 39. Liber inſcription. fol. 39. inſcript. 8. Iſidorus Hiſpalenſis origin. lib. 9. cap. 11.

Epheſia mammis multis] Hieron. tom. VI. lib. 1. in Epiſt. Pauli ad Epheſ. proœmio ad Paulum & Euſtochium fol. 106. *Scribebat Paulus ad Epheſios Dianam colentes, non hanc venatricem, quæ arcum tenet, atque ſuccincta eſt, ſed illam multimammiam, quam Græci πολύμαστον vocant, ut ſcilicet ex ipſa quoque effigie mentiretur, omnium eam beſtiarum & viventium eſſe nutricem.*

Trivia trinis capitibus] Lactant. lib. 4. Thebaid. 144. *Hecate triformis eſt, quia eadem creditur Deum mater, Proſerpina, vel Terra, vel Veſta.* Ovid. lib. 7. Metamorph. fab. 3. *Triceps Hecate.* Horat. lib. 2. Carm. Od. 22. *Dea triformis.* Caſſiodor. lib. v. variar. Epiſt. 42. *Triplex Dea.* Prudentius lib. 1. contra Symmach. pag. 372.

Hoc tamen utcunque eſt tolerabile, quid? quod & ipſa
Dant tibi Roma Deos inferni gurgitis umbræ?
Eumenidum Domina ſtygio caput exerit antro,
Rapta ad tartarei thalamum Proſerpina regis.
Et ſi quando ſuos dignatur adire Quirites,
Placatur vaccæ ſterilis cervice reſecta,
Et regnare ſimul cæloq́, hereboq́ putatur.
Nunc bijugas frenare boves, nunc ſæva ſororum
Agmina vipereo ſuperis immittere flagro.
Nunc etiam volucres caprearum in terga ſagittas
Spargere, terq́ ſuas eadem variare figuras.
Denique cum luna eſt, ſubluſtri ſplendet amictu:
Quum ſuccincta jacit calamos, Latonia virgo eſt.
Quum ſubnixa ſedet ſolio, Plutonia conjunx,
Imperitat Furiis, & dictat jura Megeræ.
Si verum quæris, Triviæ ſub nomine dæmon
Tartareus colitur.

Vide Servium in 4. Æneid. fol. 357. lib. 6. Æneid. fol. 405. Iſidor. Hiſpalenſ. lib. 9. orig. cap. 11. Ovidium lib. 1. biblioth.

Iuppiter modo imberbis ſtatuitur] *Iuppiter Anxurus.* Serv. lib. 7. Æneid. fol. 484. Pauſan. Iliacis fol. 173. Fulvius Urſinus de Famil. Rom. ex antiq. Numiſmat. fol. 279. non Anxurus ſed Axurus legit.

Modo

Modo barbatus locatur] Cicero de Nat. Deor. lib. 1. pag. 187. *Isto modo dicere licebit Iovem semper barbatum.* pag. 291. *Iuppiter barbatus.*

Cum Hammon dicitur, habet cornua] Arnob. lib. 6. pag. 117. *Hammon cum cornibus jam formatur & fingitur arietinis.* Ovidius: *corniger Hammon.* Valerius Flaccus argonaut. lib. 2. pag. 55. ---- *hoc corniger imperat Hammon.* Lactant. in Statii Thebaid. lib. 3. pag. 104.

Cum Capitolinus, tunc gerit fulmina] Suetonius Augusto cap. xc. *Cum ædem Iovis Capitolini tonantis assiduè frequentaret.*

Cum Feretrius] De spoliis opimis Iovis Feretrii vide Servium in 6. Æneid. fol. 446. Dionys. Halicarnass. lib. 2. fol. 102. Plutarch. Romulo. fol. 27. Marco Marcello fol. 302.

Iovis monstra] *Monstrum Iovis* dixit, quemadmodum Prudentius lib. 2. adversus Symmachum pag. 419. *Deum portenta.* Et περὶ στεφάνων pag. 213. *Monstra Deum.* Virgilius lib. 8. Æneid. fol. 530.

Omnigenumq́, Deum monstra, & latrator Anubis.

Erigone suspensa de laqueo est] Lactant. in 4. Thebaid. Statii pag. 152. Et lib. 11. pag. 396. *Marathon mons Atticæ regionis, in quo occisus est Icarus: ad quem locum Erigone filia ejus cane præeunte pervenit, & se nimio luctus dolore laqueavit, fortioribus ramis electis, ne forte infirmioribus fractis, mortem corporis ruinæ declinaret. Recepti ambo locantur inter sidera, Erigone in virginem, Icarus in stellam Bootæ.* Nonnus lib. 47. Dionysiac. vers. 225. & seq. Tacianus contra Græc. pag. 280. Apollodor. Biblioth lib. 3.

Castores alternis moriuntur] Servius in 6. Æneid. fol. 505. Apollodorus lib. 3. biblioth. pag. 178. Philo decalog. fol. 513. Tacianus contra Græcos fol. 280. Origenes lib. 3. contra Celsum. Silius Italicus lib. ix. pag. 256. Virgil. 6. Æneid. Lactantius lib. 1. adversus Gentes.

Æsculapius fulminatur] Plato lib. 3. de Repub. fol. 408. ex Pindaro refert, ideo Æsculapium fulminatum, quod divitem malum, morti jam vicinum, sanitati restituerit.

Hercules Oetæis ignibus crematur] Vide Observationes nostras ad Arnob. lib. v. pag. 90.

Has fabulas & errores ab imperitis parentibus discimus] Augustin. de civit. Dei. lib. 2. cap. 8. *Et hæc sunt scenicorum tolerabilia ludorum, comœdiæ scilicet & tragœdiæ, hoc est, fabulæ poëtarum agendæ in spectaculis, multa rerum turpitudine, sed nulla saltem sicut alia multa verborum obscænitate compositæ: quas etiam inter studia quæ honesta ac liberalia vocantur, pueri legere & discere coguntur à senibus.*

Plato

Plato Homerum illum inclytum, laudatum & coronatum de civitate ejecit] Theodor. contra Græcos serm. 2. de principio pag. 22. Τί γὰρ τῆς Ὁμήρου πιθήσεως ἥδιον; τί δὲ τῆς ἀρετείας ἐκείνης γλυκύτερον; ἀλλ' ὅμως τοῦτον τῶν φιλοσόφων ὁ ἄριστος· ἐπέγνωτε δὲ δήπου τὸν Ἀρίστωνος, ὡς ἔγωμαι· μύρῳ γε ἀλείψας, καθάπερ αἱ γυναῖκες τὰς χελιδόνας, ἐκ τῆς ὑπ' αὐτὸν ξωτηθείσης ἀπέπεμψε πόλεως, ἀκολασίας καλέσας καὶ δυσσεβείας διδάσκαλον. βλασφημεῖν γάρ, φησιν, ἐκπαιδεύει σοὺς νέους, καὶ πονηροὺς αὐτοῖς ἐκ τῶν θεῶν ἐντίθησι δόξας, ἃ ἀπαλοῖς ἔπεσι μαθήματα πονηρὰ καὶ διεφθαρμένα ἐνίησι· καὶ ἕτερα δὲ ἄττα κατηγορήματα πάμπολλα ἐποιήσατο ἐκ κορυφαίων τῶν ποιητῶν. Vertit Zenobius Acciaolus: *Et tamen hunc Homerum ille, qui apud vos habetur optimus Philosophorum, (puto autem vos nosse, quem dico) Aristonis videlicet filius Plato, unguento prius perunctum, sicut hirundines à mulieribus solent, procul ejecit ab ea, quam ipse constituit, civitate: omnis licentiæ atque impietatis magistrum esse testatus. Inquit enim, poëta hic blasphemare adolescentes docet; illisq; flagitiosas de immortalibus Diis opiniones insinuat, teneriscq; adhuc animis inserit pernicioſas & corruptissimas disciplinas. Aliis præterea in rebus accusat eximium Poëtarum.* Dio Chrysost. orat. de Homero fol. 553. Origen. lib. 4. contra Celsum. Ioseph. lib. 2. contra Appion. pag. 567. Eusebius præparat. Eccleſiast. lib. v. cap. 12. & 13. Plato de repub. lib. 2. & x. Pag. 24

Hic eorum paria composuit] Tertullianus Apolog cap. 14. *Conversus ad litteras vestras, quibus informamini ad prudentiam & liberalia officia, quanta invenio ludibria? Deos inter se propter Trojanos & Achivos, ut gladiatorum paria congressos depugnasse.* Servius lib. 11. in Virg. fol. 632. Euseb. præparat. Eccles. lib. 2. cap. x. 14.

Sauciavit Venerem] Homer. Iliad. E. ϒ. 335. & sequent. Virgil. lib. 11. Æneid. fol. 633.

Veneris violavi vulnere dextram.

Dio Chrysost. orat. 11. fol. 170. Athanasius contra Gentes fol. 11. Tertullian. Apolog. cap. 14.

Martem vinxit] Tertullian. Apolog. cap. 14. *Martem tredecim mensibus in vinculis pene consumptum.* Nonnus Dionysiac. lib. 5. vers. 585. & sequent. Philostratus de vita Apollonii cap. 12. Lib. 7. Athanas. contra gentes fol. 11. Valerius in Epistola ad Ruffinum apud Hieron. parte 3. Tract. xv. Epist. lxxix.

Iovem narrat à Briareo liberatum] Tertullian. Apolog. cap. 14 *Iovem, ne eandem vim à cæteris cœlitibus experiretur, opera cujusdam monstri liberatum.* Athenagor. Apol. pro Christian. Iustin. cohort. ad

Græcos. pag. 2. Servius 6. Æneid. fol. 415. lib. x. Æneid. fol. 603.

Sarpedonem filium] Homer. Iliad. 11. Theodoret. orat. 6. de provident. Lucian. de vera Histor. lib. 1. Tertull. Apolog. cap. 14.

Cesto Veneris illectum] Nazianzen. orat. 1. in Iulian. fol. 299. νῦν δὲ ὅλον τὸν τῶν ἐρώτων κεστὸν ἐφ' ἑαυτῆς ἕλκυσα, ἅμα τῶν πρὸς τὸν ἅμα καλλωπισμάτων, ὡς ἂν πάντας ὁμολογεῖσθαι αὐτῷ τὰς ὑπὸ πάσης ἔρωτας ἐνὸς τούτου παραπολὺ λείπουσας. Id est: *Nunc autem universum amorum cestum adsumit, lasciviq; ornatu Iovem ita allicit, ut ipse quoque omnes suos, omnium fœminarum amores hoc uno multis partibus inferiores esse confiteatur.* *Cestus* est baltheum Veneris pelliceum, cui omnia delinimenta ad decipiendum parata inesse fabulantur. Suidas in Κεστὸς. Lactant. in Statii Thebaid. lib. 2. pag. 58. Lib. v. pag. 166. Servius in Æneid. lib. 5. fol. 365.

Hercules stercora egerit] Hercules Augeæ regi Elidis stabulum mundat. Apollodor. lib. 2. biblioth. fol. 90. & sequent. Diodor. Siculus lib. 4. fol. 221. Iustin. Martyr cohortat. ad Græc. fol. 30. Lactant. lib. 1. cap. 9.

Apollo Admeto pecus pascit] Servius in 6. Æneid. fol 421. *Apollo Admeti regis pavit armenta.* Nonnus Dionys. 1. vers. 323. Tacian. contra Græc. pag. 285. Athenag. Apolog. pag. 25. Tertull. Apolog. cap. 14. Apollodor. lib. 1. biblioth pag 40 Lactant. in 6. Thebaid pag. 214.

Laomedonti Neptunus muros instituot] Tertullian. Apolog. 14. *Neptunus structoreas operas Laomedonti locat.* Lactant. lib. 1. cap. 10. Apollodor. biblioth. lib. 2. pag. 98. Lucian. de sacrificiis fol. 73.

Illic Vulcanus Iovis fulmen] Vide Virgil. lib. 8. Æneid. pag. 513. 514. Homer. Iliad. Σ. vers. 470. & sequent.

Martis & Veneris adulterium deprehensum] Lactantius lib. 1. cap. x. Homer. Iliad. Δ. Clemens in protrept. Statius lib. 4. Thebaidos.

In Ganymedem ovis stuprum cœlo consecratum] Homerus hymno in Vener. vers. 202. Apollonius argonaut. lib. 3. vers. 15. Lactant. lib. 1. cap. 11. Firmic. de errore profanarum religion.

Saturnum enim principem] Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 1. *Saturnum Deorum principem dicitis.* Augustin. de civit. lib. 5. cap. 8. Tertullianus Apolog. cap. x.

Nepos] Tertullianus Apolog. cap. x. Lactant. lib. 1. cap. 14.

Cassius] Lactant. lib. 1. cap. 14. Tertullian. Apol. cap. x.

Thallus] Iustin. cohort. ad Græcos pag. 7. Theophilus ad Autolyc. lib. 3. fol. 274. Lactant. lib. 1. cap. 14. Tertull. Apol. cap. xix.

Theodorus] Iustin. cohort. ad Græcos pag. 8. Lactant. lib. 1. cap. 614. Tertullian. Apolog. cap. x.

Saturnus Creta profugus] Athenag. Apolog. pro Christian. Eusebius præparat. Eccles. lib. 3. cap. 3. Serv. in 8. Æneid. fol. 506.

Nummos signare] Ita Lāpridius in Alexandro Severo pag. 183. dixit nummos figurare. *Alexandri habitu*, inquit, *nummos plurimos figuravit*. Theophylact. Bulgar. in Matthæum cap. XXII. pag. 9. Οἱ δὲ Ἰησοῦς δείξαντος τὴν ἐπιγραφὴν τοῦ νομίσματος τὸν Καίσαρα, πείθει αὐτοὺς ὡς δεῖ τῷ καίσαρι ἀποδιδόναι τὰ ἑαυτοῦ. Athenæus deipnosoph. lib. 15. fol. 692. ait à Iano primò signatos nummos. Ἀπὸ τούτου καὶ τὸν Ἰανὸν πολλοὶ, καὶ τὸ ὄρος Ἰανὸν ὀνομάζεσθαι, κατοικήσαντός ποτε αὐτοῦ ἐπὶ ξένης. πρῶτον δὲ στέφανον εὑρεῖν, καὶ σχεδίας καὶ νόμισμα χαλκοῦν πρῶτον χαράξαι. διὸ καὶ τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα πολλὰς πόλεις, ἔτι τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν, ἐπὶ ξ νομίσματος ἐγχαράττειν πρόσωπον δικέφαλον, καὶ ἐπὶ θατέρου μέρους σχεδίαν ἢ στέφανον ἢ πλοῖον. Id est, *Ianum flumen, Ianumq; montem ab eo fuisse nominatum, quod in eo monte habitaverit: coronas illum reperisse, navigia, rates: nummum æreum ab illo primo signatum; qua de causa civitates in Græcia multæ, Italia & Sicilia monetam cudunt impressa bicipiti facie, & ex altera parte, vel rate, vel navigio, vel corona.* Tertullian. Apolog. cap. x. Saturno id tribuit. *Ab ipso Saturno primum tabulæ, & imagine signatus nummus.* Prudentius περὶ στεφάνων in Laurentio Martyre.

Ni fallor, haud ullam tuus
Signat DEVS pecuniam.

Vide Plutarch. in Quæst. Roman. fol. 274. Isidor. orig. lib. 16. cap. 17. Autorem originis gentis Romanæ. Servium in 8. Æneid. fol. 509. Macrobium lib 1. Saturnal. cap. 7.

Vocari maluit Latium] Arnob. contra Gentes lib. 4. pag. 84. Lactantius lib. 1. cap. 14. Tertullian. Apol. cap. x. Autor originis gentis Roman. fol. 772. Herodian. Commod. fol. 485. Prudent. lib. 1. contra Symm. Solin. cap. 11x. Imitatus est autem Minutius locum Virgil. lib. 6. Æneid. pag. 509.

---- Latiumq; vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.

Vrbem Saturniam dedit de suo nomine, & Ianiculum Ianus] Virgilius 8. Æneid. fol. 508.

Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit urbem,
Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

Macrob. lib. 1. Satur. cap. 7. Autor de orig. Gentis Rom. Athen. deipnos. lib. xv.

Pag. 25 *Inopinato visos cœlo missos*] Tertullian. Apolog. cap. x. *Ignoti, vel ex inopinato apparentes, de cœlo superveniſſe dicuntur.* Vid. Lactant. lib. 1. cap. 11. Politianus Miſcellan. cap. 18. Muretus variar. lection. lib. 13. cap. 17.

Ignotos & ignobiles terræ filios nominamus] Tertull. apolog. cap. x. *Terræ filios vulgus vocat, quorum genus incertum eſt.* Cicero lib. 7. ad Trebat. Epiſt. 9. *Terræ filius.* Et ad Atticum Epiſt. x. lib. 1. *Huic terræ filio, neſcio cui, committere epiſtolam tantis de rebus non audeo.*

Iuppiter Cretæ regnavit & obiit] Callimachus Hymno in Iovem. Servius lib. 7. Æneid. fol. 457. Chryſoſt. in Epiſt. Pauli ad Tit. cap. 1. Homil. 3. Lucian. de ſacrific. fol. 74. Clemens recogn. lib. x. fol. 159. Arnob. lib. 4. pag 85. Epiphan. Ancorat. pag. 513. Athenag. apolog. pag. 38. lib.

Pejerante Proculo Deus Romulus] Tertull. contra Marcion. lib. 4. cap. 7. *Romulus aſcenſus ſui in cœlum habuit Proculũ affirmatorem.* Et Apolog. cap. 21. Plutarch. Romul. pag. 35. Florus lib. 1. cap. 1. Iulius Obſequens de prodigiis cap. 1. Lactant. lib. 1. cap. 15. Auguſtin. de civitate Dei. lib. 3. cap. 15. lib. 22. cap. 6. Iuſtin. Martyr. Apolog. 2. pag. 52. Tacianus contra Græcos pag. 280. dicit mercede conductos, qui ſacramento contenderent, ſe vidiſſe homines in cœlum ad Deos aſcendentes. Apud Xiphilinum Auguſto fol. 222. Livia Numerio Attico ſenatori decies ſeſtertium (x. millia aureorum) dinumerat, quod is juraſſet, ſe Auguſtum in cœlum ire vidiſſe.

Iuba Mauris Deus eſt] Lactantius lib. 1. cap. 15. Tertullianus Apologetico cap. 24.

Niſi fortè Iuppiter ſenuit] Lactantius lib. 1. cap. XVI. *Cum verò dicantur aliqui ex aliquibus nati: conſequens eſt, ut ſemper naſcantur; ſiquidem aliquando ſunt nati: vel, ſi aliquando naſci deſierunt: ſcire nos convenit, cur, aut quando deſierint. Non illepidè Seneca in libris moralibus philoſophiæ. Quid ergo eſt, inquit, quare apud poëtas ſalaciſſimus Iuppiter deſierit libros tollere? Vtrum ſexagenarius factus eſt; & illi lex Papia fibulam impoſuit? an impetravit jus trium liberorum? an tandem illi venit in mentem: ab alio exſpectes, alteri quod feceris? Et timet, ne quis ſibi faciat, quod ipſe Saturno.*

Partus in Iunone defecit] Tacianus contra Græcos fol. 285. Ἆρα δὲ κύει νῦν ἡ Ἥρα; πότερον γεγέννηκεν.

Cæterũ ſi Dii creari poſſent, interire non poſſent] Theophilus ad Autolyc. lib. 2. fol. 249 καὶ τὸ μὲν τό τε θεῶν εἴπερ ἐγένοντο, γένεσις πολλὴ ἠνέσετο. τὸ δὲ νῦν πᾶς θεῶν γένεσις δείκνυ. εἰ γὰρ τότε ἐγένων καὶ ἐγένοντο· δῆλον

ὅτι

ὅτι ἐχρῆν καὶ ἕως τοῦ δεῦρο γίνεσθαι θεοὺς γεννητούς. εἰ δὲ μή γε, ἀσθενὲς τὸ τοιοῦτο νοηθήσεται. ἢ γὰρ ἐγήρασαν, διὸ οὐκ ἔτι γεννῶσιν, ἢ ἀπέθανον, καὶ οὐκ ἔτι εἰσίν. εἰ γὰρ ἐγεννῶντο θεοὶ, ἐχρῆν καὶ ἕως τοῦ δεῦρο γεννᾶσθαι: καθάπερ γὰρ καὶ ἄνθρωποι γεννῶνται. μᾶλλον δὲ καὶ πλείονες θεοὶ ὤφειλον εἶναι τῶν ἀνθρώπων, ὥς φησι σίβυλλα. εἰ δὲ γεννῶσι, καὶ ἀθάνατοί γε μένουσι πλείονες ἀνθρώπων γεγεννημένοι οἱ δὲ θεοὶ ἦσαν. οὐδὲ τόπος στῆναι θνητοῖς οὐ κἄνποθ' ὑπῆρξεν. Vertit Conradus Clauserus: *Et quidem Deorum, si modo nati fuere, fœcunda & copiosa reperitur generatio. At ubi nunc Deos gignere ostendi potest? Nam si tum genuere & geniti sunt, oportebat eorum generatio huc usque porrigi. Sin secus res se habet, certè infirmum Deorũ genus reputabitur. Aut enim senio confecti generare desierunt, aut mortui sunt, aut è viventium numero penitus sunt sublati & in nihilum redacti. Si enim aliquando Dii nati sunt, eorum generationem huc usque protendi necessarium erat, quemadmodum & hominum generatio, ex quo cæpta est, non est intermissa. Hinc tandem illud consecutum colligeretur, plures esse Deos quam homines, sicuti & Sibylla perhibet. Nam si generationi dant operã & immortales permanent, profectò nunc major Deorum quam hominum foret affluentia, siquidem quæ fati crudelitas, ipsis immortalitatem adimere valeret?*

Auri fulgore perstringitur] Hilarius in Psalm. 134. *Preciis metallorum honorem Diis, quos sibi fecerunt, quærunt: auro eos argentoq; formando.*

Infelicis stipitis portio] Tibullus Elegiar. lib. 1. Eleg. x. Pag. 26

Neu pudeat prisco vos esse è stipite factos,
Sic veteris sedes incoluistis avi.
Tunc melius tenuere fidem, cum paupere cultu,
Stabat in exigua ligneus æde Deus.

Propertius Elegia IV. lib. 2.

Stipes acernus eram, properanti falce dolatus,
Ante Numam grata pauper in urbe Deus.

Prudentius περὶ στεφάνων in Romano Martyre *Deasciato supplicare stipiti.* Arnobius lib. 1. pag. 14. *Truncum* appellat.

Deus æreus vel argenteus de immundo vasculo] Philo περὶ βίου θεωρητικοῦ pag. 610. Ἀλλὰ τὰ ξόανα, καὶ ἀγάλματα, ὧν αἱ οὐσίαι, λίθοι, καὶ ξύλα, τὰ μέχρι πρὸ μικροῦ τελείως ἄμορφα, λιθοτόμων, καὶ δρυοτόμων τῆς συμφυΐας αὐτὰ διακοψάντων, ὧν τὰ ἀδελφὰ μέρη καὶ συγγενῆ λουτροφόροι γεγόνασι καὶ ποδόνιπτρα, καὶ ἄλλα ἅττα τῶν ἀτιμοτέρων, ἃ πρὸς τὰς ἐν σκότῳ χρείας ὑπηρετεῖ μᾶλλον, ἢ τὰς ἐν φωτί. Id est: *Statuas & simulachra memorare quorsum attinet, quorum materia saxum, aut truncus est, paulo ante informis, vexatus fabrorum injuriis, cujus cognatæ partes*

versæ sunt in serias & pelluvia, cæteraque vasa sordida, adhibenda secretis usibus. Tertullian. Apol. cap. 12. *Quantum igitur de Diis vestris, nomina solummodo video, quorundam veterum mortuorum & fabulas audio, & sacra de fabulis recognosco. Quantum autem de simulachris ipsis, nihil aliud deprehendo, quam materias sorores esse vasculorum instrumentorumq; communium, vel ex iisdem vasculis & instrumentis quasi fatum consecratione mutantes, licentia artis transfigurante, & quidem contumeliosissimè & in ipso opere sacrilegè, ut revera nobis maximè, qui propter Deos ipsos plectimur, solatium pœnarum esse possit, quod eadem ipsi patiuntur ut fiant.*

In incudibus figuratur] Arnobius lib. 1. pag 13. *Venerabar nuper simulacra modo ex fornacibus prompta, in incudibus Deos & ex malleis fabricatos.*

Ab impurato homine levigatur] Iustinus martyr Apolog. 2. pro Christian. pag. 44. Τί γὰρ δεῖ εἰδόσιν ὑμῖν λέγειν, ἃ τὴν ὕλην οἱ τεχνῖται διατιθέασι, ξέοντες καὶ τέμνοντες, καὶ χωνεύοντες, καὶ τύπτοντες, καὶ ἐξ ἀτίμων πολλάκις σκευῶν, διὰ τέχνης τὸ σχῆμα μόνον ἀλλάξαντες καὶ μορφοποιήσαντες, θεοὺς ἐπονομάζουσιν; ὅπερ οὐ μόνον ἄλογον ἡγούμεθα, ἀλλὰ καὶ ἐφ' ὕβρει τοῦ θεοῦ γίνεσθαι, ὃς ἄῤῥητον δόξαν καὶ μορφὴν ἔχων, ἐπὶ φθαρτοῖς καὶ δεομένοις θεραπείας πράγμασιν ἐπονομάζεται. καὶ ὅτι οἱ τούτων τεχνῖται ἀσελγεῖς τε, καὶ πᾶσαν κακίαν, ἵνα μὴ καταριθμῶμεν, ἔχουσιν, ἀκριβὼς ἐπίστασθε. καὶ τὰς ἑαυτῶν παιδίσκας συνεργαζομένας φθείρουσιν, ὦ τῆς ἐμβροντησίας, ἀνθρώπους ἀκολάστους, θεοὺς εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι πλάσσειν λέγεσθαι, καὶ μεταποιεῖν, καὶ τῶν ἱερῶν, ἔνθα ἀνατίθενται, φύλακας τοιούτους καθιστάναι. μὴ συνορῶντας ἀθέμιτον καὶ τὸ νοεῖν ἢ λέγειν ἀνθρώπους θεῶν εἶναι φύλακας. Id est: *Quid enim opus est, apud vos qui scitis commemorare, quomodo artifices materiam tractent, polientes eam, & incidentes, & conflantes: & pulsantes, & ex inhonestis sæpenumero vasis, figuram tantum mutantes & conformantes, atque exinde Deos cognominantes. Quam rem non modo præter rationem omnem esse, verum etiam cum contumelia eam Dei fieri statuimus: cui ineloquibilem claritatem & formam obtinenti in rebus corruptibilitati subjectis, & cura egentibus nomen inditur. Atque horum opifices impudicos & omni pravitate, ne scelera eorum singulatim dinumeremus, obsitos esse, certo nostis, quippe qui ancillas etiam suas operis istiusmodi adjutrices constuprant. O stuporē è fulmine attonitum. Homines impuros Deos, qui adorentur, fingere & transformare profitemini: & fanorum, ubi illi consecrantur, & reponuntur, custodes atque æditnos constituere vos dicitis: non prospicientes & cogitatu & dictu nefas esse, homines Deorum custodes facere.*

Funditur,

Funditur, fabricatur, sculpitur, tunditur malleis] Hieronym. lib. 12. in Esaiam cap. 44. fol. 145. *Quis possit hoc credere, quod ascia, lima, & teretro, malleoq; formetur Deus: vel in prunis simulachra fundantur, vel norma, runcina, & angularibus, circinoq; in Deos repentè consurgant. ---- Ascia & teretro, lima & runcina formant Deum suum, & cudunt malleo, atque inaurant.* Prudent. in Vincentio Martyre pag. 172.

O vestra inanis vanitas,
Scitumq; brutum Cæsaris,
Condigna vestris sensibus.
Coli jubentis numina.
Excisa fabrili manu,
Cavis recocta & follibus.
Quæ voce, quæ gressu carent,
Immota, cæca, elinguia.

Deus est, cum homo ille voluit] D. Clemens recogn. lib. 4. pag. 81. *Et tamen quis ita sine sensu invenitur, cui persuaderi debeat, ut idolum colat, sive illud ex auro, sive ex quolibet metallo factum sit, cui non palam est id esse illud metallum, quod artifex voluit? Quomodo ergo inesse ibi divinitas putanda est, quod si noluisset artifex, omnino non esset.* Lactant. lib. 2. cap. 2. Augustin. in Psalm. 85. fol. 650. Theophilus lib. 2. ad Autolyc. Athanas. contra gentes fol. 12. Hieronym. lib. XII. in Esaiam. cap. XLIV.

Quanto verius de Diis vestris animalia muta naturaliter judicant, mures, hirundines, araneæ] Augustinus Psalm. LXXX. fol. 618. *Quid recentius Deo ex officina, licet jam illos vetustos aranearum casses contexerint.* Et Psalm. 113. fol. 898. *Quanto ergo magis vel melius mures atque serpentes & id genus animantium colerent, quæ de simulacris gentium si ita dicendum est, quodammodo judicant, in quibus quia non sentiunt humanam vitam, non curant humanam figuram: itaque in eis plerunque nidificant, & nisi humanis motibus deterreantur, nulla sibi habitacula munitiora conquirunt.* Lactant. lib. 2. cap. 4. *Fures tam stulti sunt, ut Priapi testiginem timeant, cum aves ipsæ, simulachris fabrefactis insidant, nidificent, inquinent.*

Nudi cruda hyeme discurrunt] Lupercalibus re divina facta, nudi discurrebant ludibundi, pellibus occurrantes quosque sibimet verberantes. Lactant. lib. 1. cap. 21. Autor origin. gentis Roman. fol. 777. Servius 8. Æneid. fol. 507. Dionys. Halicarnass. lib. 1. pag. 67. Plutarchus Romulo fol. 31. & in Quæstion. Roman. fol. 280. Prudent. in Romano martyre pag. 210.

Quid

Quid illa turpis pompa? nempe ignobiles
Vos esse monstrat, quum luperci curritis.
Quem servulorum non rear vilissimum,
Nudus plateas si per omnes cursitans,
Pulset puellas verbere ictas ludicro?

Incedunt pileati] Plutarch. Numa fol. 68. *Peltarum custodes salios constituit.* Ὄνομα Σαλίοις τὴν ἐνόπλιον ἐνδιδάξαντος ὄρχησιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπὸ τῆς ὀρχήσεως αὐτῆς ἁλτικῆς οὔσης, ἣν ὑπορχοῦντες ἀφαπορρόμβοι τὴν πόλιν, ὅταν τὰς ἱερὰς πέλτας ἀναλάβωσιν ἐν τῷ Μαρτίῳ μηνὶ, Φοινικοῦς μὲν ἐνδεδυμένοι χιτωνίσκους, μίτρας δὲ χαλκαῖς ὑπεζωσμένοι πλατείαις, καὶ κράνη χαλκᾶ φοροῦντες, ἐγχειριδίοις δὲ μικροῖς τὰ ὅπλα κρούοντες. ἡ δὲ ἄλλη τῆς ὀρχήσεως, ποδῶν ἔργον ἐστί. κινοῦντες γὰρ ὑπερφυῶς, ἐλιγμούς τινας καὶ μεταβολὰς ἐν ῥυθμῷ τάχους ἔχοντι καὶ πυκνότητα μετὰ ῥώμης καὶ κουφότητος ἀποδιδόντες. αὐτὰς δὲ τὰς πέλτας ἀγκύλια καλοῦσι διὰ τὸ σχῆμα. Id est. *Dicti autem Salii sunt, non (ut nonnulli fabulantur) ex nomine Salii viri Samothracis vel Mantinæi, qui armatum tripudium tradidit: verum ab ipso potius tripudio, quod saltando obeunt, quum mense Martio sacras peltas per urbem ferunt trabeati, balteis latis succincti, aneis, galeasq; aneas in capite gerentes, ac minutis pugionibus ad peltas concrepantes. Saltatus hujus tripudii pedibus efficitur, motus enim edunt in gyrum haut inconcinnos & varios, modulis citatis & frequentibus cum robore & agilitate. Eas peltas ancylia ex figura vocant.* Vide Servium in 8. Æneid. fol. 507. & 528.

Scuta vetera circumferunt] *Ancylia.* Lactant. lib. 1. cap. 21. *Quid de scutis jam vetustate putridis dicam? quæ cum portant, Deos ipsos segestare humeris suis arbitrantur.* Valerius Maxim. lib. 1. cap. 1. Dionys. Halicarnass. lib. 2. fol. 230.

Mendicantes vicatim Deos ducunt] Dionys. Halicarnass. lib. 2. antiq. Rom. fol. 91. Θυσίας μὲν γὰρ αὐτῇ καὶ ἀγῶνας ἄγουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος οἱ στρατηγοὶ κατὰ τοὺς Ῥωμαίων νόμους. ἱερᾶται δὲ αὐτῆς ἀνὴρ Φρὺξ, καὶ γυνὴ Φρυγία. καὶ περιάγουσιν ἀνὰ τὴν πόλιν ἔτοι μητραγυρτοῦντες, ὥσπερ αὐτοῖς ἔθος, τύπους τε περικείμενοι ταῖς στήθεσι, καὶ κατακυλόμενοι πρὸς τῶν ἑπομένων τὰ μητρῷα μέλη, καὶ τύμπανα κροτοῦντες. Ῥωμαίων δὲ τῶν αὐθιγενῶν ὅτε μητραγυρτῶν τις, ὅτε καταυλούμενον περιάγεται διὰ τῆς πόλεως, ποικίλλων ἐνδεδυκὼς στολὴν, ὅτε ὀργιάζων τὴν θεὸν τοῖς Φρυγίοις, ὀργιασμοῖς, καὶ νόμον ἢ ψήφισμα βουλῆς. Id est. *Huic (scil. matri Idææ) imperatores quotannis Romano ritu victimas cædunt & ludos faciunt: sacerdotio verè ejus funguntur Phrygii generis vir & mulier, eamq; per urbem circumferunt, circulatorio ritu stipem Matri colligentes, & pectora plagentes,*

aes, prosequentibus eos cum Matroo carmine tibiis, & tympanorum pulsu. Sed è Romanis indigenis nemo cum Matriacis vicatim stipem colligit, nec ad Phrygios tibiæ modos per urbem incedit varia indutus stola, nec ex decreto senatus Phrygia Matris orgia celebrat. Tertullian. Apolog. cap. 13. *Circuit Cauponas religio mendicans.* Apuleius lib. 8. Metamorph. pag. 331. *Tunc fortuna mea sævissima, emptorem aptissimum duris meis casibus mirè repercum, objecit. Cynædum & senem, calvum quidem, cincinnis semicanis & pendulis capillatum: unum de triviali popularium face, qui per plateas & oppida cymbalis & crotalis personantes, Deamq; Syriam circumferentes, mendicare compellunt.*

Quædam fana semel anno adire permittunt] Pausanias Arcadicis fol. 263. tradit, Cereris & Proserpinæ fanum viros quotannis semel frequentare. Dindymenæ matris sacrarium tantum semel in anno aperitur. Idem Bœoticis fol. 229.

Quædam viro non licet] Sacris *Bonæ Deæ, Cereris & Vestæ*, viris interesse non licebat. Lactant. lib. 3. cap. 19. *Multo sceleratiores sunt, qui arcana mundi & hoc cœleste templum profanare impiis disputationibus quærunt, quam qui ædem Vestæ, aut Bonæ Deæ, aut Cereris intraverint. Quæ penetralia, quamvis adire viris non liceat, à viris tamen fabricata sunt.* Et lib. 2. cap. 4. Cicero de haruspic. respons. fol. 435. pro domo sua fol. 420. lib. 4. in Verrem fol. 178. Plutarchus Cæsare pag. 711. Tibullus lib. 1. elegia 6. Pausanias Achaicis fol. 283. ab sacris Mysiæ Cereris non tantum viros, verum etiam masculos canes excludit. Chirius Fortunatianus lib. 1. Rhetor. pag. 14. *Mas templum Cereris si ingressus fuerit, capite puniatur.* Dionys. Halicarn. lib. 2. fol. 127. ait viris interdiu permissum Vestæ sacra visere: sed in iis pernoctare nefas.

Nonnulla absque fœminis sacra sunt] Agellius lib. XI. cap. VI. *Mulieres Herculaneo sacrificio abstinent.* Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 12. *Mulieres in Italia sacro Herculis non licet interesse; quia Herculi, cum boves Gyrionis per agros Italiæ duceret sitienti, respondit mulier aquam se non posse præstare, quod fœminarum Deæ celebraretur dies, nec ex eo apparatu viris gustare fas esset. Propter quod Hercules facturus sacrum detestatus est præsentiam fœminarum, & Potitio ac Pinario sacrorum custodibus jussit ne mulierem interesse permitterent.*

Etiam servo quibusdam ceremoniis interesse, piaculare flagitium est] Herculis sacra servos non admittunt. Servius in 8. Æneid. fol. 502. Livius lib. 5. & 9. Lactant. lib. 2. cap. 7. Autor orig. Gentis Roman. fol. 774.

Pag. 27 *Alia ſacra coronat univira*] Servius in 4. Æneid. fol. 312. *Fortunam muliebrem non coronabant bis nuptæ.* Iunonis, Veſtæ, & Telluris ſacerdotes omnes univiræ. Hieron. lib. 1. adverſus Iovian. cap. 6. & 30. fol. 163. Et lib. 3. Comment. ad epiſt. Pauli ad Galat. cap. 6. fol. 158. Dionyſius Halicar. lib. 8. fol. 526. Livius lib. 10. pag. 376.

Vulneribus ſuis ſupplicat] Lactant. lib. 1. cap. 21. *Sunt publica ſacra Matris Deum, in quibus homines ſuis ipſi virilibus litant. Amputato enim ſexu, nec viros ſe nec fœminas faciunt.* Lactant. in Statii Thebaid. lib. 12. pag. 408. Firmic. de errore profan. relig. Lucianus in Dea Syria fol. 419.

Cui teſta ſunt obſcœna demeſſa] Vide Obſervationes ad Arnob. lib. v. pag. 100.

Errantium turbam mutua ſibi patrocinia præſtare] Auguſtin. de civit. Dei lib. 6. cap. 10. *Inſanitatis patrocinium inſanientium turba eſt.* Ita enim locus iſte legi debet, non ut in vulgatis libris habetur, *ſanitatis patrimonium, &c.* Voce *inſanitas* eadem notione utitur Cicero lib. 4. Tuſcul. quæſt. pag. 134.

Nonne in ortu ſuo & ſcelere collecti & muniti] Auguſtinus de civit. Dei. lib. 1. cap. 13. de conſenſu Euangeliſtar. lib. 1. cap. 12. Plutarch. Romulo pag. 25. Livius lib. 1. Strabo lib. v. Geograph. fol. 159.

Romulus parricidium fecit] Florus lib. 1. cap. 1. Livius lib. 1. Leo ſerm. 1. de nativ. Petri & Pauli. Auguſtin. de civit. Dei lib. 3. cap. 6. De conſenſu Euangeliſt. lib. 1. cap. 12.

Sine more] Id eſt, ut ait Lactant. in 1. Statii Thebaid. pag. 17. *Injuſte, ſine exemplo.* Virgil. 8. Æneid.

---raptas ſine more Sabinas.

Videndus Petrus Faber IC. lib. 2. Semeſtr. cap. 18.

Templa omnia de manubiis] Ambroſius epiſt. xxix. ad Theodoſ. Imp. *Legimus templa idolorum antiquitus condita de manubiis, & ſpoliis reliquorum hoſtium.* Aſconius Pedianus in Verr. Ciceronis pag. 36. *Ædem Caſtoris ex manubiis L. Metellus exſtruxit.* Elei bello devictis Piſæis, templum & ſignum de manubiis Iovi fecerunt. Pauſanias Eliacis fol. 156. & 173. Achaicis fol. 126. Phociacis fol. 327.

Pag. 28 *Toties ergo Romanis impiatum*] Tertull. Apol. cap. 25. *Tot igitur ſacrilegia Romanorum, quot trophæa: tot de Diis, quot de gentibus triumphi: tot manubiæ, quot manent adhuc ſimulachra captivorum Deorum.*

De triumphatos colere cœperunt] Auguſtin. de conſenſu Euangeliſt.

list. lib. 1. cap. 12. *Solebant Romani Deos gentium, quas subjugaverant, colendos propitiare, & eorum sacra suscipere.* Hieronym. in Epist. Pauli ad Rom. cap. 1. pag. 266. *Omni mundo mirum fuit, Romanos credidisse, qui idolorum nimia fuerant cultura possessi, ita ut etiam omnium gentium Diis, quas vicerant, deservirent.*

Romulus, Picus, Tiberinus, & Consus, Pilumnus & Picumnus] Augustin. de civitate Dei lib. 4. cap. 23. lib. 6. cap. x.

Cloacinam Tacius invenit] Lactant. lib. 1. cap. 20. *Cloacinæ simulachrum in cloaca maxima repertum Tacius consecravit: &, quia cujus esset effigies ignorabat, ex loco illi nomen imposuit.*

Pavorem Hostilius atque Pallorem] Lactant. lib. 1. cap. 20 *Pavorem Pallorem q; Tullius Hostilius figuravit & coluit.* Augustin. de civit. Dei lib. 4. cap. 2. 15. 23. & lib. 6. cap. 10. Livius lib. 1. hist. Fulvius Ursinus Famil. Roman. ex antiq. numismat. fol. 111.

Mox autẽ nescio à quo Febris dedicata] Ælianus variæ histor. lib. 12. cap. 11. Ὅπ Ῥωμαῖοι ὑπὸ τῷ λόφῳ τῷ Παλλαντίῳ πυρετῷ καὶ νεὼν, ἑ βωμὸν ἱδρύσαντο. Lact. lib. 1. cap. 20. Cicero de nat. Deor. lib. 3. pag. 342. Augustin. de consensu Euangelist. lib. 1. cap. 17. De civit. Dei lib. 2. cap. 15. lib. 3. cap. 12. & 25. lib. 4. cap. 23. Hieron. in Ioel. cap. 3. Valerius Max. lib. 2. cap. 5. *Cæteros quidem Deos ad benefaciendum venerabantur. Febrem autem ad minus nocendum, templis colebant, quorum adhuc unum in Palatio, alterum in arca Marianorum monumentorum, tertium in summa parte Vici Longi extat. In eaq; remedia, quæ corporibus ægrorum adnexa fuerant, deferebantur.* Liber inscription. fol. 97.

Febri. Divæ. Febri. Sanctæ. Febri. Magnæ.
Camillæ. Amatæ. pro. Filio. Male. Affecto.

Acca Larentia, & Flora meretrices propudiosæ] Tertullianus Apol. cap. 13. Dionys. Halicarnas. lib. 1. fol. 71. & 74. Plutarch. Romulo fol. 20. Autor orig. Gentis Roman. fol. 777. Observation. ad Arnob. lib. 1. pag. 15.

Mars Thracius] Arnobius lib. 4. pag. 85. *Mars in Thraciæ finibus procreatus.* Statius lib. 3. Thebaid. pag. 93.

Iuppiter Creticus] Nazianz. serm. περὶ ἅγια φῶτα τῶν ἐπιφανίων fol. 233. Pausanias Arcad. Theophilus lib. 1. ad Autolyc. pag. 247. Lactant. lib. 1. cap. 11.

Iuno Argiva] Lucian. de sacrificiis fol. 74. Lactant. lib. 1. cap. 17. Strabo lib v. fol. 149. Philostrat. de vita Apollonii lib. 6. cap. 9. Cicero lib. 1. de nat. Deor. pag. 187. Pausan. Laconic.

fol. 85. Virgil. lib. 3. Æneid. fol. 302. Philargyrius in 3. Georg. Dio Chrysost. Orat. 37. fol. 457.

Samia] Athenæus Deipnos. lib. 15. fol. 672. Origin. lib. 4. contra Celsum. Isidorus orig. lib. 8. cap. 11. Pausanias Achaic. fol. 209. Eliacis fol. 160.

Pœna] Id est, *Carthaginensis*.

Diana Taurica] Pausanias Atticis fol. 19. Achaicis fol. 225.

Ægyptia illa non numina sed portenta] *Ægyptum* Sarisberiensis lib. 1. de nugis curial. cap. x. *matrem superstitionis* appellat. Hieron. in Esaiam cap. 46. fol. 149. *Nulla gens ita idololatriæ dedita fuit, & tam innumerabilia portenta venerata est, quam Ægyptus.* Vide Observationes nostras ad Arnob. lib. 1. fol. 15.

Inter aras & delubra stupra conducuntur] Athanasius contra gentes fol. 21. Γυναῖκες γοῦν ἐν εἰδώλοις τῆς Φοινίκης πάλαι προεκαθέζοντο, ἀπαρχόμεναι τοῖς ἐκεῖ θεοῖς ἑαυτῶν τὴν τοῦ σώματος αὐτῶν μισθαρνίαν, νομίζουσαι τῇ πορνείᾳ τὸν θεὸν ἑαυτῶν ἱλάσκεσθαι, καὶ εἰς εὐμένειαν ἄγειν αὐτὴν διὰ τούτων. Id est: *Olim Phœnissæ mulieres ante idola prostituebantur, dedicantes numinibus suum quæstum, persuasæ meretricatu ea propitiari, ac prosperitatem rerum inde nasci.* Eusebius de vita Constantini lib. 3. cap. 53. Rufin. lib. 11. Ecclesiast histor. cap. 75. de templo Serapidis. Sueton. Tiberio cap. 44. Iuvenal. Satyr. 6. Tertullian. Apol. cap. 15. Pausan. Achaic. fol. 275. Ioseph. antiquit. Iudaic. lib. XVIII. cap. VII.

Diu regna tenuerunt Assyrii, Medi, Persæ] Tertullian. Apolog. cap. 26. Euseb. de præp. Eccles. lib. 10. cap. 18. Theophilus ad Autolyc. lib. 3.

Res summa] Virgil. lib. 2. Æneid. fol. 230.

Quo res summa loco Pantheu.

Servius: *Res summa, est respublica, universus status.* Ennius

Summam servare decet rem.

Accius apud Nonium: *Quibus rem summam & patriam nostram, &c.*

Pag. 29 *Clodius, Flaminius, & Iunius*] Cicero de divinat. lib. 2. pag. 394. *Omni supplicio dignus Clodius & Iunius consules, qui contra auspicia navigarunt. Parendum enim fuit religioni, nec patrius mos tam contumaciter repudiandus.* Et paulò post: *Flaminius non paruit auspiciis, ideoque periit cum exercitu.*

Solistimum tripudium] Cicero de Divin. lib. 2. pag. 395. *Attulit in cavea pullos pullarius. Hæ sunt aves internuntia Iovis, quæ pascantur necne quid refert? Nihil ad auspicia: sed quia, cum pascuntur, necesse est*

aliquid

aliquid ex ore cadere & terram pavire, terripavium primo, post terripudium dictum est: hoc quidem jam tripudium dicitur. Cum igitur offa jam cecidit ex ore pulli, tum auspicium solistimum nuntiant. Et lib. 1. pag. 260. *Quod autem scriptum habetis tripudium fieri, si ex ea quid in solum ceciderit, hoc quoque coactum, quod dixi tripudium Solistimum dicitis.* Festus in *Solistimum.*

Regulus auguria servavit & captus est] Augustin. de civit. Dei lib. 1. cap. 15. lib. 3. cap. 18. Valer. Max. lib. 3. cap. 1. lib. 4. cap. 10. Orosius lib. 5. cap. 4.

Mancinus religionem tenuit & sub jugum missus est] Orosius lib. 5. cap. 4. Augustin. de civit. Dei lib. 3. cap. 21.

Pullos educes habuit Paulus] Cicero lib. 2. de Divinat. pag. 394. *Auspiciis Paulus paruit! Num minus cecidit in Cannensi pugna cum exercitu.* Florus lib. 2. cap. 6.

C. Cæsar] Cicero lib. 2. de Divin. pag. 390. *Quid ipse Cæsar, cum à summo haruspice moneretur, ne in Africam ante brumam transmitteret, nonne transmisit? quod ni fecisset unum in locum omnes adversariorum copiæ convenissent.* Suetonius Cæsare cap. 53. & 77. Xiphilinus fol. 154.

Post mortem Amphiaraus futura respondit] Hyginus fab. 70. 73. Scholiast. Horatii lib. 3. carm. Od. XVI. Pausanias Attic. fol. 33. Diodor. Siculus lib. 4. biblioth. fol. 267. Servius in 6. Æneid. fol. 423. Apollodor. biblioth. lib. 3. pag. 151. Athenag. apol. pro Christian. pag. 37. Statius lib. 1. Thebaid.

Qui proditus est ob monile ab uxore] Hieronym. adversus Iovinian. lib. 1. cap. 29. fol. 162. *Tradunt Eriphylam prodidisse Amphiaraum, & saluti viri monile aureum prætulisse.*

Tiresias cæcus futura videbat] Vide Tzetzen in Lycophron. Apollodor. lib. 3. biblioth. Hygin. fab. 75. Lactant. in Statii Thebaid. lib. 2. pag. 48. 49. & lib. 4. pag. 145.

De Pyrrho Ennius Apollinis Pythii responsa consinxit] Cicero lib. 2. de divinat. pag. 402. *Herodotum cur veraciorem ducam Ennio? Num minus ille potuit de Cræso, quam de Pyrrho fingere Ennius? quis enim est, qui credat, Apollinis ex oraculo Pyrrho esse responsum:*

Ajo te Æacida Romanos vincere posse.

Primum latinè Apollo nunquam locutus est. Deinde ista sors inaudita Græcis est. Præterea Pyrrhi temporibus jam Apollo versus facere desierat.

Demosthenes Φιλιππίζειν Pythiam querebatur] Cic. lib. 2. de Divin. pag. 402. *Demosthenes quidem, qui abhinc annos prope CCC. fuit, jam tum Φιλιππίζειν Pythiam dicebat, id est, quasi cum Philippo facere. Hoc*

autem eò spectabat, ut eam à Philippo corruptam diceret. Quo licet existimare, in aliis quoque oraculis Delphicis aliquid non sinceri fuisse.

Spiritus sunt insinceri] Prudent. in Vincentio Martyre pag. 172.

Adsunt & illic spiritus,
Sunt sed magistri criminum.
Vestræ & salutis aucupes
Vagi, impotentes, sordidi,
Qui vos latenter incitos,
In omne compellunt nefas.

Non desinunt perditi jam perdere] Lactant. lib 2. cap. 14. *Hi ut dico, spiritus contaminati, ac perditi per omnem terram vagantur; & solatium perditionis suæ perdendis hominibus operantur. Itaque omnia insidiis, fraudibus, dolis, erroribus complent.* Et cap. 16. Tertullian. Apol. cap. 22. Tacian. contra Græcos pag. 282.

Eos Spiritus Dæmonas esse] Lactant. lib. 1. cap. 14. *Poëtæ & sciunt esse Dæmonas & loquuntur. Hesiodus ita tradit:*

Οἱ μὲν δαίμονες εἰσὶ διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς
Ἐσθλοὶ ἐπιχθόνιοι φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

Quod iccirco dictum est; quoniam custodes eos humano generi Deus miserat, sed ipsi, cum sint perditores hominum, custodes tamen se videri volunt, ut ipsi colantur & Deus non colatur. Philosophi quoque de his dixerunt: nam Plato etiam naturas eorum in symposio exprimere conatus est. Et Socrates esse circa se assiduum dæmona loquebatur; qui sibi puero adhæsisset; cujus arbitrio & nutu sua vita regeretur.

Socrates ad arbitrium assidentis sibi Dæmonis negocia declinabat vel petebat] Chalcidius in Platonis Timæum pag. 112. *Socrati dicitur à pueris comes dæmon rerum agendarum præceptor fuisse, non ut hortaretur eum ad aliquem actum: sed ut prohiberet, quæ fieri non expedirent, propterea quoq; quæ in hominis potestate sunt, si per imprudentiam agantur, cum agi ea sit inutile, cladem afferunt: quod à Socrate arcebat benevolum numen.* Plato Eutyphro fol. 3. Apuleius de Deo Socratis. Xenophon lib. 4. Memorab. fol. 817. Tertullian. Apol. cap. 22. Gelasius de actis Concilii Nicæni pag. 18.

Magi quidquid miraculi ludunt, per dæmonas faciunt] Lactant. lib. 2. cap. 14. *Magorum ars omnis, ac potentia Dæmonum aspirationibus constat, à quibus invocati, visus hominum præstigiis obcæcantibus fallunt; ut non videant ea, quæ sunt; & videre se putent illa, quæ non sunt.* Vide Observat. nostras ad Arnob. lib. 1. pag. 26.

Pag. 30 *Hosthenes*] Hosthenis Magi meminit Apuleius Apolog. pag. 541.

Tacian.

Tatian. contra Græcos fol.283. Tertullian. de anima cap.57. Arnobius lib. 1. contra Gentes fol. 19. Augustin. lib.6. contra Donatistas cap.44.

Angelos ministros & nuncios Dei] Athenag.apol.pro Christian.pag. 30. Philo de plantatione Noë fol.140. & de somniis fol.398. Hieron. in Daniel. cap.14. Lactant. lib. 2. cap. 16. Theodor. contra Græcos orat.3.fol.52.

Plato Angelos sine negocio narrat] Tertullianus Apol. cap.22. *Angelos Plato non negavit.* Plato angelos nullibi nominat, sed officia angelorum narrat, quod superis nostra acta deferant tanquam ministri. Theodor. orat.4. de materia & mundo fol.61. Plato θεοὺς δὲ καὶ δαίμονας κέκληκεν, οὓς ἡμεῖς ἀγγέλους προσαγορεύομεν, καὶ τούτους γε λειτουργοὺς ἔφησεν εἶναι τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ. Vide Porphyr. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων lib.2.fol.31.

Substantiam inter mortalem, immortalemq;] Naturam dæmonum narrat Porphyrius περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων lib.2.fol.30. & seq.

Informari & illabi pectoribus humanis] Lactant. lib. 1. cap.14. *Qui quoniam sunt spiritus tenues & incomprehensibiles; insinuant se corporibus hominum; & occulte in visceribus operti valetudinem vitiant, morbos ciunt; somniis animas terrent; mentes furoribus quatiunt; ut homines his malis cogant ad eorum auxilia decurrere.*

Sub statuis & imaginibus consecratis delitescunt] Lactantius lib.2. cap. 15. & 16. Abdias de vitis Apostolorum lib. 9. Tertull. Apol. cap. 21. Chrysostom. in Psalm. 113. & 134. Gregorius PP. in Epist. ad Saxones Tom.2. Concil.fol.132.

Vitam turbant, somnos inquietant] Isidorus Hispalens. lib. 3. sentent. cap. 6. *Plerumque Dæmones in noctibus occurrentes humanos sensus per visiones conturbant, ut formidolosos & timidos faciant.* Tertull. Apol.cap.22. de anima cap.46. Diog. Laërtius in vita Pythagoræ pag.587. Augustin. de Trinit. lib. IV. cap.11. Et in quest. vet. & nov. Testamenti tom.4. quæst. 115. Burchardus Wormaciens. Episcop. lib.X. decret.cap.XLVI.

Irrepentes corporibus] Tacianus contra Græcos fol.284. οὐ θεραπεύουσι δαίμονες, τέχνῃ δὲ τοῦ ἀνθρώπους αἰχμαλωτεύουσι καὶ ὁ θαυμασιώτατος Ἰουστῖνος ὀρθῶς ἐξεφώνησεν ἐοικέναι τοῦ προειρημένους λησταῖς. ὥσπερ γὰρ ἐκείνοις ἔθος ἐστὶ ζωγρεῖν τινάς, εἶτα τοῦ αὐτοῦ μισθοῦ τοῖς οἰκείοις ἀποκαθιστᾶν: οὕτω καὶ οἱ νομιζόμενοι θεοὶ τοῖς τινῶν ὑποφοιτῶντες μέλεσιν, ἔπειτα δι' ὀνείρων τὴν εἰς αὐτοὺς πραγματευόμενοι δόξαν, δημοσίᾳ τε τοὺς τοιούτους προιέναι κελεύσαντες, πάντων ὁρώντων, ἐπειδὰν τῶν ἐγκοσμίων

ἀπο-

ἀπολαύσασιν, ἀποσάμβοι τῶν καμνόντων, ἰῶ ἐπεραγματεύσαντο νόσον ἀφιεράφοντες, τὰς ἀνθρώπους εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαθιστῶσιν. Id est: *Non sanant Dæmones, sed dolo capiunt homines, & rectè Iustinus ille maxima dignus admiratione, Dæmones latronibus esse similes edocuit. Siquidem ut illi vivos aliquos capere solent, deinde pacta mercede familiaribus eos restituere; sic etiam, qui à vobis existimantur Dii, quorundam membris hominum se insinuantes, deinde per somnum suam in illis gloriam fabricantes, in publicum prodire jubent, & in conspectu omnium, postquam desideratis ex mundo rebus se expleverunt, ab ægris avolant & morbum suo dolo productum obliterantes, pristinæ valetudini homines reddunt.*

Nidore altarium vel hostiis pecudum saginati] Porphyrius ἀπὸ ἀποχῆς ἐμψύχων lib. 2. fol. 23. δρᾷ μέντοι τῶν ἐναντίων καὶ ἡ πᾶσα γοητεία ἐκτελεῖται: τούτοις γὰρ μάλιστα ἐπὶ τὸν περὶ αὐτῶν ἐκπομῶσιν, οἱ τὰ κακὰ δρᾷ τῶν γοητειῶν δραπετεύοντες. πλήρεις γὰρ πάσης φαντασίας ὄντες καὶ ἀπατῆσαι ἱκανοὶ δρᾷ τερατουργίας, δρᾷ τούτων φίλτρα καὶ ἐρωτικὰ καταδουάζουσιν οἱ κακοδαίμονες: πᾶσα γὰρ ἀκολασία ἐπὶ πλούτων ἐλπὶς καὶ δόξης ὅθεν τούτων καὶ μάλιστα ἡ ἀπάτη: τὸ γὰρ ψεῦδος, τούτοις οἰκεῖον: βούλονται γὰρ εἶναι θεοὶ ἐν ἡ περὶ αὐτῶν δύναμις δοκεῖν θεὸς εἶναι ὁ μέγιστος, ὅτοι οἱ χαίροντες, λοιβῆτε, κνίσητε, δι' ὧν αὐτῶν τὸ πνευματικὸν παίνεται: Ζῇ γὰρ τοῦτο ἀτμοῖς καὶ ἀναθυμιάσεσι ἐποικίλως δρᾷ τῶν ποικίλων καὶ δυναμοῦται ταῖς ἐκ τῶν αἱμάτων ἐπὶ σαρκῶν κνίσαις. Id est, Bernhardo Feliciano interprete: *Per contrarios Dæmonas omnes etiam præstigiæ perficiuntur. Hos enim præcipuè & præsidentem ipsis venerantur, qui mala veneficiis & incantationibus procurant. Pleni enim spectris, imaginationibusq; sunt, & ad decipiendum prodigiosis fallaciis apti. Per hos illecebras & amatoria veneficia infelices homines conficiunt. Omnis enim intemperantia, omnis divitiarum spes & gloriæ per hos existit, & præcipuè deceptio; quippe cum mendacium ipsis proprium sit: cupiunt enim Dii haberi: & quæ præsidet ipsis potestas videri Deus esse maximus vult. Isti sunt, qui libatione & nidore oblectantur, quibus spirituale corpus ipsorum pinguescit. Vivit enim id vaporibus & suffimentis, & ex variis vario modo, nidoribusq; & sanguine, & carnibus corroboratur.* Lucian. de sacrificiis pag. 73. Firmic. de errore profan. religion. Athenag. Apol. pro Christian. pag. 33. & sequent. Origin. contra Celsum pag. 137. Nazian. orat. 1. in Iulian. pag. 300. Augustin. de civit. Dei lib. 3. cap. 20. Theodor. contra Græcos serm. 7. pag. 104. Euseb. præparat. Eccles. lib. 4. cap. 11.

Vt remissis quæ constrinxerant, curasse videantur] Tertullian. Apol. cap. 22. *Ludunt primo, dehinc remedia præcipiunt ad miraculum novæ,*

sive

sive contraria; post quæ desinunt lædere, & curasse creduntur. Hieron. in Nahum cap. 7. Burchard. Wormacienſ. Epiſcop. lib. x. decret. cap. 46.

Vates ſic inſaniunt, ſic bacchantur] Vide Obſervationes ad Arnobii lib. 1. pag. 1.

De ipſis etiam illa, ut Iuppiter repeteret ludos ex ſomnio] Tertullianus Apol. cap. 22. Lactantius lib. 2. cap. 6. Pag. 41

Tormentis verborum] Ita Bacchiarius de recipiendis lapſis dixit, *flagella verborum.* Firmicus de errore profan. relig. pag. 44. *ſermonis flagella.* Et Cyprian. ad Demetrianum: *tormenta verborum.*

Victi dolore eloquuntur quod ſunt] Firmic. de errore profan. relig. pag. 100. *Ecce dæmon eſt, quem colis, cum Dei & Chriſti ejus nomen audierit, contremiſcit, & ut interrogantibus nobis reſpondeat trepidantia verba, vix ſe colligit: adhærens homini laceratur, uritur, vapulat, & ſtatim de commiſſis ſceleribus confitetur.* Lactant. lib. 2. cap. 15. *Iuſtos autem, id eſt cultores Dei metuunt. Cujus nomine adjurati, de corporibus excedunt, quorum verbis, tanquam flagris verberati, non modò dæmonas ſe eſſe confitentur, ſed etiam nomina ſua edunt, illa, quæ in templis adorantur, & quod plerunque coram cultoribus ſuis faciunt, non utique in opprobrium religionis, ſed honoris ſui. Quia nec Deo, per quem adjurantur: nec juſtis, quorum voce torquentur, mentiri poſſunt. Itaque maximis ſæpè ululatibus editis, verberari ſe, & ardere, & jam, jamq; exire proclamant.* Et lib. v. cap. xxi. *Hi enim, quamdiu pax eſt in populo Dei fugitant juſtos & pavent: & cum corpora hominum occupant, animaſq; divexant: adjurantur ab his, & nomine Dei veri fugantur. Quo audito tremunt, exclamant, & uri ſe, verberariq; teſtantur; & interrogati, qui ſint, quando venerint, quomodo in hominem irrepſerint, confitentur, ſic extorti, & excruciati virtute divini numinis exulant. propter hæc verbera, & minas, ſanctos & juſtos viros ſemper oderunt. Et quia per ſe nocere his nihil poſſunt, publicis eos odiis perſequuntur, quos ſibi graves ſentiunt, exercentq; ſævitiam, quàm violentiſſimè poſſunt; ut aut eorum fidem minuant per dolorem: aut, ſi id efficere non quiverint, auferant omninò de terra; ne ſint, qui poſſint eorum nequitiam coërcere.*

Adjurati per Deum verum & ſolum] Id proprium munus fuit exorciſtarum. Firm. lib. 3. Aſtron. cap. 9. fol. 72. *Faciet exorciſtas & qui laborantes dæmonum incurſione homines, aptis remediis liberent.* Cyprianus Epiſt. 76. fol. 193. *Per exorciſtas voce humana & poteſtate divina flagellatur, & uritur, & torquetur diabolus.* Petrus Siculus pag. 57. οἱ λεγόμενοι ἐξορκισταὶ, ὡς ἐν ταῖς πλάξεσι τῶν ἀποστόλων γέγραπται,

ὅτι ἐξορκίζοντες τοὺς δαιμονιζομένους ἔλεγον: ἐξορκίζομεν ὑμᾶς τὸν Χριστὸν ὃν Παῦλος κηρύττει, ἐξέλθετε ἐκ τῶν ἀνθρώπων. οἱ δὲ δαίμονες τῷ φόβῳ τῆς ὀνομασίας Χριστοῦ, ἐφυγαδεύοντο. Cyprianus epist. 2. ad Donatum fol. 2. Hieron. in Matthæum lib. 2. cap. 12. Beda in collectan. tom. 3. fol. 565. In Lucam lib. 4. cap. XI. Rabanus Maurus de Institut. Clericorum lib. 1. cap. X. Concil. Carthaginense IV. cap. 7. Isidorus Hispalens. Orig. lib. 7. cap. 12. & de Offic. Ecclesiast. lib. 2. cap. 13. in epistola ad Leudefridum Cordubens. episcop.

Inserti mentibus imperitorum, odium nostri serunt occultè] Arnob. lib. 1. pag. 9. Lactant. lib. 5. cap. 21. Tertullian. Apol. cap. 22. Iustinus contra Triphonem.

Naturale est odisse quem times] Philostrat. in Heroicis fol. 695. Συγγενὲς γὰρ φόβῳ μῖσος. *Cognatum est timori odium.* Seneca de clement. lib. 1. cap. 12. de ira lib. 1. cap. 16.

Ne cognitos damnare possint] Videndus Tertull. Apolog. cap. 1.

Suscipiebamus] *Suscepti* sunt clientes. Salvian. de gubern. Dei lib. 5. *Ecce quæ sunt auxilia ac patrocinia majorum: nihil susceptis tribuunt, sed sibi.* Vidend. Wowerius in notis pag. 156. Lindenbruggius ad Ammianum lib. XVII. pag. 70.

Pag. 32 *Exercentes in his perversam quæstionem*] Pagani admotis tormentis Christianos cogebant ad inficiationem, contra omnium judiciorum rationem, tenoremque legum, quæ reum torqueri jubent, ut occulta crimina confiteatur, non ut confessa neget. Lex I. & IX. Digest. de quæstionibus. & lex IIX. cod. Iustiniani de repudiis. Paulus IC. lib. 5. Sententiar. tit. 14. Tertullian. Apol. cap. 2. *Cæteris negantibus adhibetis tormenta ad confitendum, solis Christianis ad negandum.* Et cap. VII. *Carnifici longe aliud munus in Christianos imperatis, non ut dicant, quæ faciunt, sed ut negent, quod sunt.* Cyprian. ad Demetrianum fol. 256. *Torquentur rei, qui se negant crimine, quo accusantur, teneri, ut facinoris veritas, quæ indice voce non promitur, dolore corporis exprimatur, Nunc verò cum spontè confitear ac clamem, & crebris ac repetitis identidem vocibus Christianum me esse contester, quid tormenta admoves confitenti. Torqueri debui si negarem.*

Vt de incestis, stupris, impiatis sacris, faterentur] Iustinus Martyr apolog. 1. pro Christian. fol. 39. ἤδη δὲ τοῦτο ἐνήργησαν οἱ φαῦλοι δαίμονες διὰ τινῶν πονηρῶν ἀνθρώπων πραχθῆναι. φονεύοντες γὰρ αὐτοὶ τινὰς ἐπὶ συκοφαντίᾳ τῇ εἰς ἡμᾶς, καὶ εἰς βασάνους εἵλκυσαν οἰκέτας τῶν ἡμετέρων, ἢ παῖδας, ἢ γύναια, καὶ δι' αἰκισμῶν φοβερῶν ἐξαναγκάζουσι καταιπεῖν

ταῦτα

ταῦτα τὰ μυθολογούμενα, ἃ αὐτοὶ φανερῶς πράττουσιν. *Iam verò & illud, ut à malis quibusdam hominibus fieret, pravi effecerunt genii. Nam ad sycophanticam adversus nos calumniam nonnullos necantes, ad tormenta protraxerunt nostrorum servos, aut pueros & mulierculas: ut per cruciatus horrendos & formidabiles, eorum quæ sermonibus vanis atque fabulosis feruntur, flagitiorum extorquerent confessionem, quæ flagitia ipsi manifesto faciunt.* Eusebius Ecclesiast. histor. lib. v. cap. 1. fol. XLIIX. Συνελαμβάνοντο δὲ καὶ ἐθνικοί τινες οἰκέται τῶν ἡμετέρων, ἐπεὶ δημοσίᾳ ἐκέλευσεν ὁ ἡγεμὼν ἀναζητεῖσθαι πάντας ἡμᾶς, οἵ καὶ κατ' ἐνέδραν τοῦ σατανᾶ, φοβηθέντες τὰς βασάνους ἃς σὺν ἁγίους ἔβλεπον πάσχοντας, τῶν στρατιωτῶν ἐπὶ τοῦτο παρορμώντων αὐτοὺς, κατεψεύσαντο ἡμῶν θυέστια δεῖπνα, καὶ οἰδιποδείους μίξεις, καὶ ὅσα μήτε λαλεῖν, μήτε νοεῖν θέμις ἡμῖν. ἀλλὰ μὴ δὴ πιστεύειν εἴ τι τοιοῦτο πώποτε παρὰ ἀνθρώποις ἐγένετο. τούτων δὲ φημισθέντων, πάντες ἀπεθηριώθησαν εἰς ἡμᾶς. ὥστε καὶ εἴ τινες τὸ πρότερον δι' οἰκειότητα ἐμετρίαζον, τότε μεγάλως ἐχαλέπαινον καὶ διεπρίοντο κατὰ ἡμῶν. Vertit Rufinus: *Accidit autem etiam servos comprehendi quorundam ex nostris paganos: quoniam quidem publicè jussum fuerat requiri omnes & teneri. Quiq; dæmonis instinctu, cum tormenta pertimescerent, quæ inferri sanctis videbant, monentibus se in hoc ipsum militibus, quibus ita fuerat præceptum, commenti sunt adversum nos, velut Thyesteas cœnas & incestæ Oedipia perpetrantes: & alia quæ nec proloqui aut cogitare nobis fas est. & qualia ne credere quidem possumus aliquando apud homines gesta. Quæ cum de nobis diffamata fuissent in vulgus, horrori maximo & execrationi apud omnes homines esse cœpimus, etiam apud eos, qui prius aliquid moderationis erga nos servandum esse censebant.* Et lib. 9. cap. v. fol. 101. ὧν τοῦτον ἐπιτελουμένων τὸν τρόπον, ἕτερος στρατοπεδάρχης, ὃν δοῦκα Ῥωμαῖοι προσαγορεύουσιν, ἀνὰ τὴν Δαμασκὸν τῆς φοινίκης ἐπίῤῥητα τινὰ γυναικάρια ἐξ ἀγορᾶς ἀνάρπαστα ποιήσας, βασάνους αὐταῖς ἐπιθήσειν ἠπείλει, λέγειν ἐγγράφως ἐπαναγκάζων, ὡς δὴ εἴησαν ποτὲ Χριστιαναὶ, συνειδεῖεν τε αὐτοῖς ἀθεμιτουργίας, ἐν αὐτοῖς τε τοῖς κυριακοῖς πράττειν αὐτοὺς τὰ ἀκόλαστα, καὶ ὅσα ἄλλα λέγειν αὐτὰς ἐπὶ διαβολῇ τοῦ δόγματος ἤθελον. ὧν καὶ οὗτος ἐν ὑπομνήμασι τὰς φωνὰς ἐντεθείσας, βασιλεῖ κοινοῦται· καὶ δὴ προστάξαντος, εἰς πᾶσαν πόλιν καὶ τόπον καὶ ταῦτα δημοσιοῦται τὰ γράμματα. Id est: *Cum verò hæc ita per omnē locum diligenti nequitia gererentur, dux Damasci cognita imperatoris sui erga Christianos libidine, & ei placere in talibus studens, indignissimas quasdā mulierculas de trivio conquisitas sisti sibi facit, & agitari in his plurimā quæstionem, per quam cogeret eas actis profiteri, fuisse se quondam Christianas; & scire quod inter ipsa mysteria eorum, spurca quædam & impura committerentur. Aliaque hujusmodi flagitia,*

quæ nec audire quidem bonus quisquam pateretur, mulierculas actis prosequi facit: eaq; conscripta ad imperatorem refert, & proponi ea nihilominus per singulas quasque urbes ac provincias jubet.

Et si quis infirmior malo pressus & victus] Lactant. lib. 5. cap. 9. *Si qui doloris vel mortis metu vel suapte perfidia, cœleste sacramentum deseruerint, & ad funesta sacrificia consenserint, eos laudant & honoribus mactant, ut eorum exemplo cæteros illiciant.*

Fama semper in sparsis mendaciis alitur] Hieronymus part. 2. Tract. 1. Epist. 8. ad Rufinum presbyterum: *Multum in utramque partem crebro fama mentitur: & tam de bonis mala, quam de malis bona, falsorum ora concelebrant.* Viden. Tertullian. apolog. cap. VIII.

Epona] Scholiastes Iuvenal. in Satyr. 8. v. 157. *Epona Dea mulionum est.* Iuvenalis ---- *jurat*

Solam Eponam, & facies olida ad præsepia pictas.

Istum locum in mente videtur habuisse Prudentius contra Unionitas. pag. 277.

Nemo Cloacinæ, aut Eponæ super astra deabus
Dat solium, quamvis olidam persolvat acerram.

Ita enim hi versus concipiuntur in tribus MSS. exemplaribus & vetusto codice, quem ante centum annos edidit Rudolphus Langius. Liber inscription. fol. 87. inscript. 4. & 5.

HERCULI. ET. EPONÆ. LEG. XXII. ANTONIANÆ. PP. F. AUGUST. PRO. SALUTE. IMP. CÆS. M. AUREL. ANTON. PII. FELICIS. INVICTI.

De capro etiam & homine mixtos Deos] Porphyrius περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. lib. 4. fol. 54. διὸ εἰς τὴν θεοποιΐαν, παρέλαβον πᾶν ζῶον καὶ ὁμοίως πῶ ἐν ἀνέμιξαν θηρίων καὶ ἀνθρώπου. καὶ πάλιν ὀρνέων σώματα καὶ ἀνθρώπου. εἴκασται γὰρ παρ' αὐτοῖς τὶς μέχρι τραχήλου ἀνθρωποειδὴς. τὸ δὲ πρόσωπον ὀρνέου ἢ λέοντος ἢ ἄλλου τινὸς ζώου κεκτημένος, καὶ πάλιν αὖ κεφαλὴ ἀνθρώπειος καὶ ἄλλων τινῶν ζώων μέρη. Id est: *Ad Deorum fabricam omne animal una cum homine ÆGYPTII assumpserunt: in qua & pecudum & hominis, & avium item & hominis corpora commiscuere. Singulæ apud ipsos Deorum statuæ vel usque ad collum humanam speciem præferunt, faciem verò vel avis, vel leonis vel alicujus alterius animalis impositam habent: vel è contrario capiti humano subjectum alterius animalis corpus præmonstrant.*

Leonum vultu Deos dicatis] Arnobius lib. 6. pag. 116. *Inter Deos videmus vestros leones torvissima facie.* Tertullian. Apolog. cap. 16. *Illi debebant adorare statim biforme numen, quia & canino & leonino capite*

pite commistos, & de capro & de ariete cornutos, & à lumbis hircos, & à cruribus serpentes, & planta vel tergo alites Deos receperunt. Porphyr. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων lib. 4. fol. 54. Ὅθεν καὶ ὁ λέων ὡς θεὸς θρησκεύεται. καὶ μέχρι τῆς Λιγύπτου ὁ καλοῦσι νομὸν, ἐπώνυμον ἔχει Λεοντοπολίτου, ἄλλο δὲ Βουσελίτου, ἄλλο Λυκοπολίτου.

Apim Deum cum Ægyptiis adoratis] Libanius Sophist. in encomio bovis fol. 96. βοῦς Αἰγυπτίοις ἐστὶ θεὸς, ἐλπὶς παρ' αὐτοῖς ὁ Ἆπις ὅσα περ πρὸς ἕλληνιν ὁ Ζεύς τε καὶ ἄλλοι θεοί. Porphyr. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων lib. 4. fol. 54. & sequent. Ælianus lib. x. de histor. animal. cap. 20. Hieronym. in Ioël cap. 3. Eusebius præparat. Eccles. lib. 2. cap. 1. Nazian. orat. 2. in Iulian. & orat. 24. in Ægyptior. adventum. Philo de vita contemplativa fol. 610. in Decalogo. fol. 516. Theophil. ad Autolyc. lib. 1. fol. 308. Iuvenal. satyr. xv. Basilius Seleuciæ Episcop. in Noëmum orat. VI. Athanasius contra gentes fol. 20. Anaxandrides apud Athenæum lib. 7. fol. 299. Prudent. lib. 2. contra Symmach.

Quorum aliquem Deum si quis occiderit etiam capite punitur] Herodot. Euterpe fol. 129. τὸ δὲ ἂν τις τῶν θηρίων τούτων ἀποκτείνῃ, ἐὼν μὲν ἑκὼν, θανάτῳ ἡ ζημίη. ἐὼν δὲ ἄεκων, ἀποτίνειν ζημίην τὴν ἂν οἱ ἱρέες τάξωντι. ὃς δὲ ἂν ἴβιν ἢ ἱέρακα ἀποκτείνῃ, ἐών τε ἑκὼν, ἐών τε ἄεκων, τεθνάναι ἀνάγκη. Mela de situ orbis lib. 1. cap. 9. *Ægyptii colunt effigies multorum animalium, atque ipsa magis animalia, adeo ut quædam eorum per imprudentiam interemisse capitale sit.*

Ceparum acrimonias metuunt] Chrysost. in Genes. cap. 1. homil. VII. fol. 39. *Multi gentiles sic erraverunt, & in tantum stuporem & amentiam inciderunt, ut & cepe, & allia, & his viliora adorarint.* Iuvenal. satyr. xv. ℣. 1x.

Porrum & cepe nefas violare & frangere morsu;
O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis
Numina.

Prudentius in Romano martyre pag. 214.

Venerem precaris? compreca & simiam.
Placet sacratus aspis Æsculapii:
Crocodilus, Ibis & canes cur displicent?
Adpone porris religiosas arulas,
Venerare acerbum Cepe, mordax Allium.
Fuliginosi thure placantur Lares,
Et respuuntur consecrata holuscula,
Aut unde major esse majestas focis,

fol. 85. Virgil. lib. 3. Æneid. fol. 302. Philargyrius in 3. Georg. Dio Chryſoſt. Orat. 37. fol. 457.

Samia] Athenæus Deipnoſ. lib. 15. fol. 672. Origin. lib. 4. contra Celſum. Iſidorus orig. lib. 8. cap. 11. Pauſanias Achaic. fol. 209. Eliacis fol. 160.

Pœna] Id eſt, *Carthaginenſis*.

Diana Taurica] Pauſanias Atticis fol. 19. Achaicis fol. 225.

Ægyptia illa non numina ſed portenta] *Ægyptum* Sarisberienſis lib. 1. de nugis curial. cap. x. *matrem ſuperſtitionis* appellat. Hieron. in Eſaiam cap. 46. fol. 149. *Nulla gens ita idololatriæ dedita fuit, & tam innumerabilia portenta venerata eſt, quam Ægyptus.* Vide Obſervationes noſtras ad Arnob. lib. 1. fol. 15.

Inter aras & delubra ſtupra conducuntur] Athanaſius contra gentes fol. 21. Γυναῖκες γοῦν ἐν εἰδώλοις τῆς Φοινίκης πάλαι προεκαθέζοντο, ἀπαρχόμεναι τοῖς ἐκεῖ θεοῖς ἑαυτῶν τὸν τοῦ σώματος αὐτῶν μισθαρνίαν, νομίζουσαι τῇ πορνείᾳ τὸν θεὸν ἑαυτῶν ἱλάσκεσθαι, ἐξ οὗ δὲ εἰς δύμφυσιν ἄγλυ αὐτοῖς δι' αὐτῶν. Id eſt: *Olim Phœniſſæ mulieres ante idola proſtituebantur, dedicantes numinibus ſuum quæſtum, perſuaſæ meretricatu ea propitiari, ac proſperitatem rerum inde naſci.* Euſebius de vita Conſtantini lib. 3. cap. 53. Rufin. lib. 11. Eccleſiaſt hiſtor. cap. 75. de templo Serapidis. Sueton. Tiberio cap. 44. Iuvenal. Satyr. 6. Tertullian. Apol. cap. 15. Pauſan. Achaic. fol. 275. Ioſeph. antiquit. Iudaic. lib. XVIII. cap. VII.

Diu regna tenuerunt Aſſyrii, Medi, Perſæ] Tertullian. Apolog. cap. 26. Euſeb. de præp. Eccleſ. lib. 10. cap. 18. Theophilus ad Autolyc. lib. 3.

Res ſumma] Virgil. lib. 2. Æneid. fol. 230.

Quo res ſumma loco Pantheu.

Servius: *Res ſumma, eſt reſpublica, univerſus ſtatus.* Ennius

Summam ſervare decet rem.

Accius apud Nonium: *Quibus rem ſummam & patriam noſtram, &c.*

Pag. 29 *Clodius, Flaminius, & Iunius*] Cicero de divinat. lib. 2. pag. 394. *Omni ſupplicio dignus Clodius & Iunius conſules, qui contra auſpicia navigarunt. Parendum enim fuit religioni, nec patrius mos tam contumaciter repudiandus.* Et paulò poſt: *Flaminius non paruit auſpiciis, ideoque periit cum exercitu.*

Soliſtimum tripudium] Cicero de Divin. lib. 2. pag. 395. *Attulit in cavea pullos pullarius. Hæ ſunt aves interuntiæ Iovis, quæ paſcantur pecne quid refert? Nihil ad auſpicia: ſed quia, cum paſcuntur, neceſſe eſt*

aliquid

aliquid ex ore cadere & terram pavire, terripavium primo, post terripudium dictum est: hoc quidem jam tripudium dicitur. Cum igitur offa jam cecidit ex ore pulli, tum auspicium solistimum nuntiant. Et lib. 1. pag. 260. *Quod autem scriptum habetis tripudium fieri, si ex ea quid in solum ceciderit, hoc quoque coactum, quod dixi tripudium Solistimum dicitis.* Festus in *Solistimum.*

Regulus auguria servavit & captus est] Augustin. de civit. Dei lib. 1. cap. 15. lib. 3. cap. 18. Valer. Max. lib. 3. cap. 1. lib. 4. cap. 10. Orosius lib. 5. cap. 4.

Mancinus religionem tenuit & sub jugum missus est] Orosius lib. 5. cap 4. Augustin. de civit. Dei lib. 3. cap. 21.

Pullos edaces habuit Paulus] Cicero lib. 2. de Divinat. pag. 394. *Auspiciis Paulus paruit! Num minus cecidit in Cannensi pugna cum exercitu.* Florus lib. 2. cap. 6.

C. Cæsar] Cicero lib. 2. de Divin. pag. 390. *Quid ipse Cæsar, cum à summo haruspice moneretur, ne in Africam ante brumam transmitteret, nonne transmisit? quod ni fecisset unum in locum omnes adversariorum copiæ convenissent.* Suetonius Cæsare cap. 53. & 77. Xiphilinus fol. 154.

Post mortem Amphiaraus futura respondit] Hyginus fab. 70. 73. Scholiast. Horatii lib. 3. carm. Od. XVI. Pausanias Attic. fol. 33. Diodor. Siculus lib. 4. biblioth. fol. 267. Servius in 6. Æneid. fol. 423. Apollodor. biblioth. lib. 3. pag. 151. Athenag. apol. pro Christian. pag. 37. Statius lib. 1. Thebaid.

Qui proditus est ob monile ab uxore] Hieronym. adversus Iovinian. lib. 1. cap. 29. fol. 162. *Tradunt Eriphylam prodidisse Amphiaraum, & saluti viri monile aureum pretulisse.*

Tiresias cæcus futura videbat] Vide Tzetzen in Lycophron. Apollodor. lib. 3. biblioth. Hygin. fab. 75. Lactant. in Statii Thebaid. lib. 2. pag. 48. 49. & lib. 4. pag. 145.

De Pyrrho Ennius Apollinis Pythii responsa consinxit] Cicero lib. 2. de divinat. pag. 402. *Herodotum cur veraciorem ducam Ennio? Num minus ille potuit de Crœso, quam de Pyrrho fingere Ennius? quis enim est, qui credat, Apollinis ex oraculo Pyrrho esse responsum:*

Ajo te Æacida Romanos vincere posse.

Primum latinè Apollo nunquam locutus est. Deinde ista sors inaudita Græcis est. Præterea Pyrrhi temporibus jam Apollo versus facere desierat.

Demosthenes Φιλιππίζειν Pythiam querebatur] Cic. lib. 2. de Divin. pag. 402. *Demosthenes quidem, qui abhinc annos prope CCC. fuit, jam tum Φιλιππίζειν Pythiam dicebat, id est, quasi cum Philippo facere. Hoc*

autem eò spectabat, ut eam à Philippo corruptam diceret. Quo licet existimare, in aliis quoque oraculis Delphicis aliquid non sinceri fuisse.

Spiritus sunt insinceri] Prudent. in Vincentio Martyre pag. 172.

Adsunt & illic spiritus,
Sunt sed magistri criminum,
Vestræ & salutis aucupes
Vagi, impotentes, sordidi,
Qui vos latenter incitos,
In omne compellunt nefas.

Non desinunt perditi jam perdere] Lactant. lib 2. cap. 14. *Hi ut dico, spiritus contaminati, ac perditi per omnem terram vagantur; & solatium perditionis suæ perdendis hominibus operantur. Itaque omnia insidiis, fraudibus, dolis, erroribus complent.* Et cap. 16. Tertullian. Apol. cap. 22. Tacian. contra Græcos pag. 282.

Eos Spiritus Dæmonas esse] Lactant. lib. 1. cap. 14. *Poëtæ & sciunt esse Dæmonas & loquuntur. Hesiodus ita tradit:*

Οἱ μὲν δαίμονες εἰσὶ διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς
Ἐσθλοὶ ἐπιχθόνιοι φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

Quod iccirco dictum est; quoniam custodes eos humano generi Deus miserat, sed ipsi, cum sint perditores hominum, custodes tamen se videri volunt, ut ipsi colantur & Deus non colatur. Philosophi quoque de his dixerunt: nam Plato etiam naturas eorum in symposio exprimere conatus est. Et Socrates esse circa se assiduum dæmona loquebatur; qui sibi puero adhæsisset; cujus arbitrio & nutu sua vita regeretur.

Socrates ad arbitrium assidentis sibi Dæmonis negocia declinabat vel petebat] Chalcidius in Platonis Timæum pag. 112. *Socrati dicitur à pueris comes dæmon rerum agendarum præceptor fuisse, non ut hortaretur eum ad aliquem actum: sed ut prohiberet, quæ fieri non expedirent, propterea quoq; quæ in hominis potestate sunt, si per imprudentiam agantur, cum agi ea sit inutile, cladem afferunt: quod à Socrate arcebat benevolum numen.* Plato Eutyphro fol. 3. Apuleius de Deo Socratis. Xenophon lib. 4. Memorab. fol. 817. Tertullian. Apol. cap. 22. Gelasius de actis Concilii Nicæni pag. 18.

Magi quidquid miraculi ludunt, per dæmonas faciunt] Lactant. lib. 2. cap. 14. *Magorum ars omnis, ac potentia Dæmonum aspirationibus constat, à quibus invocati, visus hominum præstigiis obcæcantibus fallunt; ut non videant ea, quæ sunt; & videre se putent illa, quæ non sunt:* Vide Observar. nostras ad Arnob. lib. 1. pag. 26.

Pag. 30 *Hosthenes*] Hosthenis Magi meminit Apuleius Apolog. pag. 541.

Tacian.

Tatian. contra Græcos fol.283. Tertullian. de anima cap.57. Arnobius lib. 1. contra Gentes fol. 19. Augustin. lib.6. contra Donatistas cap.44.

Angelos ministros & nuncios Dei] Athenag. apol. pro Christian. pag. 30. Philo de plantatione Noë fol.140. & de somniis fol.398. Hieron. in Daniel. cap.14. Lactant. lib. 2. cap. 16. Theodor. contra Græcos orat. 3. fol.52.

Plato Angelos sine negocio narrat] Tertullianus Apol. cap.22. *Angelos Plato non negavit.* Plato angelos nullibi nominat, sed officia angelorum narrat, quod superis nostra acta deferant tanquam ministri. Theodor. orat.4. de materia & mundo fol.61. Plato θεοὺς δὲ καὶ δαίμονας κέκληκεν, οὓς ἡμεῖς ἀγγέλους προσαγορεύομεν, καὶ τούτους γε λειτουργοὺς ἔφησεν εἶναι τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ. Vide Porphyr. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων lib.2. fol.31.

Substantiam inter mortalem, immortalemq;] Naturam dæmonum narrat Porphyrius περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων lib.2. fol. 30. & seq.

Informari & illabi pectoribus humanis] Lactant. lib. 1. cap.14. *Qui quoniam sunt spiritus tenues & incomprehensibiles; insinuant se corporibus hominum; & occulte in visceribus operti valetudinem vitiant: morbos ciunt; somniis animas terrent: mentes furoribus quatiunt; ut homines his malis cogant ad eorum auxilia decurrere.*

Sub statuis & imaginibus consecratis delitescunt] Lactantius lib.2. cap. 15. & 16. Abdias de vitis Apostolorum lib. 9. Tertull. Apol. cap. 21. Chrysostom. in Psalm. 113. & 134. Gregorius PP. in Epist. ad Saxones Tom.2. Concil. fol.132.

Vitam turbant, somnos inquietant] Isidorus Hispalens. lib. 3. sentent. cap. 6. *Plerumque Dæmones in noctibus occurrentes humanos sensus per visiones conturbant, ut formidolosos & timidos faciant.* Tertull. Apol. cap.22. de anima cap.46. Diog. Laërtius in vita Pythagoræ pag.587. Augustin. de Trinit. lib. IV. cap.11. Et in quest. vet. & nov. Testamenti tom.4. quæst. 115. Burchardus Wormaciens. Episcop. lib.X. decret. cap. XLVI.

Irrepentes corporibus] Tacianus contra Græcos fol.284. οὐ θεραπεύουσι δαίμονες, τέχνῃ δὲ τοὺς ἀνθρώπους αἰχμαλωτεύουσι καὶ ὁ θαυμασιώτατος Ἰουστῖνος ὀρθῶς ἐξεφώνησεν ἐοικέναι τοὺς προειρημένους λῃστῶς. ὥσπερ γὰρ ἐκείνοις ἔθος ἐστὶ ζωγρεῖν τινάς, εἶτα τοὺς αὐτοὺς μισθοῦ τοῖς οἰκείοις ἀποκαθιστᾶν: οὕτω καὶ οἱ νομιζόμενοι θεοὶ τοῖς τινῶν ὑποφοιτῶντες μέλεσιν, ἔπειτα δι' ὀνείρων τὴν εἰς αὐτοὺς πραγματευόμενοι δόξαν, δημοσίᾳ τε τοὺς τοιούτους προιέναι κελεύσαντες, πάντων ὁρώντων, ἐπειδὰν τῶν ἐγκοσμίων ἀπο-

ἀπολαύσωσιν, ἀποστάμενοι τῶν καμνόντων, ἣν ἐπραγματεύσαντο νόσον περιγράφοντες, τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαθιστῶσιν. Id est: *Non sanant Dæmones, sed dolo capiunt homines, & rectè Iustinus ille maxima dignus admiratione, Dæmones latronibus esse similes edocuit. Siquidem ut illi vivos aliquos capere solent, deinde pacta mercede familiaribus eos restituere; sic etiam, qui à vobis existimantur Dii, quorundam membris hominum se insinuantes, deinde per somnum suam in illis gloriam fabricantes, in publicum prodire jubent, & in conspectu omnium, postquam desideratis ex mundo rebus se expleverunt, ab ægris avolant & morbum suo dolo productum obliterantes, pristinæ valetudini homines reddunt.*

Nidore altarium vel hostiis pecudum saginati] Porphyrius περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων lib. 2. fol. 23. διὰ μέντοι τῶν ἐναντίων καὶ ἡ πᾶσα γοητεία ἐκτελεῖται: τούτοις γὰρ μάλιστα καὶ τὸν προεστῶτα αὐτῶν ἐκτιμῶσιν, οἱ τὰ κακὰ διὰ τῶν γοητειῶν διαπραττόμενοι. πλήρεις γὰρ πάσης φαντασίας οὗτοι καὶ ἀπατῆσαι ἱκανοὶ διὰ τερατουργίας, διὰ τούτων φίλτρα καὶ ἐρωτικὰ κατασκευάζουσιν οἱ κακοδαίμονες: πᾶσα γὰρ ἀκολασία καὶ πλούτων ἐλπὶς καὶ δόξης ἐπὶ τούτων καὶ μάλιστα ἡ ἀπάτη: τὸ γὰρ ψεῦδος, τούτοις οἰκεῖον: βούλονται γὰρ εἶναι θεοὶ ἐν ἡ προεστῶσα αὐτῶν δύναμις δοκεῖν θεὸς εἶναι ὁ μέγιστος, οὗτοι οἱ χαίροντες, λοιβῇτε, κνίσσῃτε, δι' ὧν αὐτῶν τὸ πνευματικὸν πιαίνεται: Ζῇ γὰρ τοῦτο ἀτμοῖς καὶ ἀναθυμιάσεσι καὶ ποικίλως διὰ τῶν ποικίλων καὶ δυναμοῦται ταῖς ἐκ τῶν αἱμάτων καὶ σαρκῶν κνίσσαις. Id est, Bernhardo Feliciano interprete: *Per contrarios Dæmonas omnes etiam præstigiæ perficiuntur. Hos enim præcipuè & præsidentem ipsis venerantur, qui mala veneficiis & incantationibus procurant. Pleni enim spectris, imaginationibusq; sunt, & ad decipiendum prodigiosis fallaciis apti. Per hos illecebras & amatoria veneficia infelices homines conficiunt. Omnis enim intemperantia, omnis divitiarum spes & gloriæ per hos existit, & præcipuè deceptio; quippe cum mendacium ipsis proprium sit: cupiunt enim Dii haberi: & quæ præsidet ipsis potestas videri Deus esse maximus vult. Isti sunt, qui libatione & nidore oblectantur, quibus spirituale corpus ipsorum pinguescit. Vivit enim id vaporibus & suffimentis, & ex variis vario modo, nidoribusq; & sanguine, & carnibus corroboratur.* Lucian. de sacrificiis pag. 73. Firmic. de errore profan. religion. Athenag. Apol. pro Christian. pag. 33. & sequent. Origin. contra Celsum pag. 137. Nazian. orat. 1. in Iulian. pag. 300. Augustin. de civit. Dei lib. 3. cap. 20. Theodor. contra Græcos serm. 7. pag. 104. Euseb. præparat. Eccles. lib. 4. cap. 11.

Vt remissis quæ constrinxerant, curasse videantur] Tertullian. Apol. cap. 22. *Lædunt primo, dehinc remedia præcipiunt ad miraculum nova,*

sive

sive contraria; post quæ desinunt lædere, & curasse creduntur. Hieron. in Nahum cap. 7. Burchard. Wormacienſ. Epiſcop. lib. x. decret. cap. 46.

Vates ſic inſaniunt, ſic bacchantur] Vide Obſervationes ad Arnobii lib. 1. pag. 1.

De ipſis etiam illa, ut Iuppiter repeteret ludos ex ſomnio] Tertullianus Apol. cap. 22. Lactantius lib. 2. cap. 6. Pag. 41

Tormentis verborum] Ita Bacchiarius de recipiendis lapſis dixit, *flagella verborum*. Firmicus de errore profan. relig. pag. 44. *ſermonis flagella*. Et Cyprian. ad Demetrianum: *tormenta verborum*.

Victi dolore eloquuntur quod ſunt] Firmic. de errore profan. relig. pag. 100. *Ecce dæmon eſt, quem colis, cum Dei & Chriſti ejus nomen audierit, contremiſcit, & ut interrogantibus nobis reſpondeat trepidantia verba, vix ſe colligit: adhærens homini laceratur, uritur, vapulat, & ſtatim de commiſſis ſceleribus confitetur.* Lactant. lib. 2. cap. 15. *Iuſtos autem, id eſt cultores Dei metuunt. Cujus nomine adjurati, de corporibus excedunt, quorum verbis, tanquam flagris verberati, non modò dæmonas ſe eſſe confitentur, ſed etiam nomina ſua edunt, illa, quæ in templis adorantur, & quod plerunque coram cultoribus ſuis faciunt, non utique in opprobrium religionis, ſed honoris ſui. Quia nec Deo, per quem adjurantur: nec juſtis, quorum voce torquentur, mentiri poſſunt. Itaque maximis ſæpè ululatibus editis, verberari ſe, & ardere, & jam, jamq; exire proclamant.* Et lib. v. cap. XXI. *Hi enim, quamdiu pax eſt in populo Dei fugitant juſtos & pavent: & cum corpora hominum occupant, animaſq; divexant: adjurantur ab his, & nomine Dei veri fugantur. Quo audito tremunt, exclamant, & uri ſe, verberariq; teſtantur; & interrogati, qui ſint, quando venerint, quomodo in hominem irrepſerint, confitentur, ſic extorti, & excruciati virtute divini numinis exulant. propter hæc verbera, & minas, ſanctos & juſtos viros ſemper oderunt. Et quia per ſe nocere his nihil poſſunt, publicis eos odiis perſequuntur, quos ſibi graves ſentiunt, exercentq; ſævitiam, quàm violentiſſimè poſſunt; ut aut eorum fidem minuant per dolorem: aut, ſi id efficere non quiverint, auferant omninò de terra; ne ſint, qui poſſint eorum nequitiam coërcere.*

Adjurati per Deum verum & ſolum] Id proprium munus fuit exorciſtarum. Firm. lib. 3. Aſtron. cap. 9. fol. 72. *Faciet exorciſtas & qui laborantes dæmonum incurſione homines, aptis remediis liberent.* Cyprianus Epiſt. 76. fol. 193. *Per exorciſtas voce humana & poteſtate divina flagellatur, & uritur, & torquetur diabolus.* Petrus Siculus pag. 57. οἱ λεγόμενοι ἐξορκισταὶ, ὡς ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων γέγραπται,

ὅτι ἐξορκίζοντες τοὺς δαιμονιζομένους ἔλεγον: ἐξορκίζομεν ὑμᾶς τὸν Χριστὸν ὃν Παῦλος κηρύττει, ἐξέλθετε ἐκ τῶν ἀνθρώπων. οἱ δὲ δαίμονες τῷ φόβῳ τῆς ὀνομασίας Χριστοῦ, ἐφυγαδεύοντο. Cyprianus epist. 2. ad Donatum fol. 2. Hieron. in Matthæum lib. 2. cap. 12. Beda in collectan. tom. 3. fol. 565. In Lucam lib. 4. cap. XI. Rabanus Maurus de Institut. Clericorum lib. 1. cap. X. Concil. Carthaginense IV. cap. 7. Isidorus Hispalens. Orig. lib. 7. cap. 12. & de Offic. Ecclesiast. lib. 2. cap. 13. in epistola ad Leudefridum Cordubens. episcop.

Inserti mentibus imperitorum, odium nostri serunt occultè] Arnob. lib. 1. pag. 9. Lactant. lib. 5. cap. 21. Tertullian. Apol. cap. 22. Iustinus contra Triphonem.

Naturale est odisse quem times] Philostrat. in Heroicis fol. 695. Συγγενὲς γὰρ φόβῳ μῖσος. *Cognatum est timori odium.* Seneca de clement. lib. 1. cap. 12. de ira lib. 1. cap. 16.

Ne cognitos damnare possint] Videndus Tertull. Apolog. cap. 1.

Suscipiebamus] *Suscepti* sunt clientes. Salvian. de gubern. Dei lib. 5. *Ecce quæ sunt auxilia ac patrocinia majorum: nihil susceptis tribuunt, sed sibi.* Vidend. Wowerius in notis pag. 156. Lindenbruggius ad Ammianum lib. XVII. pag. 70.

Pag. 32 *Exercentes in his perversam quæstionem*] Pagani admotis tormentis Christianos cogebant ad inficiationem, contra omnium judiciorum rationem, tenoremque legum, quæ reum torqueri jubent, ut occulta crimina confiteatur, non ut confessa neget. Lex I. & IX. Digest. de quæstionibus. & lex IIX. cod. Iustiniani de repudiis. Paulus IC. lib. 5. Sententiar. tit. 14. Tertullian. Apol. cap. 2. *Cæteris negantibus adhibetis tormenta ad confitendum, solis Christianis ad negandum.* Et cap. VII. *Carnifici longe aliud munus in Christianos imperatis, non ut dicant, quæ faciunt, sed ut negent, quod sunt.* Cyprian. ad Demetrianum fol. 256. *Torquentur rei, qui se negant crimine, quo accusantur, teneri, ut facinoris veritas, quæ indice voce non promitur, dolore corporis exprimatur, Nunc verò cum spontè confitear ac clamem, & crebris ac repetitis identidem vocibus Christianum me esse contester, quid tormenta admoves confitenti. Torqueri debui si negarem.*

Vt de incestis, stupris, impiatis sacris, faterentur] Iustinus Martyr apolog. 1. pro Christian. fol. 39. ἤδη δὲ τοῦτο ἐνήργησαν οἱ φαῦλοι δαίμονες διὰ τινῶν πονηρῶν ἀνθρώπων πραχθῆναι. φονεύοντες γὰρ αὐτοὶ τινὰς ἐπὶ συκοφαντίᾳ τῇ εἰς ἡμᾶς, καὶ εἰς βασάνους εἵλκυσαν οἰκέτας τῶν ἡμετέρων, ἢ παῖδας, ἢ γύναια, καὶ δι' αἰκισμῶν φοβερῶν ἐξαναγκάζουσι κατειπεῖν

ταῦτα

ταῦτα τὰ μυθολογούμενα, ἃ αὐτοὶ φανερῶς πράττουσιν. *Iam verò & illud, ut à malis quibusdam hominibus fieret, pravi effecerunt genii. Nam ad sycophanticam adversus nos calumniam nonnullos necantes, ad tormenta protraxerunt nostrorum servos, aut pueros & mulierculas: ut per cruciatus horrendos & formidabiles, eorum quæ sermonibus vanis atque fabulosis feruntur, flagitiorum extorquerent confessionem, quæ flagitia ipsi manifesto faciunt.* Eusebius Ecclesiast. histor. lib. v. cap. 1. fol. XLIIX. Συνελαμβάνοντο δὲ καὶ ἐθνικοί τινες οἰκέται τῶν ἡμετέρων, ἐπεὶ δημοσίᾳ ἐκέλευσεν ὁ ἡγεμὼν ἀναζητεῖσθαι πάντας ἡμᾶς, οἳ καὶ κατ' ἐνέδραν τοῦ σατανᾶ, φοβηθέντες τὰς βασάνους ἃς τοῦ ἁγίους ἔβλεπον πάσχοντας, τῶν στρατιωτῶν ἐπὶ τοῦτο παρορμώντων αὐτοὺς, κατεψεύσαντο ἡμῶν θυέστια δεῖπνα, καὶ οἰδιποδείους μίξεις, καὶ ὅσα μήτε λαλεῖν, μήτε νοεῖν θέμις ἡμῖν. ἀλλὰ μὴ δὴ πιστεύειν εἴ τι τοιοῦτο πώποτε παρὰ ἀνθρώποις ἐγένετο. τούτων δὴ φημισθέντων, πάντες ἀπεθηριώθησαν εἰς ἡμᾶς. ὥστε καὶ εἴ τινες τὸ πρότερον δι' οἰκειότητα ἐμετρίαζον, τότε μεγάλως ἐχαλέπαινον καὶ διεπρίοντο κατὰ ἡμῶν. Vertit Rufinus: *Accidit autem etiam servos comprehendi quorundam ex nostris paganos: quoniam quidem publicè jussum fuerat requiri omnes & teneri. Quiq; dæmonis instinctu, cum tormenta pertimescerent, quæ inferri sanctis videbant, monentibus se in hoc ipsum militibus, quibus ita fuerat præceptum, commenti sunt adversum nos, velut Thyesteas cœnas & incestæ Oedipia perpetrantes: & alia quæ nec proloqui aut cogitare nobis fas est. & qualia ne credere quidem possumus aliquando apud homines gesta. Quæ cum de nobis diffamata fuissent in vulgus, horrori maximo & execrationi apud omnes homines esse cœpimus, etiam apud eos, qui prius aliquid moderationis erga nos servandum esse censebant.* Et lib. 9. cap. v. fol. 101. ὧν τοῦτον ἐπιτελουμένων τὸν τρόπον, ἕτερος στρατοπεδάρχης, ὃν δοῦκα Ῥωμαῖοι προσαγορεύουσιν, ἀνὰ τὴν Δαμασκὸν τῆς φοινίκης ἐπιόρητα τινὰ γυναικάρια ἐξ ἀγορᾶς ἀνάρπαστα ποιήσας, βασάνους αὐταῖς ἐπιθήσειν ἠπείλει, λέγειν ἐγγράφως ἐπαναγκάζων, ὡς δὴ εἴησαν ποτὲ Χριστιαναὶ, συνειδεῖεν τε αὐτοῖς ἀθεμιτουργίας, ἐν αὐτοῖς τε τοῖς κυριακοῖς πράττειν αὐτοὺς τὰ ἀκόλαστα, καὶ ὅσα ἄλλα λέγειν αὐτὰς ἐπὶ διαβολῇ τοῦ δόγματος ἤθελον. ὧν καὶ οὗτος ἐν ὑπομνήμασι τὰς φωνὰς ἐντεθείσας, βασιλεῖ κοινοῦται. καὶ δὴ προστάξαντος, εἰς πᾶσαν πόλιν καὶ τόπον καὶ ταῦτα δημοσιοῦται τὰ γράμματα. Id est: *Cum verò hæc ita per omnē locum diligenti nequitia gererentur, dux Damasci cognita imperatoris sui erga Christianos libidine, & ei placere in talibus studens, indignissimas quasdā mulierculas de trivio conquisitas sisti sibi facit, & agitari in his plurimā quæstionem, per quam cogeret eas actis profiteri, fuisse se quondam Christianas: & scire quod inter ipsa mysteria eorum, spurca quædam & impura committerentur. Aliaque hujusmodi flagitia,*

quæ nec audire quidem bonis quisquam pateretur, mulierculas actis prosequi facit: eaq; conscripta ad imperatorem refert, & proponi eas nihilominus per singulas quasque urbes ac provincias jubet.

Et si quis infirmior malo pressus & victus] Lactant. lib. 5. cap. 9. *Si qui doloris vel mortis metu vel suapte perfidia, cœleste sacramentum deseruerint, & ad funesta sacrificia consenserint, eos laudant & honoribus mactant, ut eorum exemplo cæteros illiciant.*

Fama semper in sparsis mendaciis alitur] Hieronymus part. 2. Tract. 1. Epist. 8. ad Rufinum presbyterum: *Multum in utramque partem crebro fama mentitur: & tam de bonis mala, quam de malis bona, falsorum ora concelebrant.* Viden. Tertullian. apolog. cap. VIII.

Epona] Scholiastes Iuvenal. in Satyr. 8. v. 157. *Epona Dea mulionum est.* Iuvenalis. ---*jurat*

Solam Eponam, & facies olida ad præsepia pictas.

Istum locum in mente videtur habuisse Prudentius contra Unionitas pag. 277.

Nemo Cloacinæ, aut Eponæ super astra deabus
Dat solium, quamvis olidam persolvat acerram.

Ita enim hi versus concipiuntur in tribus MSS. exemplaribus & vetusto codice, quem ante centum annos edidit Rudolphus Langius. Liber inscription. fol. 87. inscript. 4. & 5.

HERCULI. ET. EPONÆ. LEG. XXII. ANTONIANÆ. PP. F. AUGUST. PRO. SALUTE. IMP. CÆS. M. AUREL. ANTON. PII. FELICIS. INVICTI.

De capro etiam & homine mixtos Deos] Porphyrius ἐκ δοπχῆς ἐμψύχων. lib. 4. fol. 54. διὸ εἰς τὴν θεοποιΐαν, παρέλαβον πᾶν ζῶον καὶ ὁμοίως πῶ ἐξ ἀνέμιξαν θηρίων καὶ ἀνθρώπε. καὶ πάλιν ὀρνέων σώματα καὶ ἀνθρώπε. ἕκαστα γὰρ παρ' αὐτοῖς ἕως μέχρι τραχήλε ἀνθρωποειδὴς. τὸ δὲ πρόσωπον ὀρνέε ἢ λέοντ@ ἢ ἄλλε τινὸς ζώε κεκτημέν@, καὶ πάλιν αὖ κεφαλὴ ἀνθρώπ@ καὶ ἄλλων τινῶν ζώων μέρη. Id est: *Ad Deorum fabricam omne animal una cum homine ÆGYPTII assumpserunt: in qua & pecudum & hominis, & avium item & hominis corpora commiscuere. Singulæ apud ipsos Deorum statuæ vel usque ad collum humanam speciem præferunt, faciem verò vel avis, vel leonis vel alicujus alterius animalis impositam habent: vel è contrario capiti humano subjectum alterius animalis corpus præmonstrant.*

Leonum vultu Deos dicatis] Arnobius lib. 6. pag. 116. *Inter Deos videmus vestros leones torvissima facie.* Tertullian. Apolog. cap. 16. *Illi debebant adorare statim biforme numen, quia & canino & leonino capite*

pite commistos, & de capro & de ariete cornutos, & à lumbis hircos, & à cruribus serpentes, & planta vel tergo alites Deos receperunt. Porphyr. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων lib.4.fol.54. Ὅθεν καὶ ὁ λέων ὡς θεὸς θρησκεύεται. καὶ μέρος τι τῆς Αἰγύπτου ὁ καλοῦσι νομὸν, ἐπώνυμον ἔχει Λεοντοπολίτην, ἄλλο δὲ Βουσειρίτην, ἄλλο Λυκοπολίτην.

Apim Deum cum Ægyptiis adoratis] Libanius Sophist. in encomio bovis fol.96. βοῦς Αἰγυπτίοις ἐστὶ Θεὸς, ἐτιμᾶται παρ' αὐτοῖς ὁ Ἄπις ὅσα πὲρ πρὸς ἕλλησιν ὁ Ζεύς τε καὶ ἄλλοι θεοί. Porphyr. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων lib.4. fol. 54. & sequent. Ælianus lib.x. de histor. animal. cap. 20. Hieronym. in Ioël cap. 3. Eusebius præparat. Eccles. lib.2.cap.1. Nazian. orat. 2. in Iulian. & orat. 24. in Ægyptior. adventum. Philo de vita contemplativa fol.610. in Decalogo.fol. 516. Theophil. ad Autolyc. lib. 1. fol. 308. Iuvenal. satyr. xv. Basilius Seleuciæ Episcop. in Noëmum orat. vi. Athanasius contra gentes fol. 20. Anaxandrides apud Athenæum lib.7. fol.299. Prudent. lib.2. contra Symmach.

Quorum aliquem Deum si quis occiderit etiam capite punitur] Herodot. Euterpe fol. 129. τὸ δὲ ἄν τις τῶν θηρίων τούτων ἀποκτείνῃ, ἢν μὲν ἑκὼν, θάνατος ἡ ζημίη. ἢν δὲ ἀέκων, ἀποτίνειν ζημίην τὴν ἂν οἱ ἱρέες τάξωνται. ὃς δὲ ἂν ἴβιν ἢ ἴρηκα ἀποκτείνῃ, ἢν τε ἑκὼν, ἢν τε ἀέκων, τεθνάναι ἀνάγκη. Mela de situ orbis lib. 1. cap. 9. *Ægyptii colunt effigies multorum animalium, atque ipsa magis animalia, adeo ut quædam eorum per imprudentiam interemisse capitale sit.*

Ceparum acrimonias metuunt] Chrysost. in Genes. cap.1. homil. vii.fol.39. *Multi gentiles sic erraverunt, & in tantum stuporem & amentiam inciderunt, ut & cepe, & allia, & his viliora adorarint.* Iuvenal. satyr. xv. ℣. ix.

Porrum & cepe nefas violare & frangere morsu;
O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis
Numina.

Prudentius in Romano martyre pag.214.

Venerem precaris? comprecare & simiam.
Placet sacratus aspis Æsculapii?
Crocodilus, Ibis & canes cur displicent?
Adpone porris religiosas arulas,
Venerare acerbum Cepe, mordax Allium.
Fuliginosi thure placantur Lares,
Et respuuntur consecrata holuscula,
Aut unde major esse majestas focis,

Quam nata in hortis ſarculatis creditur?
Si numen ollis, numen & porris ineſt.

Crepitus per pudenda corporis expreſſos] D. Clemens recogn. lib. v. fol. 93. *Ægyptii cepas & cloacas, crepitus ventris, pro numinibus habendos eſſe docuerunt, & alia innumerabilia, quæ pudet etiam nominare.* Cæſarius dialog. 1. fol. 1445. *Niſi forte de ethnicis loquamur, apud quos & fontes, & cepa, & flatus ventris non ſine furore quodam inter Deos referuntur.* Hieron. in Eſaiam lib. 13. cap. 46. fol. 151. *Taceam de formidoloſo & horribili cepe, & crepitu ventris inflati, quæ Peluſiaca religio eſt.*

Virilibus] Vide Obſervationes noſtras ad Arnob. fol. 103.

Pag. 33 *Homines malæ linguæ*] Fellatores, quos Martialis libro 11. Epigrammat. 61. *lingua maritos & ore mœchos* appellat; quo morbo Lesbii maxime laborarunt, ut teſtatur Suidas in Λεσβίαζειν. Firmicus Aſtronomic. libro octavo cap. 3. *Impuros ore viros faciet, & muliebrium libidinum labe pollutos.* cap. 27. *Erunt turpi vita, inquinato ore.* lib. 7. cap. 16. *impuros ore perficiet.* lib. 6. cap. 31. *Tunc viri ſpontaneæ furoris adhortatione muliebria patiuntur, tunc impuro honore vitioſæ libidinis ardorem exſequi ſtudent.* Lego *impuro ore, &c.* Natalem, Hoſtium, & Scaurum adeò notæ impuritatis narrat Seneca, ut menſtrua mulierum hianti ore exceptarint. Vide illum de Benefic. lib. 4. cap. 31. Quæſt. natur. lib. 1. cap. 16. & Epiſt. 87. ad Lucil. & adnotata ad Arnob. lib. 2. pag. 56.

Nec cogi ſervitus durior] Ulpianus Leg. 2. Digeſt. *de his, qui ſui vel alieni juris ſunt &c. Si Dominus in ſervos ſævierit vel ad impudicitiam turpemq; violationem compellat: quæ ſint partes præſidis, ex reſcripto divi Pii ad Ælium Marcianum proconſulem Beticæ manifeſtabitur, cujus reſcripti verba hæc ſunt: Dominorum quidem poteſtatem in ſuos ſervos illibatam eſſe oportet, nec cuiquam hominum ſuum jus detrahi, ſed dominorum intereſt, ne auxilium contra ſævitiam vel famem, vel intolerabilem injuriam denegetur his, qui juſte deprecantur. Ideoque cognoſce de querellis eorum, qui ex familia Iulii Sabini ad ſtatuam confugerunt: etſi vel durius habitos, quam æquum eſt, vel infami injuria affectos cognoveris: veniri jube, ita ut in poteſtatem Domini non revertantur.* Vide Leg. xiv. Cod. Iuſt. de epiſcopali audientia. Senecam lib. 3. de Benefic. cap. 20. Phocium Nomocanon. tit. 13. cap. 22.

Hominem noxium & crucem ejus aſſcribitis] Vide Obſervat. ad Arnob. lib. 1. pag. 19.

Na ille miſerabilis, cujus in homine mortali ſpes omnis innititur] Non ſolum

solum miserabilis qui sperat in homine, sed execrandus, ut ait S. Ieremias propheta cap. 17. Procopius Sophista in Esaiam cap. 21. fol, 275. Basilius Magnus concione in Psalm. 7. fol. 59. Chrysost. in Genesin cap. 30. Homil. 56.

Ægyptii sanè hominem sibi quem colant, eligunt] Theodoret. contra Græcos orat. 3. fol. 47. οὗτος δὲ Αἰγυπτίους φησὶν ὁ Πορφύριος, ἐν τῇ πρὸς Ἀναιβὼ τὸν Αἰγύπτιον ἐπιστολῇ, ἄνθρωπον σέβειν ἐν Ἄνναβι κώμῃ, καὶ τούτῳ θύειν ἐπὶ τὸν βωμόν. εἶτα προφέρειν αὐτῷ κατὰ καιρὸν τὴν οἰκείαν τροφήν. Id est: *Porphyrius quoque in ea epistola, quam scribit ad Anebonem Ægyptium, testatur ab Ægyptiis hominem in Anabi villa pro Deo coli solitum esse, cui super aram rem divinam facerent, certoq; ac opportuno tempore proprium illi epulum conveniensq; offerrent.*

Etiam principibus & regibus non ut electis & magnis viris, sed ut diis turpiter adulatio falsa blanditur] De vero & debito honore imperantium, vide quæ notat Theophilus lib. 1. ad Autolycum fol. 247. & seq. Tertullian. ad Scapulam. cap. 2. & sequent.

Ad imagines supplicant] Ethnicos non solum thure & vino Impp. supplicasse, sed hostias etiam immolasse tradunt Suetonius Caligula cap. 22. Herodianus in Heliogabalo fol. 576. & sequent. Tertullian. apolog. cap. x. & ad Scapulam cap. 2. Seneca de tranquil. animæ cap. XIV. Lucianus mortuorum dialog. fol. 52. & Adrianus Imp. edicto statuit, ut ejus παιδικὸς Antinous publicè sacrificiis coleretur. Athanasius contra Gentes fol. 8.

Tutius iis per Iovis genium pejerare quam regis] Pejerantes per deos non puniebantur jure civili: contra si quis per imperatorem pejurasset, fustibus castigabatur. Iustus Lipsius ad annal. Taciti lib. 1. pag. 34. Wowerius in notis Minutianis ex Leg. 2. Cod. de rebus creditis. & Leg. 13. Digest. de jure jurand. Harmenopulus prompt. Iuris civilis lib. VII. Tit. 1. Οὐδεὶς κατὰ τοῦ θεοῦ ὀμόσας κινδυνεύει. ἱκανὸς γὰρ ὁ ὅρκος ἔχειν τιμωρὸν τὸ θεῖον, εἰ κατὰ τοῦ θεοῦ γέγονεν. Εἰ δ' κατὰ βασιλέως κατά τινα θερμότητα ὤμοσέ τις συγχωρεῖται. Οἱ ἐπὶ χρήμασι κατὰ τοῦ βασιλέως ὀμόσας καὶ ἐπιορκήσας, ῥοπαλίζεται. Id est: *Nemo qui per Deum pejerarit periclitatur. Satis enim Deum ultorem habet jusjurandi per Deum præstiti, contemta religio. Quod si quis per Principis venerationem calore quodam pejurarit, veniam consequitur, Si quis juraverit in re pecuniaria, per genium principis, & pejuraverit, fustibus castigatus demittitur.* Iustinianus tn. Imp. illum qui per caput Dei vel capillum jurat, ultimo supplicio subjicit. Verba ejus referam, ut latinè reddidit Iulianus Patricius Novell. const. LXXI. *Si quis per*

capillum

capillum Dei vel caput juraverit, vel alio modo blasphemia contra Deum usus fuerit, officio præfecti urbis ultimo supplicio subjiciatur.

Cruces nec colimus nec oramus] Vere Octavius. Christiani enim non crucem coluerunt, sed illum qui in cruce pependit. Nam quod scribunt Chrysostom. in epist. Pauli ad Corinth. 1. cap. 4. Homil. 12. Damascenus de fide orthodoxa lib. 4. cap. 12. Orat. 2. de imaginibus fol. 740. & orat. 3. fol. 779. Autor de visitat. infirmorum apud Augustin. tom. 9. lib. 2. cap. 3. Athanasius tom. 2. Quæst. XXXIX. ad Antiochum. Sedulius lib. 1. carm. pag. 202. Petrus Siculus pag. 13. id minimè intelligendum de adoratione arboris vel ligni. Sacrilegii enim vel maximi instar esset, ligno divinitatis experti cultum latriæ, soli Deo debitum, impertire. Si enim non adorandi angeli, non omnes sancti, non Maria ipsa (ut rectè notant Athanas. serm. 3. contra Arrianos. Hieron. tom. 2. fol. 189. epistola 53. ad Riparium Presbyter. Theodor. contra Græcos serm. 3. fol. 52. Isidor. Hispal. de officiis ecclesiast. cap. 34. Epiphanius contra Collyridianos hæresi 79.) quæ mundi sospitatorem in utero gestavit, & ex qua nostræ carnis substantiam verè assumpsit, multo minus honor iste habendus cruci, quæ carnis substantiam Christo non subministravit, neque sua virtute quidquam cooperata est redemptionis sacramento, cum non esset rationis capax, ut ait Iodocus Clichtovæus in paraphrasi ad Damascen. de fide Orthodoxa fol. 309. & sequent. Per metonymiam igitur viri sancti cruci asscripsêre, quod proprie Christo fuit tribuendum; ita enim Chrysost. in Matth. cap. 16. Homil. 55. fol. 488. ὅτος γὰρ ὁ σταυρὸς τὴν οἰκουμένην ἔσωσε καὶ ἐπέστρεψε, τὴν πλάνην ἐξήλασε, τὴν ἀλήθειαν ἐπανήγαγε, τὴν γῆν οὐρανὸν ἐποίησε, καὶ ἀνθρώπους ἀγγέλους ἐργάσατο. Λοιπὸν, οἱ δαίμονες, οὐκέτι φοβεροὶ, ἀλλ' ἐξουθενημένοι. καὶ ὁ θάνατος, οὐκ ἔτι θάνατος. Διὰ τοῦτο πάντων ἔρριπται χαμαὶ, καὶ πεπάτηται τὰ πολεμοῦντα ἡμῖν. Vertit Anianus: *Crux terrarum orbem convertit atque sanavit, hæc errorem abegit, veritatem reduxit, terram in cœlum restituit, ex hominibus angelos effecit. Hæc crux non terribiles, sed despicabiles hominibus dæmones effecit. Hac cruce mors in somnum redacta est, hæc omnia, quæ nobis adversabantur, humi dejecta conculcantur.* Et Prudentius in Romano Martyre.

Hæc illa crux est, omnium nostrum salus.
Romanus, inquit, hominis hæc redemptio est;

Et Ambrosius de cruce Christi sermone LV. part. 3. pag. 274. *Hodie omne genus hominum de mortis periculo crucis arbor eripuit.* Athanasius

nasius tomo 1. in passionem & crucem Domini. fol. 805. Μακάριε ἀληθῶς καὶ ζωοποιὲ σταυρὲ τοῦ σωτῆρος, τὸν μὲν θάνατον ἐθριάμβευσας, τὸν δὲ τοῦτον κατέχοντα διάβολον ἀνεῖλες. φιλάνθρωπε καὶ ἀγαθὲ δέσποτα, σὺ καὶ αἰχμαλώτους ἡμᾶς ὄντας ἐλυτρώσω. καὶ δυλδύοντας τῇ ἁμαρτίᾳ, διὰ τοῦ θανάτου ἰδίου Κύριε ἠλευθέρωσας. Id est: *Beata nimirum & vivifica crux salvatoris, quæ de morte triumphasti: & cum qui mortem in sua potestate habebat, diabolum sustuliisti. Mortalium amator & bone Domine: tu nos captivos redemisti, & servientes peccato, tua propria morte liberasti.* Nazian. Orat. 2. in Pascha. fol. 941. & orat. 11. in Iulian. fol. 306. Athanasius in epistola ad Maximum tom. 1. fol. 337. & de incarnat. verbi Dei fol. 79. Theodoret. de providentia orat. 6. contra Græcos fol. 101. Hieronym. sermone de resurrectione Domini parte 2. Tract. IV. epist. 54. Metropolitanus urbis Berithi in Syria apud Athanasium tom. 2. lib. *de passione imaginis Domini nostri Iesu Christi cap. 3.* jubent nos adorare suspensum & crucifixum, non arborem. Quibus etiam adstipulatur Chrysostom. loco prænotato, dum inquit: ἂν πίνω εἴπῃ σοι, τίς τὸν ἐσταυρωμένον προσκυνεῖς; ἄπτε φαιδρᾷ τῇ φωνῇ, γεγηθὸλι τῷ προσώπῳ, καὶ προσκυνῶ, καὶ ὐ παύσομαι πότε προσκυνῶν. κἂν γελάσῃ, δάκρυσον αὐτὸν, ὅτι μαίνεται. Id est: *Si gentilium quispiam abs te petierit crucifixumne adores? Noli dubitare clara voce & læta facie dicere; & adoro & adorandi nunquam faciam finem. Et si ridebit, largas tu effunde lachrymas de insania ejus.* S. Ambrosius orat. funebri de obitu Theodosii Imperat. ad Honorium ejus filium regnique successorem parte 3. lib. 5. epist pag. 51. σταυροδυλείαν omnino evertit & tollit. Hæc enim ejus verba sunt: *Habeat Helena quæ legat: unde crucem Domini recognoscat. Invenit ergo titulum, REGEM ADORAVIT: non lignum utique; quia hic gentilis est error, & vanitas impiorum. ADORAVIT ILLVM, QVI PEPENDIT IN LIGNO, SCRIPTVS IN TITVLO. Illum qui sicut scarabæus clamavit, ut persecutoribus suis peccata donaret.* Christiani igitur Catholici firmiter tenent, & rectè pronunciant: crucem (propter Christum qui in ea pependit. καὶ ὡς ἐν αὐτῷ τῷ σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων πραγματευόμενον, ut ait Athanasius in parab. S. Scriptur. Quæst. LXXXIII. fol. 345. tom. 1.) honorandam ut rem honore dignam, nihil ut numen adorandum, quod sit factum & conditum à Deo, SED UNUM IPSUM DEUM, qui fecit & condidit omnia. Augustinus tom. 2. Epist. 44. fol. 100. ad Maximum Grammat. Madaurensem.

Trophæa vestra victricia] Ruffinus in expositione Symboli apud Hieron. fol. 482. *Sciendum est, quod crux ista triumphus erat, triumphi enim insigne est trophæum, trophæum autem devicti hostis indicium est.* Autor de nativitat. Domini apud Hieron. tom. 9. serm. 30. fol. 116. *Trophæa ipsa victoriæ triumphorum, ornamenta crucis sunt.*

Signum sanè crucis naturaliter visimus in navi] Eleganter Maximus apud Ambrosium part. 111. serm. 58. Iustin. Apolog. pro Christian. 2. pag. 71. Hieron. epist. 29. Autor Commentarii in Marcum cap. 15. fol. 87. *Aves quando volant per æthera, formam crucis assumunt. Homo orans vel natans per aquas, forma crucis vehitur. Navis per maria, antemna cruci simulata sufflatur.* Autor de nativit. Domini apud Hieron. tom. 9. Epist. 30. fol. 116. *Antemnæ navium & velorum cornua sub figura nostræ crucis volitant.*

Pag. 34 *Novelli & vix dum hominis*] Novella CLIII. Iustin. Imp. *Vix ex utero progressos infantes abjiciunt.* Vide Observat. nostras ad Arnob. lib. 2. pag. 46.

Qui initiari nos dicit aut credit de cæde infantis] Tacianus contra Græcos fol. 286. τί βλάπτομεν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες ἕλληνες; τί δὲ τοὺς λόγῳ θεοῦ κατακολουθοῦντας, καθάπερ μιαρωτάτους μεμισήκατε; παρ' ἡμῖν οὐκ ἐστὶν ἀνθρωποφαγία, ψευδομάρτυρες, οἱ ἐπιτηδευόμενοι γεγόνατε. παρ' ὑμῖν δὲ ὁ Πέλοψ δεῖπνον τῶν θεῶν γίνεται, καὶ Ποσειδῶνος ἐρώμενος, καὶ Κρόνος τοὺς υἱοὺς ἀναλίσκει, καὶ ὁ Ζεὺς τὸν μῆτιν καταπίνει, Id est: *Quid lædimus, vos ô Græci! cur nos, qui verbum Dei sequimur, tanquam sceleratissimos odistis? Apud nos non invenitur hominum voratio, falsi testes hoc crimine contra nos consicto, deprehensi estis. Apud vos autem Pelops Deorum epulis apponitur, & amatus Neptuno puer: & Saturnus filios & Iuppiter Metin devorat.*

Nemo hoc potest credere, nisi qui possit audere] Tertullianus Apol. cap. 9. *Qui ista credis de homine, potes & facere.*

Vos video procreatos filios feris & avibus exponere] Hæc vulgaris impietas apud multas gentes ob nativam inhumanitatem, quam graviter reprehendit Philo de specialib. Legib. fol. 543. Iustin. Apol. 2. pro Christian. pag. 54. Theodoret. orat. 9. de Legibus fol. 131. Athenagor. apolog. pro Christian. pag. 43. Augustin. de nuptiis & concupisc. ad Valer. lib. 1. cap. 15. Plato de repub. lib. IV. fol. 461. Aristotel. lib. 8. Politicor. cap. 16. Romulus apud Dionysium Halicarnasseum antiq. Rom. lib. 2. fol. 88. ex damnato coitu natos, & monstruosos fœtus exponi jubent. Eustatius in Homeri Iliad. X. Scholiastes Aristophanis in Ranis tradunt, paupe-

pauperes in excavatis arboribus, & vasis fictilibus, olim recenter natos projecisse. Sed hoc postea severis legibus prohibitum, ut etiam observat Dn. Wowerius ex L. 2. & 3. Cod. Iustin. de infant. expositis. Adde L. IV. Digest. de agnoscen. & alend. liberis. Novellam CLIII. Iustinian. Imp. Harmenopul. prompt. Iuris lib. VI. Tit. VI. Concilium Arelatense 2. cap. XXXII. Concilium Vasense cap. IX. & X. Leges Capitales Karuli V. Imp. cap. CXXXII. Et hæc verba Scholiast. græci in Epitome S. Canonum fol. LXIIX. Περὶ δὲ τῶν ἐκτιθεμένων τὰ οἰκεῖα βρέφη πρὸς ταῖς εἰσόδοις τῶν ἱερῶν, λόγος ἐπὶ τοὺς ἱερὰς συνόδου γέγονε, καὶ ἤρεσεν, ὡς φονευτρίας ταύτας κολάζεσθαι, κἂν ἕτερος ἀνέληται, καὶ ἐπιμελησάμενος ζωογονήσῃ.

Sunt quæ in ipsis visceribus originem futuri hominis extinguant] Potationes quas mulierculæ sorbent, ut immaturum partum abjiciant, græci appellant ἀμβλωθρίδια φάρμακα. Latini; *abortionis pocula.* Dn. Lindenbrugius ad Ammianum Marcellinum lib. XVI. pag. 55. Iulius Pollux lib. 2. cap. 2. lib. IV. cap. XXV. Suidas, Harpocration & Hesychius in voce Ἀμβλωθρίδιον. Lex 38. Digest. de pœnis. Paulus IC. Sententiar. lib. V. Tit. XXIII. Augustinus serm. de tempore CXI. *Nulla mulier potationes ad abortum accipiat, nec filios aut conceptos aut natos occidat: quia quæcunque fecerit hoc, ante Christi tribunal sciat se illi eorum causam, quos occiderit, esse daturam. sed nec alias diabolicas potationes mulieres debent accipere. Mulier autem quæcunque fecerit per quod jam non possit concipere, quotiescunque parere poterat tantorum homicidiorum se esse ream cognoscat.* & tom. 7. lib. 1. ad Valerium de nuptiis & concupisc cap. 15. *Aliquando eo usque pervenit hæc libidinosa crudelitas, vel libido crudelis, ut etiam sterilitatis venena procuret, & si nihil valuerit, conceptos fœtus aliquando intra viscera extinguat ac fundat, volendo suam prolem prius interire quam vivere, aut si in utero vivebat, occidit antequam nascatur.* Clemens Apostolic. Constit. lib. 7. cap. 3. pag. 110. οὐ φονεύσεις τέκνον σου ἐν φθορᾷ οὐδὲ τὸ γεννηθὲν ἀποκτενεῖς. πᾶν γὰρ τὸ ἐξεικονισμένον ψυχὴν λαβὸν παρὰ θεοῦ, φονευθὲν ἐκδικηθήσεται ἀδίκως ἀναιρεθέν. Hieronym. tom. 1. epist. 22. cap. 5. fol. 85. ad Eustoch. de custodia virginitatis. Ioseph lib. 2. contra Appionem pag. 559. Ambrosius Hexæmeron. lib. 5. cap. 18. Athenag. Apol pro Christian. pag. 43. Lactant. lib. 6. cap. 20. Tertullian. Apolog. cap. 9. Concilium Bracarense cap. 78. Concilium Ilerdense cap. 2. Concilium Ancyranum cap. XX. Martinus Bracarensis Episcopus in excerptis capitul. Græcorũ Conciliorum cap. 78. tom. 2. Concil. Coloniæ edit. per Quentel. an. 1551. Bur-

chardus decret. lib. 3. cap. 200 lib. 19. de pœnitentia pag. 277. Leges capitales Karuli v. Imp. cap CXXXIII.

Parricidium faciant] Quoniam parricidium faciunt, puniuntur ut parricidæ. Phocius Nemocanone Tit. 13. cap. 10. Paulus IC. lib. v. sentent. cap. 23. *Qui abortionis aut amatorium poculum dant, etsi id dolo non faciant, tamen mali exempli res est. Humiliores in metallum, honestiores in insulam, amissa parte bonorum relegantur. Quod si ex hoc homo aut mulier perierit, summo supplicio afficiuntur.* Pœnitentiale Roman. Antonii Augustini Tit. 1. de Homicidio cap. 32. *Si quis causa explendæ libidinis, vel odii meditatione, ut non ex eo soboles nascatur, homini aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, ut non possit generare vel concipere; ut homicida teneatur.* Concil. Wormaciense cap. XXXV. *Mulieres quæ ante temporis plenitudinem conceptos utero infantes voluntate excutiunt, ut homicidæ judicandæ sunt.*

Saturnus filios suos voravit] Strabo Geograph. lib. X. fol. 322. ἐν ᾧ μὲν τὸν Κρόνον εἰσάγουσιν εἰθισμένον καταπίνειν τὰ τέκνα ἀπὸ τῆς γενέσεως εὐθύς. Dionys. Halicarn. lib. 2. fol. 9. Apollodor. lib. 1. biblioth. Nonnus Dionysiac. fol. 446. Tacianus contra Græc. fol. 286. Pausanias Arcadicis fol. 242. Theophilus lib. 1. ad Autolyc. fol. 247. lib. 2. fol. 266. Damascenus de duobus Christi martyribus fol. 872. Epiphan. Ancorato. Athenag. apolog. pro Christian. pag. 22. Prudent. lib. 2. contra Symmachum pag. 397. Theodoret. serm. 3. contra Græcos fol. 43. Servius in 4. Georg. fol. 149. in IIX. Æneid. fol. 506.

Merito ei in nonnullis Africæ partibus à parentibus infantes immolabantur] Tertullianus Apolog. cap. 9. *Infantes penes Afrricam Saturno immolabantur.* Et paulo pòst: *Cum propriis filiis Saturnus non pepercit, extraneis utique non parcendo perseverabat, quos quidem ipsi parentes sui offerebant, & libenteis exponebant, & infantibus blandiebantur, ne lachrymantes immolarentur.* Plato Politico fol. 315. ἐπεὶ αὐτίκα ἡμῖν μὲν οὐ νόμος ἐστὶν ἀνθρώποις θύειν, ἀνόσιον. Καρχηδόνιοι δὲ θύουσιν, ὡς ὅσιον ὂν καὶ νόμιμον αὐτοῖς, καὶ ταῦτα ἔνιοι αὐτῶν υἱεῖς τῷ Κρόνῳ, ὡς ἴσως καὶ ἀκήκοας. Hieron. in Esaiam lib. 13. cap. 46. fol. 150. *Saturni tanta fuit apud veteres religio, ut ei non solum humanas hostias captivorum, ignobiliumq; mortalium, sed & suos liberos immolarent.* Athanasius contra Gentes fol. 21. Sextus philosoph. Hypotypos. lib. 3. cap. 24. Orig. contra Celsum lib. 5. pag. 252. Tertullian. adversus Gnosticos cap. 7. Porphyr. lib. 2. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων fol. 34. & sequent. ubi de immolatione hominum obiter multa observat, lectu non indigna.

Tauris

Tauris etiam Ponticis] Hyginus fab. 120. *Taurorum fuit institutum, ut qui intra fines eorum hospes venisset, templo Dianæ immolaretur.* Et fab. 122. Prudent. lib. 2. contra Symmach. pag. 374. Valerius Flaccus lib. 2. Argonaut. Athanas. contra gentes fol. 21. Σκυθαὶ γὰρ οἱ καλούμενοι Ταύριοι τῇ παρ' αὐτοῖς παρθένῳ καλουμένῃ σφαγὰς ἀπὸ ναυαγίων ἢ ὅσους ἂν λάβωσι τῶν ἑλλήνων, εἰς θυσίαν ἀναφέρουσι. τοσοῦτον ἀσεβοῦντες εἰς τῶν ὁμογλώττων ἀνθρώπων, καὶ ὅτως ἐλέγχοντες τῶν θεῶν αὐτῶν τὴν ὠμότητα, ὅτι ὃς ἡ πρόνοια ἀπὸ θαλάσσης ἐκ κινδύνων διέσωσε τούτους αὐτοὶ καταφάγωσι, μονονουχὶ καὶ τῆς προνοίας γινόμενοι. ὅτι τὴν ἐκείνης ἐνέργειαν, τῇ ἑαυτῶν θηριώδει ψυχῇ καταχρῶνται. Vertit Petrus Nannius: *Scythæ enim qui Taurici dicuntur virgini suæ (sic enim Dianam vocant) naufragos & quoscunque ex græcis ceperunt, pro hostiis jugulant, tanta impietate adversus homines ejusdem conditionis utentes, atque tantopere deorum suorum crudelitatem præse ferentes, ut quos veri numinis cura, providentiaq; à marinis periculis eripuit, ipsi mactent: modo non ipsi providentiæ infesti, quippe qui illius beneficium efferata crudelitate subvertant.*

Ægyptio Busiridi ritus fuit hospites immolare] Philargyrius in 2. Georg. fol. 8. *Busiris Ægypti Rex omnibus annis Iovi hospites immolabat. Nam per octo annos sterilitate Ægypto laborante, Pygmalion Cyprius finem futurum non ait, nisi sanguine hospitis litatum fuisset. Primus autem Thyestes alienigena immolatus originem sacrificio dedit.* Hygin. fab. 31. *Hercules in Ægypto Busiridem occidit, qui hospites immolare solitus erat. Hujus legem cum audiit passus est se cum infula ad aram adduci. Busiris autem cum vellet Deos imprecari, Hercules cum clavâ ac ministros sacrorum interfecit.* Apollodorus lib. 2. biblioth. pag. 104. Lactant. in 12. lib. Statii Thebaid. pag. 407. Serv. in 3. Georg. pag. 120. in VIII. Æneid. fol. 504. Isocrat. in laudat. Busiridis. Iustin. cohortat. ad Græc. Orosius lib. 5. cap. 1. Freculphus Chron. lib. 2. cap. IX.

Mercurio Gallos humanas victimas cedere] Tertullian. Apol. cap. 9. *Major ætas apud Gallos Mercurio prosecatur.* Et adversus Gnosticos cap. 7. Lactant. lib. 1. cap. 21. Cicero pro Fonteio pag. 308. *Quidquam Gallis sanctum ac religiosum videri potest? Qui etiam si quando aliquo metu adducti Deos placandos esse arbitrantur, humanis hostiis eorum aras funestant! ut ne religionem quidem colere possint, nisi eam ipsam prius scelere violarint. Quis enim ignorat, eos usque ad hanc diem retinere illam immanem ac barbaram consuetudinem, hominum immolandorum.*

Romani Græcum & Græcam, Gallum & Gallam] Livius Hist. 22. pag. 474. *Interim ex Fatalibus libris sacrificia aliquot extraordinaria fa-*

Ita; inter quæ Gallus & Galla, Græcus & Græca in foro Boario sub terra vivi dimissi sunt in locum saxo conseptum, ibi ante hostiis humanis minime Romano sacro imbutũ. Videndus Plutarchus M. Marcello fol. ccxxxix.

Latiaris Iuppiter homicidio colitur] Athanasius contra gentes fol. 21. Καὶ οἱ πάλαι δὲ Ῥωμαῖοι τὸν καλούμενον Λατιάριον Διὰ ἀνθρωποθυσίας ἐθρήσκευον. Tertullianus adversus Gnost. cap. 7. *Et Latio in hodiernum Iovi media in urbe humanus sanguis inguſtatur.* Porphyrius ἐκ δὲ ἀποχῆς ἐμψύχων lib. 2. pag. 35. ἄλλ' ἔτι καὶ νῦν τὴς ἀγροικεῖ τῇ τῶν μεγάλων πόλιν τῇ τῶν Λατιαρίων Διὸς ἑορτῇ, σφαζόμενον ἄνθρωπον. Theophilus ad Autolyc. lib. 1. fol. 267. Tacian. contra Græc. fol. 287. Lactant. lib. 1. cap. 21. Prudent. lib. 2. contra Symmach. pag. 374.

Sanguinis fœdere conjurare Catilinam] Moris erat ethnicis in conjurationibus humani corporis sanguinem haurire. Mela lib. 2. cap. 1. de Axiacis: *Ne fœdera quidem incruenta sunt, sanciant se. qui pactiscuntur, exceptumq; sanguinem, ubi permiscuere degustant; Id putant mansuræ fidei signum certissimum.* Suidas in Ἀξιοῦ & Σέργιος & Βάκχου. Lactant. in 5. Thebaid. Statii pag. 170. Nicetas Choniates de imperio Isaaci Angeli lib. 2. pag. 444. Tertullian. Apolog. cap. 9. Sallust. bello Catilinar. pag. 15. Dio Cassius hist. Rom. lib. 37. fol. 48. & Plutarch. Ciceron fol. 866. non sanguinem, sed mactati pueri carnes conjuratos Catilinæ gustasse affirmant. Apud Xiphilinum in Antonin. Philosoph. fol. 364. pastores Ægypti decepto & interfecto centurione Romanorum, ejus comitem mactant, & solenni conjuratione peracta, devorant.

Bellonam servum suum hausto humani cruoris imbuere] Lactant. lib. 5. cap. 10. *Quomodo sanguine abstinebunt, qui colunt cruentos Deos, Martem atque Bellonam.* & lib. 1. cap. 21. *Bellonæ sacerdotes non alieno sed suo cruore sacrificant. Sectis namque humeris, & utraque manu distractos gladios exerentes, currunt, efferuntur, insaniunt. Optimè igitur Quintilianus in Fanatico; Istud, inquit, si DEVS cogit, iratus est.*

Comitialem morbum hominis sanguine, id est, morbo graviore sanare] Cornelius Celsus lib. 3. cap. 23. *Sanguis recens interfecti hominis morbum caducum pellit.* Alexander Trallianus lib. 1. Plinius natur. histor. lib. 28. cap. 1. Minutium mirè illustrant, quæ profert Aratæus Cappadox de acutorum & diuturnor. morborum curatione lib. iv. cap. 175. ἐθεασάμην (inquit) δὲ ἀνθρώπου γε νεοσφαγέος ἐπιθέντας φιάλην τῷ τραύματι, καὶ ἀφυσαμένους, & αἷμα πίνοντας. ὧν δ' παρεκόσης μεγάλης ἀνάγκης, τλῆναι κακὸν ἀπέσεσθαι μιάσματι κακῷ. εἰ δὲ μὴ ὑμέες ἐπὶ τούτῳ ἐλώσητο ἀτρεκὲς ἀδεὶς ἔχει μοι λέγειν. Id est: *Ipse autem vidi, qui*

di, qui subjecta patera hominis recens occisi sanguinem è vulnere exceperint, exceptumque ebiberint. O magnam istius necessitatis vehementiam, sustinere ut malo cuipiam fiat medicina, & tam abominando malo. Sed isti num sanitatem eo facto receperint, verum affirmare mihi nemo potest.

Nobis homicidium nec videre fas] Lactant. lib. 6. cap. 20. *Si homicidium facere nullo modo licet; nec interesse omninò conceditur, ne conscientiam perfundat ullus cruor, siquidem populo sanguis ille præstatur.* Et in Epitome cap. 4. *Quod si interesse homicidio, sceleris conscientia est; & eodem facinore spectator obstrictus est, quo & admissor: ergo & is gladiatorum sceleribus non minus cruore perfunditur, qui spectat, quam ille qui facit, nec potest esse immunis à sanguine, qui voluit effundi; aut videri non interfecisse, qui interfectori & favet, & præmium postulavit.* Athenag. apol. pro Christian. pag. 42. Οὓς γὰρ ἴσασιν οὐδ' ἰδεῖν κἂν δικαίως φονευόμενον ὑπομένοντας, τούτων τίς ἂν κατείποι ἢ ἀνδροφονίαν ἢ ἀνθρωποβορίαν, τίς οὐχὶ τῶν περὶ σπουδῆς τὰς δι' ὅπλων ἀγωνίας καὶ διὰ θηρίαν, καὶ μάλιστα τὰς ὑφ' ὑμῶν ἀγομένας, ἔχει. ἀλλ' ἡμεῖς πλησίον εἶναι τὸ ἰδεῖν τὸ φονευόμενον τοῦ ἀποκτεῖναι, νομίζοντες, ἀπηγορεύσαμεν τὰς τοιαύτας θέας. πῶς οὖν μηδὲ ὁρῶντες, ἵνα μὴ ἑαυτοῖς ἄγος καὶ μίασμα προστριψαίμεθα φονεύειν δυνάμεθα. Id est: *Quos sciunt ne id quidem sustinere ut vel juste quenquam interimi videant, quisquamque ne his objiciat, quod aut homines interficiant, aut homines devorent. Quis non maximo studio dignatur vel gladiatorum vel bestiarum certamina, maxime si quando per vos celebrantur. At nos cum proximum occisioni esse judicemus occidi videre, prohibuimus hujusmodi spectacula. Quomodo igitur cum ne spectemus quidem, ut ne piaculo nos & scelere contaminemus, interficere possumus.* Inde Chrysostomus homil. XLXIX. in cap. XIV. Matthæi fol. 439. Aniano interprete. *Aliorum peccatis adesse, nil aliud est, quam peccati participem se facere.*

Qui de arena feras devorant] Tertullian. Apologetico cap. 9. Lactantius lib. VI. cap. 20.

Vt nec in cibis sanguinem] Prudentius Cathemerinon pag. 71.

Fundit opes ager ingenuas,
Dives aristiferæ segetis,
Hic ubi vitea pampineo
Brachia palmite luxuriant,
Pacis alumna ubi bacca viret.
Hæc opulentia Christicolis
Servit, & omnia suppeditat.
Absit enim procul illa fames
Cædibus ut pecudum libeat
Sanguineas lacerare dapes.

Sint

Sint fera gentibus indomitis
Prandia de nece quadrumpedum;
Nos oleris coma, nos siliqua
Fœta legumine multimodo
Paverit innocuis epulis.

Quos Prudentius *cibos innocuos*, Hieron. tom. 1. epist. 18. fol. 53. appellat, *cibos innocentes*. Apuleius lib. 11. Metamorph. pag. 436. *Inanimos cibos*. Xixtus; *simplices cibos*. Christiani autem edomandæ libidinis & refrænandæ gulæ causa, carnibus abstinebant, aut ne edendo immolaticiam carnem, quæ in macello vendebatur, nescientes inciderent in eam, quam putabant cum idolis communicationem. Augustinus de moribus Manichæorum lib. 2. cap. 14. & contra Faustum Manichæum lib. 30. cap. 5. Autor lib. de Fide ad Petrum Diaconum cap. 42. fol. 166. apud Augustin. tom. 3. Chrysostom. in Genes. cap. 1. Homil. 8. fol. 43. Concilium Bracarense 1. cap. XIV. Martinus Bracarens. Episcopus in excerptis capit. ex Græcorum synodis tom. 11. Concil. cap. LIX. fol. 226. Orig. contra Cels. lib. 5. Isidor. Pelusiota lib. 1. Epist. 52. Blandina apud Euseb. Eccles. Hist. lib. 5. cap. 1. Ruffino interprete: *Multum erratis, ô viri, quod putatis, infantum visceribus vesci eos, qui ne mutorum quidem animalium carnibus utuntur.* Tertullianus Apol. cap. 9. *Erubescat error vester Christianis, qui ne animalium quidem sanguinem in epulis esculentis habemus, qui propterea quoque suffocatis & morticinis abstinemus, ne quo modo sanguine contaminemur, vel intra viscera sepulto.* Quod morticina respuerint Christiani, id ex Apostolica traditione fecerunt. Clemens lib. 6. Constitut. apostol. cap. 12. Cyrillus in 4. Catechesi pag. 24. Origenes lib. 2. in epist. Pauli ad Roman. cap. 2. fol. 313. Augustinus contra Faust. Manichæum lib. 32. cap. 13. In Actibus Apostolor. cap. 15. S. Iacobus gentes sacris instruens disciplinis, inter cætera mandata hoc quoque proponit: ut abstineant à fornicatione & immolatis, & sanguine, id est, nequaquam edant carnem, cujus sanguis non esset effusus, διὸ ἐγὼ (inquit) κρίνω μὴ παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέφουσιν ἐπὶ τὸν θεὸν, ἀλλὰ ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς τοῦ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων, καὶ τῆς πορνείας καὶ τοῦ πνικτοῦ, καὶ τοῦ αἵματος. Sed hoc præceptum multi ex veteribus non tam de suffocato & sanguine, quam de homicidio & effusione humani cruoris capiunt. Oecumenius & Chrysost. in cap. 15. Act. apostol. & in Genes. homil. 27. cap. 9. Augustinus contra Faustum Manichæum lib. XXXII. cap. XIII. Canon. apostol. cap. LXII.

Εἴπις

Εἴτις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως ἐκ καταλόγου ἱερατικοῦ φάγῃ κρέα ἐν αἵματι ψυχῆς αὐτοῦ, ἢ θηριάλωτον, ἢ πνικτιμαῖον, καθαιρείσθω. τοῦτο γὰρ ὁ νόμος ἀπεῖπεν. εἰ δὲ λαϊκὸς ἀφορίζεσθω. *Si quis episcopus, aut presbyter aut diaconus, aut omnino quicunque ex sacerdotali consortio, comederunt carnes in sanguine animæ ejus, aut à bestiis abreptum, aut suffocatum, deponitor. hoc enim lex prohibuit. Sin verò laicus sit, à communione excluditur.* Chrysostom. in Matth. cap. XV. homil. LII. fol. 461. Τοσαύτη γὰρ ἡ παρατήρησις τῶν βρωμάτων ἦν, ὡς καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τὸν Πέτρον εἰπεῖν: μηδαμῶς κύριε, ὅτι ποτὲ ἔφαγον πᾶν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον. Id est: *Tanta quippe cura ciborum observatio defendebatur, tanta existimatione hominum muniebatur, ut vel post resurrectionem Petrus dixerit: Nequaquam Domine, quia nunquam commune aut immundum quid comedi.* Aurelianense Concil. II. cap. XX. *Catholici qui bestiarum morsu exstincto, vel quolibet casu aut morbo suffocato vescuntur, ab ecclesiæ cœtibus arceantur.* Concil. Wormacienſe cap. LXIV. *Animal vulneratum à bestiis & gustatum, licitum est manducare, si homo prius illud animal occiderit vivum. Si verò mortuum fuerit prius, dejiciatur caro ejus.* Cap. LXV. *Animalia quæ à lupis seu à canibus lacerantur, non sunt comedenda, nisi porcis & canibus. nec cervus nec capra, si mortui inveniuntur. Pisces autem licet manducare, quia alterius naturæ sunt. Aves verò & alia animalia si in retibus strangulantur, non sunt comedenda.* Burchardus Wormacienſis Eccleſiæ Epiſcopus Decret. lib. XIX. cap. 85. ex pœnitentiali Theodori: *Animalia quæ à lupis seu à canibus lacerantur, non sunt comedenda, nec cervus, nec capreus, si mortui inventi fuerint, nisi forte ab homine adhuc viva occidantur prius, sed porcis & canibus dentur. Aves vero & cætera animalia, si in retibus strangulantur, non sunt comedenda: nec si accipiter oppresserit, & sic mortua inveniuntur: quia in actibus apostolorum præcipitur abstinere à fornicatione, sanguine, & suffocato, & idololatria.* Et cap. 88. *Qui manducat carnem immundam aut morticinam, aut dilaceratam à bestiis* XL. *dies pœniteat.* Et cap. V. pag. 275. de illicitis cibis: *Comedisti morticina: id est animalia quæ à lupis & canibus dilacerabantur, & sic mortua inventa sunt, si feciſti* X. *dies in pane & aqua pœnitere debes. Comedisti piscem qui mortuus est in flumine inventus? nisi eo die à piscatoribus tactus est, & sic mortuus & eodem die inventus. Si feciſti tres dies in pane & aqua pœniteas.* Beda de remediis peccatorum cap. 4. *Qui manducat carnem immundam aut dilaceratam à bestiis* XL. *dies pœniteat.* Beatus Rhenanus notat in cap. IX Apolog. Tertulliani, Betanum presbyterum & Rabanum, certum pœnitentiæ tempus illis præscribere, qui morticina carne usi. De Betano si-

des sit penes Rhenanum. In Rabani Mauri lib. pœnitentium ad Othgarium Archiepiscopum, quem coloniæ edidit Iohannes Præl. an. CIↃ IↃ. XXXII. & in altera editione Antonii Augustini quæ prodiit Tarracone An. CIↃ IↃ XXCII. per Philippum Mey, hujus rei nec vola, nec vestigium apparet. Lib. 2. cap. XXVII. de *institutione clericorum*, esum minutarum avium & pisciculorum non prohibet. Sed de his audiamus episcopum Hipponensem tom. VI. lib. XXXII. cap. XIII. pag. 335. adversus Faustum Manichæum in hunc modum sermocinantem: *Morticinum autem puto, quod ad escam usus hominum non admisit, eo quod non occisorum, sed mortuorũ animalium morbida caro est, nec apta ad salutem corporis, cujus causa sumimus alimentum. Nam quod de effundendo sanguine antiquis in figura præceptum est, id est ipsi Noë post diluvium, quod jam quid significaret, ostendimus, plerique intelligunt. Et in actibus Apostolorum hoc lege præceptum ab Apostolis, ut abstinerent gentes, tantum à fornicatione, & ab immolatis, & sanguine, id est, nequaquam ederent carnem, cujus sanguis non esset effusus. Quod alii non sic intelligunt, sed à sanguine præceptum esse abstinendum, ne quis homicidio se contaminet. Hoc nunc discutere longum est, & non necessarium, quia etsi hoc tunc Apostoli præceperunt, ut ab animalium sanguine abstinerent Christiani, ne præfocatis carnibus vescerentur, elegisse mihi videntur, pro tempore rem facilem & nequaquam observantibus onerosam, in qua cum Israëlitis etiam gentes, propter angularem illum lapidẽ, duos parietes in se condentẽ, aliquid communiter observarent: simul & admonerent, in ipsa Arca Noë, quando Deus hoc jussit, ecclesiam omnium gentium fuisse præfiguratam: cujus facti prophetia, jam gentibus ad fidem accedentibus incipiebat impleri. Transacto verò illo tempore, quo illi duo parietes, unus ex circumcisione, alter ex præputio venientes, quamvis in angulari lapide concordarent, tamen suis quibusdam proprietatibus distinctius eminebant: & ubi ecclesia gentium talis effecta est, ut in ea nullus Israëlita carnalis appareat, quis jam hoc Christianus observat, ut turdos vel minutiores aviculas non attingat, nisi quarum sanguis effusus est: aut leporem non edat; si manu à cervice percussus, nullo cruento vulnere occisus est? & qui forte pauci adhuc tangere ista formidant, à cæteris irridentur. Ita omnium animos in hac re tenuit illa sententia veritatis: non quod intrat in os vestrum, vos coinquinat, sed quod exit, nullam cibi naturam, quam societas admittit humana, sed quæ iniquitas committit peccata condemnans.* Sedulius in collect. Epist. Pauli ad Titum cap. I. Primasius Afer in Epist. ad Hebræos cap. XII. Vigilius PP. Epist. ad Eleutherium cap. II. tom. 2. Concil. fol. 5. Gregorius Nyssenus orat. 2. in hominis procreationem.

tionem Athanaſ. in Epiſt. ad Amm̃n monachum. Xixtus: *Non cibi qui per os inferuntur, polluunt hominem, ſed ea quæ ex malis actibus proferuntur.* Quadratus Epiſcopus, diſcipulus apoſtolorum, & Eleutherius PP. firmarunt, ut nulla eſca à Chriſtianis fidelibus repudiaretur, quæ rationalis & humana eſſet. Beda Martyrol. fol. 419. Eleutherius PP. in epiſtola ad Galliæ provinc. tom. 1. Concil. Coloniæ edit. per Iohannem Quentel. fol. 92. Exemplum quoque Chriſtianæ libertatis habemus in Spiridione Cypriorum Epiſcopo. Is enim diebus quadrageſimæ, peregrino porcinas carnes appoſuit, &, ut cum illo comederet hominem rogavit. Quo refutante, Chriſtianumque ſe profitente: *Propterea magis*, inquit, *refutare non debes. Omnia enim munda mundis, ſicut ſermo divinus edocuit.* Sozomenus lib. 1. cap. XI. Caſſiodorus hiſtor. Tripartita lib. 1. cap. X. Niceph. Calliſt. Eccleſiaſt. hiſtoriæ lib. 11 X. cap. XL 11.

Fronto] Orator nobiliſſimus, M. Antonini Imp. præceptor. Breviator Eutropii lib. 8. fol. 116. Xiphilinus in M. Antonino Philoſopho. Pag. 35

Ius eſt apud Perſas cum matribus miſceri] Theodoretus contra Græcos Orat. 9. de legib. fol. 128. ait, Perſas ex Zaradæ inſtituto impunè cum matribus, ſororibus, & filiis miſceri. Ἀλλὰ καὶ τοὺς Ζαραδᾶ πάλαι Πέρσαις πολιτευόμενοι νόμους, ἐς μητέρας καὶ ἀδελφὰς (ἀδελφῶς γε μέντοι) καὶ θυγατέρας μιγνύμενοι, ἐς νόμου ἔννομον τιθὲν παρανομίαν νομίζοντες, ἐπιδὴ, τῆς τῶν ἁλιέων νομοθεσίας ὑπήκουσαν, τοὺς μὲν Ζαραδᾶ νόμους ὡς παρανομίαν ἀπάτησαν, τὴν δὲ εὐαγγελικὴν δὲ σωφροσύνην ἠγάπησαν. Vertit Zenobius Accioalus: *Perſicæ itaque nationes, quæ jam pridem Zaradæ legibus regebantur, matrum, ſororum, filiarum connubiis ſuſq; deq; commixtæ, remq; juſtiſſimam arbitrantes, id quod erat facinus injuſtiſſimum; audita piſcatorum lege atque acceptæ, Zaradæ leges ut iniquitatem maximam conculcarunt, euangelicamq; temperantiam protinus amplexæ ſunt.* Chryſoſtom. de Virgin. cap. 9. Hieron. lib. 2. adverſus Iovian. cap. 6. D. Clemens recog. lib. 9. fol. 144. Iulian. Imp. apud Cyrill. lib. 4. fol. 94. Photius biblioth. fol. 22. Curtius lib. 4. Gregorius Nyſſenus in epiſt. contra Fatum. Ælianus de animal. lib. 3. cap. 38. Tatianus contra Græcos fol. 283.

Ægyptiis cum ſororibus legitima connubia] Ægyptios inceſta matrimonia à Chamo didiciſſe tradit Beroſus Babylonius lib. 3. antiquit. pag. 14. *Cham*, inquit, *publicè mortale genus corrupit, aſſerens & reipſa exequens, congrediendum eſſe, ut ante inundationem, cum matribus, ſororibus ac filiabus, maſculis, brutis. Eum inter homines hujus dogmatis*

secuti fuerunt Ægyptii : verum posteri hoc vitiosum dogma neglexerunt. Philo de special. legib. fol. 533. Ὁ δὲ τῶν Αἰγυπτίων, χλευάζων τὴν ἑκατέρων εὐλάβειαν, ὡς ἡμίεργα διαταττομένων, εὐφόρησεν εἰς ἀσέλγειαν, ἐπιδαψιλευόμενος δυσθεράπευτον κακὸν σώμασι καὶ ψυχαῖς ἀκρασίαν, καὶ παρασχὼν ἄδειαν ἁπάσας ἀδελφὰς ἄγεσθαι, τάς τε ἰδίας τοῦ ἑτέρου τῶν γονέων, τοῦδε, ἢ τοῦδε, καὶ τὰς ἐξ ἀμφοῖν, καὶ τὰς οὐ νεωτέρας μόνον, ἀλλὰ καὶ πρεσβυτέρας καὶ ἰσήλικας καὶ δίδυμοι γὰρ πολλάκις ἐγεννήθησαν, οὓς ἡ μὲν φύσις ἅμα τῇ γενέσει διήρτησε καὶ διέζευξεν. ἡ δ' ἀκολασία καὶ φιληδονία, εἰς κοινωνίαν ἐκάλεσεν ἀκοινώνητον, καὶ ἁρμονίαν ἀνάρμοστον. Id est: *Ægyptius ridens utriusque simplicitatem & semiperfecta placita, laxavit libidinem, & auxit in corporibus animisq; insanabile malum intemperantiæ. permissa licentia ducendi sorores sive per alterutrum parentem sive per utrumq; cognitas, majores pariter & minores æqualesve, ne gemellis quidem exceptis, quas natura ipso natali sejunxit, intemperantia vero societate copulavit insociabili, & male comparata junctura.* Diodor. Sicul. biblioth. lib. 1. fol. 23. Pausan. Attic. 15 pag. 6. Cæsarius Dialogo 2.

Athenis cum sororibus legitima connubia] Æmilius Probus in Cimone: *Habuit in matrimonio sororem germanam suam Elpenizen, non magis amore quam patrio more ductus. Atheniensibus enim licet eodem patre natas uxores ducere.* Cyrill. contra Iulian. Imp. lib. 6. fol. 129. *Cimon Elpenizen, eodem semine & sanguine ortam pro uxore habuit: & Persas ipsos, imo & ipsum summum Iovem imitatus, eodem cum sorore toro usus est.*

Memoriæ] *Memoriæ* sunt Arnobio lib. 6. contra gentes, fol. 116. memoralia scripta. Gell lib. 4. cap. 6. *In veteribus memoriis scriptum legimus.* Et lib. 5. cap. 5. & 9. lib. 10. cap. 12. lib. 20. cap. 10. Firmic. astronom. lib. 6. cap. 26. fol. 166. *Talem Oedipodem habuisse genituram, antiquæ ferunt memoriæ lectionum.* Tertull. Apoll. cap. 19. *Historiarum causæ & memoriarum.* Et adversus Iudæos, cap. 1. *Secundum memoriam populus Iudæorum, derelicto Deo, idolis servivit.* Ambrosius Epist. XXIIX. ad Theodos. Imp. *Factum est in urbe Thessalonicensium, quod nulla memoria habet.*

Tragœdiæ] Lactant. epitom. cap. 4. *Quid Scena? num sanctior? In qua Comœdia de stupris & amoribus; Tragœdia de incestis & parricidis fabulatur.* & lib. 6. cap. 20. Cyprian. epist. 1. ad Donatum. Et de spectat. fol. 376. Augustin. de Civitat. Dei lib. 2. cap. 8.

Etiam nescientes miseri, potestis in illicita proruere, dum Venerem promiscu spargitis] Lactant. lib. 6. cap. 20. *Quis dubitet, quin impius sit, qui alienæ misericordiæ locum non tribuit? qui, etiam si contingat ei, quod voluit, ut alatur; addixit certè sanguinem suum vel ad servitutem, vel*

ad

ad lupanar. Quæ autem possint, vel soleant accidere in utroq; sexu, vel per errorem, quis non intelligit? quis ignorat? Quod vel unius Oedipodis declarat exemplum, duplici scelere confusum. Iustin. Martyr pro Christian. Apol. 2. fol. 55. Tertullianus Apol. cap. 9.

Dum passim liberos seritis] Tertull. lib. 1. ad uxorem cap. 5. *Quid gestiamus liberos serere?* Ita Horat. in carm. seculari dixit, *producere sobolem.* Lucret. 5. de rerum nat. pag 175. *prolem producere.* Arnob. lib. 4. advers. gent. fol. 86. *prolem extundere.*

Dum etiam domi natos, alienæ misericordiæ frequenter exponitis] Cod. Theodos. L. 11. de expositis: *Nullum dominis vel patronis repetendi aditum relinquimus: si expositos quodammodo ad mortem, voluntas misericordiæ amica collegerit.*

Vnius matrimonii vinculo libenter inhæremus] Licet veteres Christiani secundas nuptias non omnino damnarint, admodum tamen malignè de iis senserunt. Patet id abundè ex Ambrosio de viduis part. 3. pag. 227. & in comm. Epist. Pauli. 1. Corinth cap. 7. Hieron. de μονογαμία. Chrysost. de Virginitate tom. 5. cap. 37. Tertullianus passim secundas nuptias vocat, *adulterium, dedecus voluptuosum, confusionem.* & Athenag. apol pro Christian. pag. 41. *speciosum adulterium:* ἢ οἷος (inquit) τὶς ἐτέχθη μέλειν, ἢ ἐφ' ἑνὶ γάμῳ ὁ γὰρ δεύτερος, εὐπρεπὴς ἐστὶ μοιχεία. Canon. L. Basilii Magni in epitome Sanctor. Canon. fol. 55. tertium conjugium *inquinamentum Eccclesiæ.* ἡ τριγαμία παράνομος, καὶ τῆς ἐκκλησίας ῥύπασμα. Ubi etiam notat scholiastes græcus, ut illi, qui post XL. annum tertias nuptias contrahunt, velut inquinamenta ecclesiæ, communionis exortes sint ad quinquennium. Inde quoque sancitum, ne bimariti ad episcopatum admitterentur. Canon. Apost. cap. XVII. Hieron. lib. 11. contra Iovian. cap. III. & de Monogamia ad Ageruchiam Epist. 11. cap. 11. Chrysost. in Epist. Pauli ad Titum cap. 1. Homil. 2. Gelasius PP. in Decretis cap. XXIV. Innocentius PP. ad Victricium episcop. Epist. 11. cap. VI. Burchardus Wormaciensis Episcop. lib. 1. Decretal. cap. V. Concil. Spalense II. cap. IV. Concil. Romanum cap. II. Concil. Agathense cap. XXXIX. Concil. Antisiodorense cap. XXIV. Concil. Neocæsariense cap. VII. & Burchardus Wormaciensis Episcop. lib. 2. cap. 233. (nescio irreligiosius an ineptius) præsbyterum in nuptiis bigami prandere vetant. Hinc maximè Cataphrygarum, Montanistarum ac Novatianorum hæreses tumuerunt, quæ secundas nuptias pro fornicatione habebant, asserebantque, ideo eas Apostolum Paulum permisisse, quia ex

parte sciebat, ex parte prophetabat. Quos fanaticos, buccis sonantibus, non sapientibus (ut ait Augustinus) inflavit Tertullianus dum secundas nuptias, tanquam illicitas, maledico dente carpit, quas omninò licitas Apostolus sobriè asserit, nec damnabiles, nec deturpandas. Vide Augustin. de Hæresib. cap. XXVI. & tom. 4. de bono viduitatis. cap. 4. Ruffinum in exposit. Symboli ad Damasum apud Hieronym. tom. IX. Epist. XVII. Hieronym. adversus Montanum Epistol. 54. Autor de fide ad Petrum Diacon. cap. 3. fol. 160. apud Augustin. tom. 4. *Si cui primo contigerit privari conjugio, si voluerit secundas vel tertias inire nuptias, nullum de illis peccatum habebit, si eas castè servaverit: id est, si unus & una legitimè duntaxat conjuncti, fidem servent, ut nec ille mulieri præter uxorem, nec illa viro præter maritum ullatenus misceatur.*

Cupiditatem procreandi aut unam scimus, aut nullam] Philo de Cherubin fol. 78. Ἀνὴρ μὲν γυναικὶ, ἄνθρωπος δ' ἄῤῥην ἀνθρώπῳ θηλείᾳ εἰς τὰς ἐπὶ γενέσει παίδων ὁμιλίας, ἐπακολουθῶν τῇ φύσει, συνέρχεται σοιησόμενον. Iustinus Martyr in epistola ad Diognetum fol. 384. Christiani γαμοῦσιν ὡς πάντες τεκνογονοῦσιν. Et apolog. 2. pro Christianis fol. 55. Ἀλλ' ἢ τὴν ἀρχὴν οὐκ ἐγαμοῦμεν, εἰ μὴ ἐπὶ παίδων ἀνατροφῇ, ἢ παραιτούμενοι τὸ γήμασθαι, τέλεον ἐνεγκρατευόμεθα. Id est: *Quin omnino vel matrimonium non aliter contrahimus, nisi liberorum creandorum, vel educandorum gratia: vel conjugium detrectantes, perpetuo nos continemus.* Athenagoras apologia pro Christianis pag. 41. Γυναῖκα μὲν ἕκαστος ἡμῶν, ἣν ἠγάγετο κατὰ τοὺς ὑφ' ἡμῶν τεθειμένους νόμους, νομίζων, καὶ ταύτην μέχρι τοῦ παιδοποιήσασθαι. ὡς γὰρ ὁ γεωργὸς καταβάλλων εἰς γῆν τὰ σπέρματα, ἄμητον περιμένει, οὐκ ἐπισπείρων, καὶ ἡμῖν μέτρον ἐπιθυμίας, ἡ παιδοποιΐα. Id est: *Vxorem quidem unusquisque nostrum quam duxit, secundum nobis positas leges reputat, eamque suscipiendæ duntaxat prolis gratia. Quemadmodum enim agricola, postquam in terram semina conjecit, exspectat messem, nihil insuper inserens, ita nobis quoque finis concupiscentiæ liberorum procreatio est.*

Inviolati corporis virginitate perpetua] Athenagoras apologia pro Christianis pag. 41. Εὕροις δ' ἂν πολλοὺς τῶν παρ' ἡμῖν, καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, καταγηράσκοντας ἀγάμους, ἐλπίδι τοῦ μᾶλλον συνέσεσθαι τῷ θεῷ. Iustinus Martyr apolog. 2. pro Christianis fol. 48. Πολλοί (apud Christianos) τινες καὶ πολλαὶ, ἑξηκοντοῦται καὶ ἑβδομηκοντοῦται, οἳ ἐκ παίδων ἐμαθητεύθησαν τῷ Χριστῷ, ἄφθοροι διαμένουσι.

Convivia non tantum pudica colimus sed & sobria] Christiani agitarũt publica & privata cõvivia. De publicis quæ in ecclesia fiebant post sumptam

sumptam eucharistiam, capio hæc Hieronymi in epist. Pauli ad Corinth. 1. cap. XI. *In Ecclesia convenientes, oblationes suas separatim offerebant, & post communionem quæcunque eis de sacrificiis superfuissent; illic in Ecclesia communē cœnam comedentes, pariter consumebant.* Et Chrysost. in cand. epist. homil 27. fol. 559. Κοινὰς ἢ ἐποιοῦντο τὰς τραπέζας ἐν ἡμέραις νενομισμέναις, ὡς εἰκός: ἐκ τῆς σωτηρίου ἀπαρτισθείσης μυστηρίων κοινωνίας, ἅπαντες ἦσαν εὐωχίαν, τῶν μὲν πλουσίων φερόντων τὰ ἐδέσματα, τῶν δὲ πενομένων, καὶ οὐδὲν ἐχόντων, ὑπ' αὐτῶν καλουμένων, καὶ κοινῇ πάντων ἐστιωμένων. Id est: *Statis autem diebus mensas faciebant communes, & peracta synaxi, post sacramentorum communionē omnes commune inibant convivium, divitibus quidē cibos adferentibus, pauperibus etiam & qui nihil habebant vocatis, & omnibus communiter vescentibus.* Et Sermone de verbis Apostoli *Oportet hæreses esse, &c.* Tom. 4. fol. 606. *Inolevit in ecclesiis consuetudo quædam admirabilis: fideles enim omnes in conventibus suis postquam audissent doctrinas, post preces, post sacramentorum communionem, soluta concione non mox domum concedebant, sed dites & abundantiores alimenta & edulia à domibus suis auferentes, pauperes vocabant, communesq; faciebant mensas, communia convivia in ipsa ecclesia. Atq; ita à communione mensæ & pietate loci undequaq; ad charitatem accendebantur, non absq; summa voluptate utilitateque maxima: pauperes enim tum fruebantur consolatione qualis obtingebat; divites verò fructum benevolentiæ & ab ipsis, quos pascebant, & à DEO propter quem illos pascebant, assequebantur, sicq; tandem domum redibant. Igitur multa quidem hinc eis proveniebant bona: summum tamen omnium erat, fervens in tota congregatione amicitia, tanta ipsis inter se prudentia atque benevolentia congregatis non solum cum acciperent, sed & cum darent beneficia.* Oecumen. in epist. Pauli ad Cor. 1. cap. 11. pag. 88. Iohanne Hentenio interprete: *Præcipuis diebus sive festis post sacrorum mysteriorum participationem agebantur communes cœnæ, præparantibus illas divitibus ac pauperes invitantibus. Id autem erat occasio charitatis ac modestiæ animi.* Hæc convivia à dilectione Ἀγάπας (quod tamen improbat Clemens Alex. lib. 2. pædag. cap. 1. fol. 61.) nominarūt. Hieron. ad Eustochium de custodia virginit. Tom. 1. Epist. XXII. cap. XIV. Clemens constit. Apostol lib. 11. cap. XXIX. Oecumenius in Epistol. Iudæ cap. 11. Epitome S. Canonum Tit. 3. fol. 40. Concilium Laodicenum cap. XXVII. & XXVIII. Concilium Gangrense cap. 11. Corpus Canon. part. 1. Distinct. XLII. cap. III. Tertull. apolog. cap. XXXIX. *Cœna nostra de nomine rationem sui ostendit, vocatur ἀγάπη id quod dilectio penes Græcos est. Quantiscunque sumptibus*

ptibus consſtet, lucrum eſt pietatis nomine facere ſumtum, ſiquidem inopes quosq; refrigerio iſto juvamus, non qua penes vos paraſiti affectant, ad gloriam famulandæ libertatis, ſub autoramento ventris inter contumelias faginandi, ſed qua penes Deum major eſt contemplatio mediocrium. Si honeſta cauſa eſt convivii, reliquum ordinem diſciplinæ de cauſa æſtimate, quid ſit de religionis officio. Nihil vilitatis, nihil immodeſtiæ admittit, non prius diſcumbitur quam oratio ad DEVM præguſtetur. editur quantum eſurientes capiunt, bibitur quantum pudicis eſt utile: ita ſaturantur, ut qui meminerint etiam per noctem adorandum DEVM ſibi eſſe. Ita fabulantur ut qui ſciant Dominum audire. Poſt aquam manualem & lumina ut quisq; de ſcripturis ſanctis, vel de proprio ingenio poteſt, provocatur in medium DEO canere: hinc probatur, quomodo biberit. Æque oratio convivium dirimit. Inde diſceditur non in catervas cæſionum, neque in claſſes diſcurſationum, nec in eruptiones laſciviarum, ſed ad eandem curam modeſtiæ & pudicitiæ, ut qui non tam cœnam cœnaverint, quam diſciplinam. Sed hæ cœnationes, quę mutua charitate & Chriſtiana philoſophia non modica conſtabant. ob diſſenſiones & luxum nimium poſtmodum de eccleſiis ſublatæ. Chryſoſt. loco ſupra citato. Theophylact. Bulgariæ Archiepiſcop. in epiſtol. Pauli ad Corint. 1. cap. xi. Concil. Laodicenum cap. xxiix. Concil. Gangrenſe cap. xi. Concil. Carthagin. iii. cap. xxx. Concilium Africanum cap. ix. Concil. Antiſiodorenſe cap. ix. Photius Nomocan. Tit. v. cap. xii. Burchardus Wormacienſ. Epiſcop lib. 3. decretal. cap. 83. De privatis fusè Clemens Alexandrinus pædagog. lib. 2. cap 4. In parentalibus quoque pauperes convivio excipiebant. Origines lib. 3. in Iob. fol. 274. *Nunc verò nos non nativitatis diem celebramus, cum ſit dolorum atque tentationum introitus, ſed mortis diem celebramus, utpote omnium dolorum diſpoſitionem, atque omnium tentationum effugationem. Diem mortis celebramus, quia non moriuntur hi, qui mori videntur. Propterea & memorias Sanctorum facimus & parentum noſtrorum, vel amicorum in fide morientium devotè memoriam agimus, tam illorum refrigerio gaudentes, quam etiam nobis piam conſummationem in fide poſtulantes. Sic itaque non diem nativitatis celebramus, quia in perpetuum vivent ii, qui moriuntur. Celebramus nimirum religioſos cum ſacerdotibus convocãtes, fideles una cum clero, invitantes adhuc egenos & pauperes: pupillos & viduas ſaturantes, ut fiat feſtivitas in memoriam requiei defunctis animabus, quarum memoriam celebramus, nobis autem efficiatur in odorem ſuavitatis in conſpectu æterni Dei.* Hieron. in Ierem. lib. 3. cap. 16. *Moris autem eſt lugentibus ferre cibos, & præparare convivium: quæ Græci* περίδειπνα

vocant

vocant, & à nostris vulgo appellantur parentalia: eo quod parentibus justa celebrentur, Natalitia convivia sancti non celebrarunt. Orig. in Levit. cap. 12. & 13. Homil. 8. fol. 89. *Et ut scias, esse in hoc grande nescio quid, & tale quod nulli sanctorum ex sententia venerit, nemo ex omnibus sanctis invenitur diem festum, vel convivium magnum egisse in die natalis sui, nemo invenitur habuisse læticiam in die natalis filii, vel filiæ suæ. Soli peccatores super hujusmodi nativitate lætantur. Invenimus etenim in veteri quidem testamento Pharaonem regem Ægypti, diem natalis sui cum festivitate celebrantem, in novo verò testamento Herodem. Vterque tamen eorum ipsam festivitatem natalis sui, profusione sanguinis humani cruentavit. Ille enim præpositum pistorum, hic sanctum prophetam Ioannem obtruncavit in carcere. Sancti verò non solum non agunt festivitatem in natalis sui die, sed & spiritu Sancto repleti execrantur hunc diem.* Ambros. part. 3. de fide resurrectionis cap. 11. Hieron. lib. 2. in Matth. cap. 14. Beda lib. 2. in Marcum cap. 6. fol. 60.

Tantum denique abest incesti cupido] Origin. contra Celsum lib. 1. οἱ δ' ὑπ' αὐτῶν ὀπὶ ἰδιωτίᾳ ἐξουθενούμενοι καὶ μωροὶ καὶ ἀνδράποδα εἶναι λεγόμενοι, κἂν μόνον πιστεύωσιν ἑαυτοὺς τῷ θεῷ παραδεξασάμενοι τὴν τοῦ Ἰησοῦ διδασκαλίαν, τοσοῦτον ἀποδέουσιν ἀσελγείας καὶ ἀκαθαρσίας καὶ πάσης τῆς ἐν συνουσίαις ἀσχημοσύνης, ὡς καὶ τρόπον τελείων ἱερέων πᾶσαν συνουσίαν ἀποστραφέντων πολλοὺς αὐτῶν παντελῶς καθαρεύειν, οὐ μόνον ἀπὸ πάσης μίξεως. Id est: *Cæterum homines idiotæ ab illis pro nihilo habiti, ut stulti & illiberales, si modo committant se in fidem DEI, & doctrinam Iesu recipiant, tantum absunt ab omni lascivia, spurcitia, turpitudine libidinum, ut in morem perfectorum sacerdotum ab omni coitu abhorrentium, multi eorum in totum castè puréq; vivant, alieni à congressu mulierum etiam legitimo.* Athenagoras apolog. pro Christian. pag. 40. Ἡμεῖς δὲ τοσοῦτον ἀδιάφοροι εἶναι ἀπέχομεν, ὡς μηδὲν ἰδεῖν ἡμῖν, πρὸς ἐπιθυμίαν ἐξεῖναι. ὁ γὰρ βλέπων, φησί, γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη μεμοίχευκεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. οἷς οὖν μηδὲν τὸ πλέον ἔξεστιν ὁρᾶν, ἢ ἐφ' ἃ ἔπλασεν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ Θεὸς, ἡμῖν φῶς αὐτοὺς εἶναι. καὶ οἷς τὸ ἰδεῖν ἡδέως, μοιχεία, ἐφ' ἕτερα τῶν ὀφθαλμῶν γεγονότων, μέχρις ἐννοίας κριθησομένοις. πῶς ἂν οὗτοι ἀπιστηθεῖεν πωφρονεῖν. Vertit Suffridus Petrus: *Nos vero, tantùm abest ut promiscui simus, ut ne adspicere quidem ad concupiscentiam fœminas liceat. Nam qui aspicit (inquit) mulierem ut concupiscat jam stupravit eam in corde suo. Quibus etiam nihil ulterius spectare licet, quam ea quorum gratia Deus oculos creavit, ut lumen essent nobis; quibusque spectare libidinose stuprum est, oculis ad aliena occupatis, ad cogitationem usque rationem reddituris, quomodo hi temperantes esse non credantur.* Iustin. Apol. 2. pro Christian pag. 48. Theophilus ad Autolycum lib. 3. fol. 269. Athanas. ad Antiochum Quæst. XCVII. August. de libero arbit. lib. 1. cap. 3. de honestate mulier. cap. IV.

& v. Chryſoſt. in Matth. cap. v. homil. XVII. Tertull. Apolog. cap. IX. Philo de ſpecial. Legib. Euſeb. demonſt. lib. 3. demonſt. VII. Macarius homil. XXVI. Hieron. in Oſeeam tom. v. cap. IV. fol. 45. Ambroſ. de officiis lib. I. cap. L. *Adulterium non ſolum facti collurione, ſed etiam adſpectus attentione committitur.* Xixtus: *Scito te adulterum eſſe, ſi cogites de adulterio.* Rectè tamen Origenes in Matthæum cap. 16. fol. 22. *Adulterium in corde peractum, minus eſt peccatum, quam ſi quis adjungat etiam factum.*

Pag. 36 *Sic nos quod invidetis fratres vocamus*] Hieronym. tom. 2. adv. Helvidium cap. VIII. fol. 137. *Omnes Chriſtiani fratres vocamur, quia in communem omnes homines ex uno patre nati, pari inter nos germanitate conjungimur.* Baſilius Mag. homilia in Lacizis habita fol. 212. Πάντες συγγενεῖς, πάντες ἀδελφοὶ, ἑνὸς πατρὸς ἔκγονοι πάντες. ἐὰν τὸν σωματικὸν ζητῇς, φατὴρ ὁ οὐρανός. ἐὰν τὰ γήϊνα ζητῇς, μήτηρ ἡ γῆ. ἐξ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ διυρτίσμεθα πάντες. ὅπου ἀδελφοὶ ἡ φύσις χρῶ σάρκα. ἀδελφοὶ ἡ γένεσις ἡ κατὰ πνεῦμα. τὸ αὐτὸ σοι αἷμα φορεῖ ἀπὸ τοῦ προώτου ἀνθρώπου. τὴν αὐτὴν σοι χάριν ἔλαβε παρὰ τοῦ δεσπότου. Euſebius præparat. Eccleſ. lib. I. cap. II. Et in eccleſ. hiſtor. lib. I. cap. v. Auguſt. de diſciplin. Chriſtian. cap. I. Arnob. in Pſalm. 133. Athenag. Apolog. pro Chriſtian. pag. 41. Philo de charitate. Ambroſ. de Abraham patriarch. lib. 2. cap. 6. Chryſoſt. tom. 5. lib. I. de compunct. cordis fol. 486. Tertull. apolog. cap. XXXIX.

Cum ſit DEI homo ipſe ſimulachrum] Lactant. lib. 2. cap. 2. *Simulachrum DEI non illud eſt, quod digitis hominum ex lapide aut ære, aliave materia fabricatur; ſed ipſe homo, quoniam & ſentit, & movetur, & multas, magnaſq; actiones habet.* Et lib. 5. cap. 8. Chryſoſt. orat. 4. contra Iudæos, pag. 171. S. Paulus ad Corinth. 2. cap. 6. Orig. lib. 8. contra Celſum. Beda lib. 3. in Marc. cap. 9. Autor comment. in Matth. cap. XXIII. homil. XLV. fol. 905.

Hoſtias & victimas Domino offeram] Marius Victor in Geneſin lib. 2.

----noſtri nil muneris indiget ille
Totius mundi dominusque DEVSque

Doctè Theodoret. orat. 7. de ſacrificiis fol. 106. Tertullian. ad Scapulam cap. 2. Euſeb. demonſtration. lib. I. demonſt. 10. Et de vita Conſtant. Imp. lib. 4. cap. 10. Lactantius lib. 6. cap. 25. Et in epitom. cap. 2. & 7. Athenag. apol. pro Chriſtian. pag. 13. Iuſtin. Martyr pro Chriſtian. apol. 2. pag. 45.

Cum ſit litabilis hoſtia bonus animus, & pura mens, & ſincera conſcientia] Porphyr. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων lib. 2. fol. 36. Θεοῖς δὲ ἀρίστη μὲν καταρχὴ, νοῦς καθαρὸς καὶ ψυχὴ ἀπαθής. Xixtus in ſententiis: *Templum ſanctum eſt*

DEO

DEO mens pura, & altare est optimum, cor mundum & sine peccato. Lact. in lib. 2. Thebaid. Statii, pag. 56. *Victimarum loco bona conscientia litatur.* Doctè Hierocles in Pythagoram. Hieron. de institut. monachi ad Paulum epist. 13. cap. 3. tom. 1. Clemens Alexand. lib. 7. Stromat. fol. 303. Augustin. de natur. & gratia contra Pelagian. cap. 64. & tom. 10. serm. 1. in festo epiphaniæ fol. 438. Lact. lib. 5. cap. 19. lib. 6. cap. 24. Et in epitome cap. 3. Philo de *Offerentibus victimas*, fol. 582. & seq. Prudent. contra Symmach. lib. 2. pag. 395. & in Romano Martyre pag. 217.

Qui hominem periculo surripit] Xixtus in sentent. *Hostia DEO acceptabilis benefacere hominibus.*

In operibus enim ejus] Athanas. de incarnat. verbi Dei fol. 61. Augustinus in Psalm. 41. Chrysostom. in Genes. cap. 1. homil. 1v. Oecumenius in epistol. Pauli ad Romanos.

Sub oculis tamen non venit ventus & flatus] Lactant. lib 7. cap. 9. *Ante omnia, quoniam DEVS ab homine videri non potest, ne quis tamen ex eo ipso putaret DEVM non esse, quia mortalibus oculis non videretur; inter cætera institutorum suorum miracula fecit etiam multa, quorum vis quidem appareat, substantia tamen non videtur: sicut est vox, odor, ventus; ut harum rerum argumento & exemplo, etiam DEVM licet sub oculos non veniret, de sua tamen vi, & effectu, & operibus cerneremus. Quid voce clarius? aut vento fortius? aut odore violentius? hæc tamen cum per aërem feruntur, ad sensus usque nostros veniunt, & eos potentia sua impellunt, non cernuntur acie luminum, sed aliis corporis partibus sentiuntur. Similiter DEVS non aspectu nobis, aliove fragili sensu comprehendendus est, sed mentis oculis intuendus; cum opera ejus præclara & miranda videamus.* Xenoph. lib. 4. Memorab. fol. 802. Theophilus lib. 1. ad Autolycum.

Solem videre non possumus] Lucretius de rerum natur. lib. v. pag. 118.

Sol etiam cæcat, contra si cernere pergas.

Xenophon memorab. lib. 4. fol. 802. Ἔννοει δὲ, ὅτι καὶ ὁ πᾶσι φανερὸς δοκῶν εἶναι ἥλιος, οὐκ ἐπιτρέπει τοῖς ἀνθρώποις ἑαυτὸν ἀκριβῶς ὁρᾶν, ἀλλ' ἐάν τις αὐτὸν ἀναιδῶς ἐγχειρῇ διαβλέπειν, τὸν ὄψιν ἀφαιρεῖται. Id est: *Etiam consideres quod sol, cum omnibus esse conspicuus videatur, non permittat hominibus uti se accurate adspiciant: sed si quis impudentior eam spectare conetur, videndi facultatem amittat.* Theodoret. orat. x. de provident. Basilius Magnus homil. in illud S. Iohannis: *Et DEVS erat verbum, &c.* fol. 199.

DEVM oculis carnalibus vis videre, cum ipse animam tuam aspicere nec possis] Augustin. Tract. 11x. in Iohannem fol. 50. *Anima humana non videtur, & per opera quæ exhibet in carne, magnam præbet admirationem bene*

considerantibus. & Tom. IX. de Symbolo ad Catechum. cap. 3. fol. 771. *Sed dicit paganus, ostende mihi quem colis? Respondeo: ego quidem habeo etiam modo quem tibi ostendam, sed tu non habes oculos unde videas. Beati enim, ait salvator noster, mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Cor immundum & tenebris obvolutum peccatorum, Deum quærit videre. Lux lucet in tenebris, sed tenebræ eam non comprehendunt. Nunquid quia cæcus non videt, ideo lux non lucet? si nosses ô infidelis dicere Deo vero, illumina oculos meos: videres nobiscum nunc per speculum in ænigmate, ut posses videre facie ad faciem. Si ex operibus intelligeres artificem, ex creatura conjiceres creatorem. Si expaveseeres in te, quia non totum capis te, agnoseeres Deum, qui fecit te. Non enim vides animam tuam, cum omnia videat anima tua, per cavernam tuam. At si vides animam tuam, dic mihi qualis vel quanta sit, utrum quadra an rotunda, utrum lenis an aspera, utrum calida an frigida, utrum alicujus coloris, an omni colore carens. Video defeciisti ostendere animam tuam qualis sit. Non potes. Ecce immortalis est anima tua, & vivificat mortalem carnem tuam. Immortalem dico animam tuam ad utrumq;. Si credit immortalis est ad vitam: si non credit, immortalis est ad pœnam. Credimus ergo Deum immortalem & invisibilem, non illum quem vos infideles Deum fingitis, simul & adulterantem & tonantem, sed Deum verum, totius mundi fabricatorem atq; rectorem.* Servius in 6. Æneid. fol 438. *Animus invisibilis est, sicut etiam DEVS, unde originem ducit.* Philo in decalog. Apulejus de mundo pag. 128. Theophil. lib. 1. ad Autolyc. fol. 246. Chrysost. in Matth cap. 4. homil. XIV.

Pag. 37 *Deo cuncta plena sint*] Hilarius lib. 1. de Trinitate: *Nullus sine Deo, neque ullus non in Deo locus est. In cœlo est, in inferno est, ultra maria est. Ineſt interior, excedit exterior. Ita cum habet atque habetur: neq; in aliquo ipse, neq; non in omnibus est.* Et in Psalm. 118. & 137. Athanas. in rescripto ad Liberium episcop. Roman. ὅτι τέλειον ἄνθρωπον ἀπέλαβεν ὁ θεὸς λόγος, &c. fol. 397. August. lib. 1. confession. cap. 3. Et de civitate Dei lib. 7. cap. 30. Theophilus lib. 2. ad Autolyc. fol. 249. Hieron. lib. 18. in Esaiam cap. 66.

Tenebris interest, interest cogitationibus nostris] Hieron. pro libris adv. Iovinian. apologia ad Pammach. tom. 1. cap. 6. fol. 184. *Nihil DEO clausum est: & tenebræ quoque lucent apud eum.* Arrianus in Epict. lib. 1. cap. 14. ὥσθ' ὅταν κλείσητε τὰς θύρας καὶ σκότος ἔνδον ποιήσητε, μέμνησθε μηδέποτε λέγειν ὅτι μόνος εἰμί, οὐδὲ εἶ. ἀλλ' ὁ θεὸς ἔνδον ἐστὶ καὶ ὁ δαίμων ἐστί. Isidorus Peluſiota lib. 4. epist. 47. Lact. lib. 6. cap. 24. lib. 2. cap. 17. lib. 5. cap. 8. Athenag. apol. pro Christian. pag. 39. Cyprian. de lapsis fol. 222. Prudent. in Hymno. matut. Boëtius de consolat. philoſoph. lib. 5. met. 2. & prosa VI. Basilius Imp. in exhort. ad Leonem

filium

filium cap. 42. Ambrosius de officiis lib. 1. cap. 14. lib. 2. cap. 19.

Non tam sub illo agimus, sed cum illo vivimus] S. Paulus in Act. apost. cap. XVII. DEUS non longe ab unoquoque nostrum, ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν. ὡς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασι, τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.

Deo una domus est mundus hic totus] Lact. lib. 4. cap. 29. *Hic mundus una Dei domus est*. Philo lib. 2. de Monarch. pag. 564. τὸ μὲν ἀνωτάτω καὶ πρὸς ἀλήθειαν ἱερὸν θεοῦ νομίζειν τὸν σύμπαντα χρὴ κόσμον εἶναι. νεὼν μὲν ἔχοντα ἁγιώτατον τῆς τῶν ὄντων οὐσίας μέρος, οὐρανὸν, ἀναθήματα δὲ τοὺς ἀστέρας, ἱερέας δὲ τοὺς ὑποδιακόνους αὐτοῦ τῶν δυνάμεων ἀγγέλους. Id est: *DEI templum summum verumque existimandum est mundus hic universus, cujus sacrarium sit cœlum, in tota rerum natura præstantissimum, donaria verò sidera, sacerdotes & æditui potestates angelicæ.*

Nequitia sua hanc eos meruisse fortunam] Beda lib. 6. in Luc. cap. 23. fol. 493. *Iudæi quia data sibi optione, pro Iesu latronem, pro salvatore interfectorem, pro datore vitæ, elegerunt ademptorem, merito salutem, vitamque perdiderunt & latrociniis se ac seditionibus in tantum submerserunt, ut & patriam, regnumq; suum, quod plus Christo amavêre perdiderint, & hactenus eam, quam vendidere, vel animæ vel corporis libertatem recipere non meruerint.* Augustin. de consensu Euangelist. lib. 1. cap. 11. & 13. Origin. contra Celsum lib. 2. Nicephorus Callist. lib. 2. eccl. hist. cap. 9. Tertull. Apol. cap. 21. Chrysost. in Matth. cap. 24. Homil. 77. Procopius Sophista in Esaiam fol. 157. Theodor. de fine & judicio. orat. 11. Isidor. Pelusiot. lib. 3. epist. 128. Theophylactus in Iohan. cap. 4. Hieron. in Esaiam lib. 17. cap. 63. In proverbia Salomonis lib. 1. cap. 1. fol. 73. Autor comment. in Matthæum cap. XXIV. homil. XLIX. fol. 934.

Omnia quæ orta sunt occidere] Cyprian. ad Demetrian. fol. 254. *Hæc sententia mundo data est, hæc Dei lex est, ut omnia orta occidant, & aucta senescant, & infirmentur fortia, & magna minuantur, & cum infirmata & diminuta fuerint, finiantur.* Cicero lib. 1. de natura Deorum pag. 17. Philargyr. in 2. Georg. Basilius Magnus homil. 6. in Hexæmer. Salust. de bell. Iugurtin. & 1. epist. ad Cæsar. Pag. 38

Stoicis constans opinio est] Athen. Apol. pro Christ. pag. 21. Τούτῳ καὶ οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς τῷ λόγῳ ἐκπυρωθήσεσθαι τὰ πάντα, καὶ πάλιν ἔσεσθαι φασὶν, ἑτέραν ἀρχὴν τοῦ κόσμου λαβόντος. Stoicorum opinio, non solum mundum sed ipsum Deum in ignem dissolutum iri. Iustin. Martyr apolog. 2. fol. 51. Οἱ λεγόμενοι δὲ Στωϊκοὶ φιλόσοφοι, καὶ αὐτὸν τὸν Θεὸν εἰς πῦρ ἀναλύεσθαι δογματίζουσι, καὶ αὖ πάλιν κατὰ μεταβολὴν τὸν κόσμον γενέσθαι λέγουσιν. Stobæus eclogis physicis cap. 24. Epiphan. de Stoicis. Cicero lib. 4. academ.

quæst. fol. 33. Philo; *Quod mundus sit incorruptibilis, &c.* Hieron. lib. XIV. in Esaiam cap. LI. Origen. lib. v. contra Celsum. Seneca natur. quæst. lib. 3. cap. 28. Gazæus in Theophrasto. Marius Victor lib. 1. in Genesin.

Epicureis] Lactantius lib. VII. cap. 1. *Epicurus autore Democrito veridicus in hac re fuit: ait enim mundum ortum & aliquando esse periturum.*

Cum ipsum mundum perpetuum & insolubilem diceret fabricatum, addit tamen ipsi artifici Deo soli & solubilem esse, & mortalem] Platonis locum de mundi solutione ex Timæo, pag. 41. citavi in observat. Arnobianis lib. 2. fol. 51. quibus adde hunc Timæi Locri de anima mūdi apud Platon. tom. 3. fol. 94. Ε'ποίησεν ὧν τόνδε τὸν κόσμον ἐξ ἁπάσας τᾶς ὕλας, ὅλον αὐτὸν καταστασάξας τᾶς τῶ ὅλω φύσιος, διὰ τὸ πάντα τἄλλα ἐν αὐτῷ περιέχειν, ἕνα, μονογενῆ, τέλειον, ἐμψυχόν τε καὶ λογικὸν (κρέσσονα γὰρ τάδε ἀψύχω καὶ ἀλόγω ἐσόν) καὶ σφαιροειδὲς σῶμα. πλείονος γὰρ τὸ ἄλλων σχημάτων ἰσοπαὲς. ἀκλεήμονα δ' ὧν ἄειστον ἔμμεναι ποιεῖν, τοῦτον ἑτοίης θεὸν γενητὸν, ἄπρακτα φθαρησόμενον ὑπ' ἄλλω αἰτίω, ἔξω τῶ αὐτὸν συνταταγμένω θεῶ, εἴποκα δήλεται αὐτὸν διαλύειν. Id est: *Hunc mundum ex omni materia creavit Deus, universique naturam terminum ipsum circumscripsit atq; desiit: quod videlicet omnia alia in seipso complectatur, quippe quod unum sit unigenitum, perfectum, animæ & rationę præditum (sic enim melius erat futurum quam illud quod animæ & rationis est expers) globoso corpore (hæc enim figura omnibus figuris perfectior est.) Quum igitur Deus vellet pulcherrimum fœtū producere, hunc efficit Deum genitum, nunquam corrumpendum ab alia causa, præterquam à Deo, qui ipsum composuit, si quando voluerit ipsum dissolvere.* Clemens recogn. lib. 8. fol. 120. Theod. de nat. & mund. orat. 4. Euseb. lib. 7. de præpar. eccles. cap. 2. Tertull. de spectac. cap. 10. Augustin. tom. 4. fol. 661.

Quod illi de divinis prædictionibus prophetarum] Quæcunq; bona & vera Philosophi de Deo & natura rerum prompserunt, ea omnia de sacramentis veterum prophetarum. Tertull. apolog. cap. XLVII. de testimon. animę cap. v. August. de doctrina Christian. lib. 2. cap. 28. Iustinus Martyr cohort. ad Græcos. & apolog. 2. pro Christian. pag. 64. & 73. Theodor. orat. 2. contra Græcos fol. 29. 31. 37. 38. 91. & seq. Theophil. ad Autolycum lib. 1. fol. 248. lib. 2. 265.

Pythagoras primus] Hieron. tom. 1. apolog. adversus Ruffinum cap. x. fol. 261. *Apud Græcos Pythagoras primus invenit, immortales esse animas, & de aliis corporibus transire in alia. & se primum fuisse Euphorbum, secundo Callidem, tertio Hermotimum, quarto Pyrrum, ad extremum Pythagoram.* Lact. lib. VII. cap. XII. & XXIII. *Pythagoras transire animas in nova corpora disputavit, sed ineptè, quod ex hominibus in pecudes, & ex pecudibus in homines.*

nes. Hieron. epistola 3. ad Heliodorum tom. 1. cap. 2. fol. 8. Malchus de vita Pythagoræ pag. 13. Pamphilus apud Hieron. tom. IX. cap. 151. Diodorus Siculus biblioth. lib. 1. pag. 88. Tertull. apologetico cap. XVII. de anima cap. XXIX. Iustinus Martyr quæst. Græc. fol. 163. & seq. Ambrosius lib. de bono mortis cap. X. Photius biblioth. fol. 713. Nicephor. Callist. eccles. histor. lib. X. cap. 35. Damascenus de hæresib. fol. 574. Eusebius de præparat. Ecclesiast. lib. X. cap. 11. Origenes contra Celsum lib. 1. pag. 16. Diogenes Laërtius lib. VIII. in vita Pythagoræ.

Plato] Plato de repub. lib. X. fol. 620. ἢ ὃν τῷ ἄλλων δὴ θηείων ἑαυτοῦ εἰς ἀνθρώπους ἴέναι ἢ εἰς ἄλληλα τὰ μὲν ἄδικα, εἰς τὰ ἄδικα. τὰ δὲ δίκαια, εἰς τὰ ἥμερα μεταβάλλοντα, ἢ φάσας μίξεις μίγνυσθαι. Timæus Locrus de anima mundi apud Platonem tom. 3. fol. 104. Nemesius περὶ φύσεως ἀνθρώπου cap. 2. Hieronymus adversus Ruffin. apolog. cap. X.

Mimi convitio] Lact. lib. 7. cap. 12. *Sententia deliri hominis ridicula, mimo dignior quam schola fuit.* Prudent. περὶ στεφάνων in Laurent. martyr. pag. 144.

Impune tantas furcifer
Strophas cavillo mimico,
Te nexuisse existimas.

Vt primum potuisse fingi, ita denuo posse reformari] Lact. lib. 7. cap. 23. *Si à principio Deus hominem, nescio quo inenarrabili modo instituit: credamus ab eodem restitui veterem posse, qui novum fecit.* Tertull. apolog. pag. 92. & de resurrect. carnis. Damascenus de fide orthodoxa. lib 4. cap. 28. Ruffinus in expositione symboli ad Laurentium PP. apud Hieron. part. 1. Tract. 11. epistol. XLI. Gregorius Nyssenus lib. de opificio hominis cap. 26. & seq. Ambros. de fide resurrect. cap. XI. & seq. August. in Psalm. 62. fol. 438. *Resurrectio carnis vobis promittitur, ut caro quidem ista, quam modo portamus, resurgat in fidem. Nec incredibile vobis videatur; si enim Deus fecit nos, qui non eramus, magnum est illi reparare, qui eramus.* & Tomo 4. de catechizandis rudibus cap. XXV. & XXVII.

Corpus omne sive aresci in pulverem, sive in humorem solvitur] Tatianus contra Græcos, fol. 279. ὥσπερ γὰρ οὐκ ὢν πρὶν ἢ γενέσθαι τὶς ἦμην οὐκ ἐγίνωσκον, μόνον δὲ ἐν ὑποστάσει τῆς σαρκικῆς ὕλης ὑπῆρχον: γεγονὼς δὲ ὁ μὴ πάλαι, διὰ τῆς γενέσεως τὸ εἶναι πεπίσθηκα: τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ γενόμενος, καὶ διὰ θανάτου μηκέτ' ὢν, αὖθις τε μηκέθ' ὁρώμενος, ἔσομαι πάλιν, ὥσπερ μὴ πάλιν γεγονὼς εἶτα γενηθείς: κἂν πῦρ ἐξαφανίσῃ πᾶν τὸ σαρκίον, ἐξαλοιφθῆσαι τὴν ὕλην ὁ κόσμος κεχώρηκεν: κἂν ἐν θαλάμοις, κἂν ἐν θαλάσσαις ἐνδαπανηθῶ. κἂν ὑπὸ θηρίων διασπασθῶ, ταμείοις ἐναπόκειμαι πλουσίοις διαφόροις. καὶ ὁ μὲν πλοῦτος καὶ αὖθις ἐκ οἵδε τὰ ἀποκείμενα, θεὸς δὲ ὁ βασιλεύων, ὅτε βέλεται τὸν ὁρατὸν ἀμφὶ μόνον ὑπόσα-

Pag. 39

ὑπόστασιν ἀποκαταστήσει πρὸς τὸ ἀρχαῖον. Id est: *Quoniam sicut ignorabam, quid essem antequam nascerer, cum nullus adhuc essem, solum autem in subjecto materiæ carnis existebam, deinde genitus, qui olim non eram, & ex ipsa generatione essentiæ meæ fidem habeo. Ita natus & per mortem ad non esse redactus, atque iterum inconspicuus oculis, denuo existam. quamvis enim caro tota incendio consumatur, materiam tamen evaporatam mundus excipit: quanquam aut in fluviis, aut in mari contabescam, aut à feris dilanier, condor tamē in penu prædivitis Domini: quod licet pauperes & impii nesciant, Deus tamen qui regnat, substantiam sibi soli conspicuam, quando voluerit, ad pristinam integritatem reducet.*

Veterem & meliorem consuetudinem humandi] Cicero de legibus lib. 2. fol. 340. *Mihi quidem antiquissimum sepulturæ genus fuisse videtur, quo apud Xenophontem Cyrus utitur. redditur enim terræ corpus, & ita locatum ac situm, quasi operimento matris obducitur.* Lact. lib. VI. cap. XII. *Quin etiam non defuerunt, qui supervacaneam facerent sepulturam; nihilq; esse dicerent mali, jacere inhumatum, atque abjectum. quorum impiam sapientiam cum omne humanum genus respuit, tum divinæ voces, quæ id fieri jubent. Verum illi non audent dicere, id non esse faciendum; sed si fortè non fiat, nihil esse incommodi. Itaq; in ea re non tam præcipientium, quam consolantium funguntur officio; ut si forte id sapienti evenerit, ne se ob hoc miserum putet. Nos autem non quid sapienti ferendum sit, dicimus; sed quid facere ipse debeat. Itaque non quærimus nunc, utrumne tota sepeliendi ratio sit utilis, nec ne: sed hæc, etiam si sit inanis (ut illi existimant) tamen facienda est, vel ob hoc solum, quod apud homines benè & humanè fieri videtur. Animus enim quæritur & propositum ponderatur. Non enim patiemur, figuram & figmentum Dei, feris ac volucribus in prædam jacere; sed reddamus id terræ, unde ortum est.* Vide Origen. contra Celsum lib. 8. Augustinus de civitate Dei. lib. 1. cap. 13. & tom. 4. ad Paulin. de cura pro mortuis agenda cap. 3.

Sol demergit & nascitur] Chrysologus in symb. Apostol. serm. 59. pag. 249. *Crede homo de morte resurgere te posse, quia antequam viveres, nil fuisti: aut quare dubitas quod resurgas, cum tibi totum, quod in rebus est, quotidie sic resurgat? Sol occidit & resurgit: dies sepelitur & redit. menses, anni, tempora, fructus, semina, cum transeunt ipsa moriuntur, cum redeunt sua ipsa morte reviviscunt, & ut resurrecturum te, jugi & vernaculo instruaris exemplo, quoties dormis, & vigilas, toties moreris & resurgis.* Tertull. apol. cap. 48. & de resurrect. carnis fol. 92. Theodoret. orat. 9. de provid. pag. 216. & seq. Theophilus lib. 1. ad Autolyc. fol. 248. Prudent. lib. 2. contr. Symmach. pag. 414. Macarius homil. 5. Olympiod. in Eccles. cap. 12. Ambros. Hexæm. lib. 3. cap. 8. Nilus apud Photium bibliot. fol. 836. Athenag. apol. pag. 43. Chrysost. in 2. epist. Pauli ad Cor. cap. 15. homil. 4.

Malunt

Malunt extingui penitus quam ad supplicia reservari] Hierocles in Pythagoram pag. 164. ὁ βέλτιστος καὶ ὁσιώτατος ἀθάνατον εἶναι τὴν αὐτῆς ψυχὴν, ἵνα μὴ ἐπιμένῃ πονηρεύμενος. Clemens recog. lib. 5. fol. 95. *Si qui ad exitum vitæ in impietate perstiterint, tum jam discedens anima, quæ immortalis est, pro impietatis suæ perseverantia luet pœnas. Immortales namq; sunt etiam impiorum animæ, quas ipsi fortasse velint pariter cum corporibus suis finiri; sed non ita est, perfert enim ignis æterni sine fine supplicia, & ad perniciem sui naturam non habet moriendi.*

Cujus quanto judicium tardum est] Autor de rectitudine Cath. conversat. pag. 796. *Nolite negligere, quod vos pius Deus sustinet peccantes, quia quanto diutius expectat, ut vos emendetis, tanto gravius vindicabit, si neglexeritis.* Valerius Maximus lib. 1. cap. 1. *Lento gradu ad vindictam sui divina procedit ira; sed tarditatem supplicii gravitate compensat.* Vid. Augustinus de vita Christiana cap. 2. & seq.

Illius ignei fluminis, & de Stygiâ palude] Plato Phœdone fol. 112. & seq. Arnob. lib. 2. adversus Gentes pag. 31. Euseb. præpar. eccles. lib. 11. cap. 20. lib. 13. cap. 7. Theodoret. orat. 11. de fine & judicio fol. 154. & seq. Servius in Virgil. pag. 117. & 104.

Rex Iuppiter per torrentes ripas jurat religiosè] Apollodorus biblioth. lib. 1. pag. 5. τὸ δὲ τῆς Στυγὸς ὕδωρ ἐπὶ πέτρας ἐπὶ ᾄδου ῥέον, Ζεὺς ἐποίησεν ὅρκον, τοῦτον αὐτῇ πρῶτον διδοὺς ἀνθ' ὧν αὐτῷ καὶ Τιτάνων μετὰ τῶν παίδων συνεμάχησε. Suidas in ὅρκος. Tertul. apol. cap. 11. Virgil. lib. 6. Æneid. Stat. lib. 8. Theb. Servius in Virg. fol. 407.

Illic sapiens ignis] Clemens Alexandrinus protrept. fol. ἐν τοῖν ἐν Δελφοῖς τοῦ Ἀπόλλωνος τρίποδον ἥρπασεν ὄφελλα, ἔπειτα ἠφάνισε πῦρ σωφρονοῦν. Tertull. adversus Gnosticos cap. 111. *Sapiens ignis effigiem vituli defundit, illos sugillans, illic cor habentes ubi & thesaurum.* Quæ loca etiam notata à Fulvio Ursino, & Wowerio. Hieronymus in Daniel. cap. 3. fol. 503. *O quam sapiens ignis! quam inenarrabilis Dei potentia! vinculis stricta sunt corpora, uruntur vincula, corpora non uruntur.* Paulinus epist. 9. ad Severum fol. 62. *Non ardebit opus nostrum, & ignis ille sapiens transeuntes nos per examen suum, non severo ardore ambiet puniendos.*

Membra urit & reficit] Autor de rectitudine cath. conversationis fol. 798. *Gehennæ ignis sic consumit, ut semper reservet.* Lactantius lib. 7. cap. 21. *Quia peccata in corporibus contraxerunt; rursus carne induentur, ut in corporibus piaculũ solvant; & tamen non erit caro illa, quam Deus homini superjecerit huic terrenæ similis, sed insolubilis ac permanens in æternũ, ut sufficere possit cruciatibus, & igni sempiterno; cujus natura diversa est ab*

hoc noſtro, quo ad vitæ neceſſaria utimur: qui niſi alicujus materiæ fomite alatur, extinguitur. At ille divinus per ſeipſum ſemper vivit, ac viget ſine uliis alimentis, nec admiſtum habet fumum, ſed eſt purus ac liquidus, ac in aquæ modum fluidus. Non enim vi aliqua ſurſum verſus urgetur, ſicut noſter, quem labes terreni corporis, quo tenetur, & fumus intermiſtus exilire cogit, & ad cœleſtem naturam cum trepidatione mobili ſubvolare. Idem igitur divinus ignis una, eademq; vi atq; potentia & cremabit impios & recreabit: & quantum è corporibus abſumet, tantum reponet; ac ſibipſe æternum pabulum ſubminiſtrabit. Quod poëtæ in vulturem Titii tranſtulerunt. Ita ſine ullo revireſcentium corporum detrimento aduret tantum, ac ſenſu doloris afficiet. Cyprian. ad Demetrian. fol. 58. Ambroſ. in epiſt. Pauli ad Theſſ. cap. 2. Tertull. apolog. cap. 28.

Sicuti igitur ignes Ætnæ & Veſuvii] Vide Iſidor. Hiſpal. de natur. rerum cap. 46. Tertull. apolog. cap. 48. Nazianzenum in Iulian. orat. 1. fol. 291.

Eos merito torqueri, qui Deum neſciunt] Ambroſ. in Lucam lib. 8. cap. 17. *Etenim Athenienſibus ignotus DEVS; in Iudæa notus, ſed non receptus. Et ideo qui ignorat, ignorabitur, qui prævaricatur, damnatur. nec ille erutus à culpa: qui ſuum autorem neſcivit.* Et de vocatione Gent. lib. 2. cap. 5. Clemens recogn. lib. 5. fol. 92. Autor de rectit. cathol. converſat. pag. 798. Lactant. lib. 7. cap. 26. Tertullian de pœnitentia. Ignatius epiſt. XIV. ad Epheſios. Baſilius Magn. concione in S. Baptiſma fol. 188.

Pag. 40 *Vos adulteria prohibetis & facitis*] Vide Cyprian. epiſt. 2. ad Donat. fol. 3. Theodoret. orat. 3. contra Græcos. Hieronym. contra hæreſes Iovinian. lib. 1. cap. 21.

Nos uxoribus noſtris ſolummodo viri naſcimur] Tertullianus apolog. cap. 16. *Chriſtianus uxori ſuæ ſolus maſculus naſcitur.*

Apud nos & cogitare, peccare eſt] Iſidorus Hiſpal. lib. 2. ſentent. cap. 25. *Non ſolum factis, ſed & cogitationibus delinquimus.* Hieron. lib. 1. in Oſeeam cap. 14. *Non ſolum opus, ſed & cogitatio mali operis pœnas luet.* Iſidor. Peluſiota lib. 1. epiſt. 79. Lactant. lib. 6. cap. 23. Tertull. apol. cap. 45. Iuſtin. martyr apol. 2. pro Chriſtian. pag. 47. Auguſtinus tom. 9. de honeſtate mulierum fol. 229. Chryſoſt. in Matth. cap. 5. homil. 17.

Nos conſcientiam ſolam] Iſidor. ſentent. lib. 2. cap. 26. *Quamvis humana judicia ſubterfugiat omnis qui malè agit, judicium tamen conſcientiæ ſuæ effugere non poteſt.*

De veſtro numero carcer exæſtuat] Tertullian. ad Scapulam cap. 2. *Nos*

quos

quos sacrilegos existimatis, nec in furto unquam deprehendistis, nedum in sacrilegio. Omnes autem qui templa despoliant, & per deos jurant, & eosdem colunt, Christiani non sunt, & sacrilegi tamen deprehenduntur. Lactant. lib. 5. cap. 9. *Non enim de nostro, sed illorum numero semper existunt, qui vias obsideant armati, maria prædentur; vel si palam grassari non licuit, venena clam temperent; qui uxores necent, ut dotes earum lucrentur; aut maritos, ut adulteris nubant, qui natos ex se pueros aut strangulent, aut si nimium pii fuerint, exponant, qui libidines incestas nec à filia, nec à sorore, nec à matre, nec à sacerdote contineant; qui adversus cives suos, patriamq; conjurent; qui nec eculeum metuant; qui denique sacrilegia committant, & Deorum, quos colunt, templa dispolient.*

Fortis Fortunæ] Varro de L.L. lib. 4. pag. 18. Iulius Obsequens de prodigiis cap. 38. Donatus in Terentii Phormionem Act. v. Scena VI. Livius lib. 27. pag. 636. *Cella Fortis Fortunæ.* Lib. inscription. fol. 1013. inscript. 10.

NUMINI. FORTIS. FORTUNÆ. MARIANUS. LIBENS. CUM. SUIS. VOTUM. SOLVIT.

Quid aliud est fatum] Isidor. orig. lib. 8. cap. 2. *Fatum dicunt esse quod Dii fantur, vel quod Iuppiter fatur.* Augustin. de civitat. Dei lib. 5. cap. 9. & in Iohan. cap. 8. Tract. 37. contra Faust. Manich. lib. 2. cap. 5. tom. 4. de quæst. V. & N. testamenti, quæstione 115.

Quod plerique pauperes dicimur, non est infamia nostra] Isidor. Pelusiota epist. lib. 2. epist. 168. lib. 3. epist. 101. Lactant. lib. 5. cap. 22. Plotinus adud Theodoretum orat. 6. contra Græc. fol. 97. Maximus Monach. sermone. 33.

Animus enim ut luxu solvitur] Hieronym. tom. 9. de regulis monachorum, pag. 224. *Luxu rerum & ubertate copiarum animus solvitur, vigor mentis infringitur, virtus corporis enervatur.*

Quis potest pauper esse, qui Deo dives est] S. Simon Apostol. apud Abdiam lib. 6. pag. 78. *Non sunt pauperes, qui divitias cœlestes habent.* Hieron. epist. 3. ad Heliodorum de laude vitæ solitariæ. & de regul. monachorum fol. 224. *Affatim dives est, qui cum Christo est pauper.* Lactant. lib. 6. cap. 12. *Qui apud Deum dives est, pauper esse nunquam potest.* Leo PP. de Quadragesf. serm. 4. *Semper dives est Christiana paupertas.* Doctè Ambrosius ad Simplicianum epist. x.

Magis pauper ille est] Antonius Monachus serm. 33. pag. 41. οὐκ ἔστι πένης ὁ μηδὲν ἔχων, ἀλλ' ὁ πολλῶν ἀπῳυμῶν: οὐκ ἔστι πλούσιος ὁ πολλὰ κεκτημένος, ἀλλ' ὁ μηδενὸς δεόμενος. *Non pauper est, qui nihil habet, sed qui multa desiderat. Non dives est, qui possidet multa, sed qui nulla re indiget.*

diget. Chryſoſt. in Matthæum cap. XXVI. homil. LXXXI. Iamblichus de vita Pythagoræ lib. 1. cap. 17. Lactant lib. 2. cap. 15. Xixtus in ſentent. Tatian. contra Græcos fol. 281. Maxim. Monach. ſerm. 12. de paupertate. Stobæus de injuſtitia ſerm. 10. fol. 130.

Nemo tam pauper eſſe poteſt, quam natus eſt] Seneca de provident. cap. 6. *Nemo tam pauper vivit, quam natus eſt.*

Aves ſine patrimonio vivunt] Cyprian. de opere & eleemoſin. fol. 279. S. Matthæus Euangeliſt. cap 6. Autor incertus comment. in Matthæum cap. 6. homil. 16. fol. 734. Ambroſius in Pſalmum. XIX.

Et hæc nobis tamen nata ſunt] Lactant. de ira cap. 13. Ambroſ. lib. 6. epiſt. 38. Theophilus ad Autolyc. lib. 1. fol. 246. Theodoret. orat. 6. de provident. Hieronym. lib. 2. adverſus Iovian. cap. 4.

Vt qui viam terit] Lactant. lib. 7. cap. 1. *Virtutis via non capit magna onera portantes. Anguſtus admodum trames eſt, per quem juſtitia hominem deducit in cœlum. Hunc tenere non poteſt, niſi qui fuerit expeditus & nudus. Nam iſti locupletes multis & ingentibus ſarcinis onerati, per viam mortis incedunt; quæ latiſſima eſt; quoniam latè perditio dominatur.* Cyprian. de lapſis fol. 219. Hieron in Ionam. cap. 3.

Pag. 41 *Et quod corporis vitia ſentimus & patimur*] Auguſtin. tom. 4. de octagint. tribus quæſt. cap. 82. fol. 430 de civitat. Dei, lib. 20. cap. 3. Nazian. orat. 1. in Iulian. Beda lib. 1. in Marc. cap. 2. Cyprian. ad Demetrian. fol. 259. & 270. Gaudent. in præfat. ad Benevol. fol. 46. Iuſtin. martyr. apol. pro Chriſtian. 1. pag. 34. Hieron. part. 3. tract. XI. epiſt. 58. Theodor. de martyr. orat. IIX. contra Græcos.

Fortitudo in infirmitatibus roboratur] S. Paulus ad Corinth. 2. cap. XII. Tertull. lib. 4. contra Marcionem cap. 29. Procopius in Eſaiam fol. 394. Iſidorus Peluſiota lib. 3. epiſt. 182. Chryſoſtomus homil. 66. ad populum Antiochenum.

Calamitas diſcidlina virtutis eſt] Seneca de providentia cap. 4. *Calamitas virtutis occaſio eſt.* Salvianus de gubern. Dei lib. 1. pag. 9. *Nequaquam nobis dolenda eſt afflictio infirmitatum, quam intelligimus matrem eſſe virtutum.* Chryſoſtom. in Pſalm. 50.

Vires corporis ſine laboris exercitatione torpeſcunt] Plato in Theæteto fol. 153. τί δαίτη τῶν σωμάτων ἕξις ἀχ ὑπὸ ἡσυχίας μὲν καὶ ἀργίας διόλλυται, ὑπὸ γυμνασίων δὲ καὶ κινήσεων ὡς ἔπιπολὺ σώζεται. *Quid verò? nonne corporis conſtitutio quiete & deſidia perit & corrumpitur, exercitationibus autem & motibus ſæpius conſervatur.* Xenoph. de inſtitution. Cyri lib. 7. fol. 198. Chryſoſtom. in Acta apoſtol. cap. 27. homil. 58. Clemens Alexand. lib. 1. Stromat. fol. 118.

In adversis unumquemque explorat] Seneca de provident. cap. 3. Hieronym. part. 3. tract. 12. epistol. 62.

Vt aurum ignibus] Chrysostomus in 2. epist. Pauli ad Corinth. cap. 12. homil. 26. Ὅπερ γὰρ τῷ χρυσίῳ τὸ πῦρ, τοῦτο ἡ θλίψις, τὸν ῥύπον ἀποσμήκουσα, καθαροὺς ἐργαζομένη, λαμπροὺς κατασκευάζουσα καὶ φαιδρούς. *Quod auro ignis, hoc animis afflictio est, puros eos efficiens, luculentos & illustres reddens.* Basilius Magnus de fame & siccitate fol. 177. Κυβερνήτην μὲν γὰρ ὁ χειμών. καὶ τὸν ἀθλητὴν τὸ στάδιον. τὸν στρατηγὸν, παράταξις τὸν μεγαλόψυχον ἡ συμφορά. τὸν χριστιανὸν δὲ, πειρασμὸς δοκιμάζει. καὶ αἱ λύπαι τὴν ψυχὴν ὡς τὸ πῦρ τὸν χρυσὸν ἀπελέγχουσι. Vidend. autor commentarii in Matthæum homilia v. cap. IV. apud Chrysost. tom. 2.

Quam pulchrum spectaculum Deo] Seneca de provident. cap. 2. *Ecce spectaculum dignum, ad quod respiciat intentus operi suo Deus, ecce par Deo dignum, vir fortis cum mala fortuna compositus, utiq; si & provocavit.* Eruditè Cyprianus epist. 56. ad plebem Thebaid. Arrianus in Epict. lib. 1. cap. 24.

Nemo præmium percipit ante experimentum] Ambros. in Lucam lib. 4. cap. 4. *Corona proposita est, subeunda certamina sunt. Nemo potest nisi vicerit, coronari. Nemo potest vincere nisi ante certaverit. Ipsius quoque coronæ major est fructus, ubi major labor est.* Augustinus tom. 3. de agone Christiano cap. 1. *Corona victoriæ non promittitur nisi certantibus.*

Quis non miles sub oculis imperatoris] Lactant. lib. 5. cap. 19. Chrysost. in Matth. cap. 16. homil. 56.

Christianus miser videri potest] Seneca de providentia cap. 3. *Bonus vir potest miser dici, non potest esse.*

Vos calamitosos viros fertis ad cœlum] Lactantius lib. 5. cap. 13. *Eant Romani & Mutio glorientur aut Regulo, quorum alter necandum se hostibus tradidit, quod captivum puduit vivere; alter ab hostibus deprehensus cum videret mortem vitare se non posse, manum foco injecit, ut pro facinore suo satisfaceret hosti, quem voluit occidere, eaq; pœna veniam, quam non meruerat, accepit. Ecce sexus infirmus, & fragilis ætas se dilacerari toto corpore, uriq; perpetitur, non necessitate, quia licet vitare si vellet, sed voluntate, quia confidunt in Deo.*

Mutium Scævolam] Seneca epist. 98. & lib. 8. controvers. controvers. 4. de provident. cap. 3. Livius lib. 2. pag. 55. Florus lib. 1. cap. 10. Tertullian. apolog. cap. 50. Lactant. lib. 5. cap. 13.

Aquilio] Arnob. lib. 1. Dionysius Halicarnas. lib. 3. fol. 260.

Regulo] Tertullian. apol. cap. 50. Valer. Max. lib. 2. cap. 9. La-

ctant. lib. 5. cap. 13. Firm. astron. lib. 1. cap. 3. Augustin. de civitat. Dei lib. 1. cap. 5. lib. 3. cap. 18. Cicero de divinat. lib. 3. fol. 252.

Pueri & mulierculæ nostræ cruces & tormenta] Vide Euseb. lib. 5. eccl. hist. cap. 3. Cyprian. epist. 73. Basil. Magnum in Martyr. Iulittam. Basil Seleuciæ episcop. orat. 32. Ambros. lib. 3. de virginit. Niceph. Callist. eccleſiast. histor. lib. 4. cap. 17. lib. 5. cap. 30. lib. 6. cap. 21. Bedæ Martyrologium.

Quod Deum nescientes divitiis affluant] Chrysost. tom. 5. serm. de paupertate & divitiis. & homil. 67. ad populum. & in 1. epist. Pauli ad Corinth. cap. 11. Theodoret orat. 6. de provident. fol. 92. Lactant. lib. 5. cap. 22. lib. 7. cap. 11. Salisberiensis lib. 1. cap. 1. Clemens lib. 5. recognition.

In hoc altius tolluntur] A Claudiano lib. 1. in Ruffinum sumpsit, ut etiam Dn. Wowerius notat.

-----tolluntur in altum
Vt lapsu graviore ruant.

Chrysost. in Matth. cap. 24. homil. 76. fol. 650. καὶ σὺ τίνων ὅτ' ἂν ἴδῃς ἀδίκως πλουτοῦντα, δὶ ἡμέρων τα, στέναξον, δάκρυσον. καὶ γὰρ παροξύνει κολάσεως ὁ πλοῦτος αὐτῷ. Id est, Aniano interprete: *Cum videris iniquè ditatum, felicitate uti non parva, ingemisce atque lachryma. nam hæc prosperitas majores ipsi præparat pœnas.* Vid. Basilius Magnus concione ad divites fol. 158. Autor commentarii in Matthæum cap. VI. homil. XIII. fol. 717. apud Chrysost. tom. 2.

Rex es, tam times, quam timeris] Seneca Oedipod. act. 3. Scena, *Etsi ipse vultus &c.*

Qui sceptra duro sævus imperio regit,
Timet timentes, metus in autorem redit.

Cyprian. epist. 1. ad Donat. *An tu illos tutos putas, illos saltem inter bonorum insulas & opes largas, stabili firmitate securos, quos regalis aulæ splendore fulgentes, armorum excubantium tutela circumsistit. Major illis quam cæteris metus est, tam ille timere cogitur, quam timetur.*

Parentes tuos laudas] Vide Chrysost. in Matth. cap. 18. homil. 59. Hieron. tom. 9. ad Mauritii filiam, de laude virginit. epist. 14.

Fulgere purpura] Cyprian. epist. 2. ad Donat. *Preciosa veste conspicuus in auro atque in purpura fulsit.*

Omnes pari sorte nascimur] Hieron. tom. 4. in Psalm. 82. fol 102. *Æqualiter omnes nascimur, & imperatores & pauperes. æqualiter & morimur*

rimur omnes ; æqualis enim conditio est. Et lib. 3. in Ierem. cap. 4. Theodoret. orat. 6. de ōrat. de provident. pag. 127.

Malis voluptatibus] Tertullianus de spectac. cap. 25. *exitiosa voluptas.* Lactantius in epitome cap. 4. *noxiæ voluptates.* L. x 1. codic. Iustin. de feriis, *obscœnæ voluptates.*

Quorum & de sacris originem novimus] Lactantius lib. 6. cap. 20. *Vitanda ergo spectacula omnia , non solum ne quid vitiorum pectoribus insidat, quæ sedata & pacifica esse debent ; sed ne cujus nos voluptatis consuetudo deliniat , & à Deo atque à bonis operibus avertat. Nam ludorum celebrationes , Deorum festa sunt: siquidem ob natales eorum, vel templorum novorum dedicationes sunt constituti.* Et in epitome cap. 1v. Nazianz. jambico 3. ad Seleucum. Hieronym. in Ezechielem lib. 6. cap. x x. fol. 389. Augustin. de symbolo cap. 2. Theophilus lib. 3. ad Autolycum fol. 269. Tertullianus apolog. cap. xxxv 1 11. Cyprianus de spectaculis fol. 377. Chrysost. in Psalm. 118. & tom. 1. homil. de Davide & Saul. fol. 510. & seq. de verbis Esaiæ *Vidi Dominum &c.* homilia 1. fol. 1282. & seq.

In ludis curulibus quis non horreat populi in se rixantis insaniam] Augustin. confes. lib. 6. cap. 7. *insania circensium.* Hieronym. de vita Hilarionis cap. 2. *Circi furor.* & tom. 1. ad Marcellam epist. 18. fol. 52. *Habeat sibi Roma suos tumultas , arena sæviat : circus insaniat ; theatra luxurient.* Lactant. lib. 6. cap. xx. *Circensium quoque ludorum ratio quid aliud habet, nisi levitatem, vanitatem, insaniam? Quanto namque impetu concitantur animi in furorem , quanto impetu curritur , ut jam plus spectaculi exhibeant, qui spectandi gratia veniunt , cum exclamare , efferri, & exsilire cœperint.* Et in epitome cap. 1x.

In gladiatoriis homicidii disciplinam] Cyprianus epist. 1. ad Donatum : *Paratur gladiatorius ludus , ut libidinem crudelium luminum sanguis oblectet. Impletur in succum cibis fortioribus corpus , & arvinæ toris membrorum moles robusta pingescit, ut saginatus in pœnam carius pereat. Homo occiditur in hominis voluptatem , & ut quis possit occidere , peritia est, usus est, ars est. Scelus non tantum geritur sed & docetur. Quid potest inhumanius, quid acerbius dici? Disciplina est ut perimere quis possit ; & gloria est, quod perimit.* Et de spectac. fol. 376. Seneca epist. 7. Augustin. lib. 6. confession. cap. 11x. Lactant lib. 6. cap. 20. & in epitome cap. 4.

In Scenicis turpitudo prolixior] Lactantius epitome cap. 4. *Quid scena? in qua Comœdia de stupris & amoribus ; Tragœdia de incestis & parricidiis fabulatur.* Et lib. 6. cap. 20. *In scenis comicæ fabulæ de stu-*

pris

pris virginum loquuntur, aut amoribus meretricum: & quo magis sunt elaquentes, qui ista flagitia finxerunt, eo magis sententiarum elegantia persuadent.

Mimus exponit adulteria vel monstrat] Lactantius lib. VI. cap. 20. *Quid de mimis loquar corruptelarum præferentibus disciplinam? Qui docent adulteria, dum fingunt, & simulatis erudiunt ad vera.*

Enervis histrio amorem dum fingit, insligit] Lactant epit. cap. 4. *Histrionici impudici gestus, quibus infames fœminas imitantur, libidines, quas saltando exprimunt, docent.* & lib. 6. cap. 20. *Histrionum impudicissimi motus, quid aliud nisi libidines docent & insligant.*

Idem Deos vestros induendo stupra, dedecorat] Hieronym. tom. I. ad Marcellam epist. 18. *In theatralibus scenis idem nunc histrio Herculem robustus ostendit, nunc mollis in Venerem frangitur.* & lib. 3. contra Pelagian. cap. VI. Observation. nostræ ad Arnob. lib. 7. pag. 121.

Quod sacrificiorum reliquias contemnimus] Clemens constitution. Apost. lib. 7. cap. 22. pag. 115. Ἀπὸ δὲ τῶν εἰδωλοθύτων φεύγετε, ἐπὶ τιμῇ γὰρ δαιμόνων θύεται ταῦτα. ἐφ' ὕβρει δηλαδὴ τοῦ μόνου θεοῦ ὅπως μὴ γένησθε κοινωνοὶ δαιμόνων. *Cavete vero ab idolothytis, hæc enim immolant, ut dæmones honorent, ut scilicet Deo contumeliam faciant. cavete, inquam, ne participes dæmonum efficiamini.* Cyrillus in IV. Catechesi pag. 24. ἀσφαλισαί σε τὴν ψυχὴν, μὴ ποτέ τι φάγῃς τῶν τοῖς εἰδώλοις πεθυτενεχθέντων. οὐκ ἐμοὶ μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῖς ἀποστόλοις, καὶ Ἰακώβῳ τῷ ταύτης τῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπῳ πρέπει γέγονε. καὶ γράφουσιν οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι πᾶσι τοῖς ἔθνεσι καθολικὴν ἐπιστολὴν, πεφυλαγμένως τῶν εἰδωλοθύτων ἀπέχεσθαι. ἔπειτα δὲ καὶ αἵματος, καὶ πνικτοῦ. Et contra Iulian. Imp. lib. 7. fol. 161. Procopius in Esaiam cap. 22. fol. 166. Oecumenius in acta apostol. cap. XVI. & in epist. Pauli ad Corinth. I. cap. V. August. contra Faustum Manich. lib. 32. cap. XIII. ad Publicolam epist. 154. tom. X. sermone de tempore 241. Origenes lib. IIX. contra Celsum. & in Matthæum cap. 15. Primasius Africanus & Heymo Halberstat. episcop. in epist. Pauli I. ad Corinth cap. X. Beda in Marcum lib. II. cap. VII. Chrysostomus in epist. Pauli ad Corinth. I. cap. VIII. homil. XX. Irenæus adversus hæres. lib. I. cap. I. Photius Nomocan. tit. XIII. cap. XIII. Rabanus Maurus lib. de pœnitent. cap. XXV. Concil. Aurelianense II. cap. XIX. Concil. Aurelianense IV. cap. XX. Concilium Eliberitanum cap. XL. Concil. Gangrense cap. II. Concil. Ancyranum cap. IV.

Leo

Leo PP. epistola ad Rusticum Narbonens. Episc. tom. 1. Concil. fol. 709. cap. xvii. & ad Nicetam episcop. Aquileiensem cap. v. tom. 1. concil. fol. 691. *De Christianis qui immolaticiis cibis asseruntur esse polluti, consultationi charitatis tuæ hoc etiam respondendum esse credidimus, ut pœnitentiæ satisfactione purgentur.* Pœnitentiale Romanum tit. viii. cap. xxiv. *Si comedisti de cibo Iudæorum vel Paganorum, quem ipsi sibi præparaverunt, decem dies pœniteas.* Burchardus Wormacien. Episcop. lib. xix. decretal. pag. 272. *Comedisti de idolothyto, id est, de oblationibus, quæ in quibusdam locis ad sepulchra mortuorum fiunt. Si feciſti & consentiens fuisti in aliquibus, 30. dies in pane & aqua pœniteas.* In Concil. Agathensi cap. xl. & Concil. Venetico cap. xii. esus ciborum Judaicorum interdicitur Christianis. Agrippa Castor refert, Basilidem hæreticum docuisse, immolata absque ullo respectu conscientiæ degustanda. Vid. Euseb. Eccles. histor. lib. iv. cap. iix.

His enim & sparsis utimur] Tertullian. de corona militis cap. v. Pag. 45 *Coronam forte si fascem existimas florum per seriem comprehensorum, ut plures semel portes, omnibus pariter utaris: jam verò & in sinum conde, si tanta munditia est: in lectulum sparge, si tanta mollitia est; tot modis fruere, quod & sentis.* Unde patet (quod etiam prænotatum à Wowerio) Christianos usos floribus sparsis, sertis & solutis, ad simplicem usum, non ad asperginem & φιλοδοξίαν solennem, qua illos afficiebant, quos honore decoratos volebant. Copiosè de hac re vir clarissimus & multo omnium eruditissimus Isaacus Casaubonus in animad. Sueton. fol. 189. lib. vi. Iunge locis innibi prolatis Ammianum Marcellinum lib. xxi. Herodianum Commodo fol. 471. Antonino Heliogab. fol. 570. Maximino fol. 605. Atq; ut flores & omne genus frugum in illos jactabant, quos cohonestare cupiebant, ita alios contumeliæ causa lapidibus, rapis, cæno, fimo, & luto petebant. Casaubonus ad lib viii. Suetonii initio. Theod. Marcilius ad Suetonii Vespasianum fol. xvii.

Solutis & sertis] Apulejus lib. 4. Metamorph. *flores serti ac soluti.* lib. x. pag. 406. *jactis floribus sertis ac solutis.* Tertullianus de corona militis cap. v. *Flores & inserti & innexi, & liberi & soluti.* Hieron. ad Lætam de institut. filiæ epist. 7. *flores serti.* Plinius lib. 21. cap. 3. *Corona sutilis & pactilis.* Plautus Bacchid. Act. 1. Scena. *Quid si hoc potius est &c. corolla plectilis.* Vid. Servius in 1. Æneid. fol. 199.

Auram boni floris naribus ducere] Tertullian. de corona militis cap. v. *Quis igitur fructus ex floribus? substantia enim propria, certe præcipua coronarum, flores agri. Aut odor inquis, aut color, aut pariter utrumque. Qui erunt sensus coloris, odoris? Visus opinor & odoratus. Istos sensus quæ membra sortita sunt? Oculi, nisi fallor & nares. Vtere igitur floribus visu & odoratu, quorum sensuum fructus est. Vtere per oculos & nares, quorum sensuum membra sunt. Caterum in capite quis sapor floris? Quis coronæ sensus, nisi vinculi tantum. Qui neque color cernitur, neque odor ducitur, nec teneritas commendatur. Tam contra naturam est florem capite sectari, quam cibum aure, sonum nare.*

Nec mortuos coronamus] Mortui coronati. Cicero lib. 2. de LL. Plinius lib. 21. cap. 13. Tertullian. de corona militis cap. x. Leges XII. tabular. cap. 19. Clemens pædagog. lib. 2. cap. 8.

Exsequias adoramus] Id est, *facimus*. Festus in *Adorare*. Lex XII. tabular. SI. ADORAT. FURTO. QUOD. NEC. MANIFESTUM. ERIT. DUPLIONEM. LUITO. Iulianus Imp. (ut etiam Wowerius observat) in epistola ad Arsacium, dicit superstitionem Christianorum crevisse ob sedulam peregrinorum curationem, & officiosa circa sepulturas & mortuos munia. Integra epistola Iuliani extat apud Sozomenum Eccles. histor. lib. v. cap. xv. Nicephor. Callistum lib. x. cap. XII. Cassiodorum Tripart. historia cap. XXIX. lib. VI. Salisberiensem polycrat. lib. IIX. cap. XXI. Nicephorus Callistus testatur paganos veræ pietatis laudem hominibus Christianis tribuisse, quod tempore famis pauperibus alimenta large subministrarent, & cadavera quæ passim insepulta jacerent, cum cura terræ mandarent. Vide illum lib. VII. cap. XXIIX.

Spe futuræ felicitatis] Prudent. lib. 2. contra Symmach. pag. 420.

Spem sequimur, gradimurq́, fide, fruimurq́, futuris
Ad quæ non veniunt præsentis gaudia vitæ,
Nec currit pariter capta, & capienda voluptas.

Eucherius epistola parænet. ad Valerianum. Macarius homil. 5. & 13. Hieronym. tom. 1. epistola 34. ad Iulianum. & de regul. monach. cap. IX. Lactant. lib. 6. cap. 21. Et in epitome cap. 1. Ambros. in epist. Pauli ad Roman. cap. 8. & in 3. cap. Epist. ad Hebræos. de officiis lib. 1. cap. XLIV. Hilarius in Psalm. 130. Augustinus in Psalm. LXII. Chrysostomus hom. v. in 2. cap. Epist. Pauli ad Hebræos.

Socra-

Socrates scurra Atticus] Lactant. lib. 3. cap. 20. *O hominem scurram (ut ait Zeno epicureus) ineptum, perditum, desperatum, si cavillari voluit religionem, dementem, si hoc serio facit, ut animal turpissimum pro Deo haberet.*

Nihil se scire confessus] Dio Chrysost. orat. xii. de Dei cognitione fol. 197. Καὶ τοῦτο οὖν ἐμοὶ μόνον ἀλλὰ τῷ Σωκράτει δοκεῖ μοι πιθόμενον ἂν, ταῦτα ὑπὲρ αὐτοῦ προβαλλομένῳ πρὸς ἅπαντας, ὡς οὐδὲν ἴδοι. Hieronym. in Ezech. lib. 13. cap. 42. fol. 466. proœmio in Abdiam Prophetam tom. v. fol. 126. & de optimo genere interpretandi tom. 2. cap. 5. ad Paulin. epist. 103. cap. 7. Lactant. lib. 3. cap. 27. Aristot. de elench. sophistic. lib. 1. cap. 34. Plato Theæteto pag. 157. Cicero lib. 1. Acad. quæstionum fol. 5. lib. iv. fol. 25.

Arcesilas, Carneades, & Pyrro] Cicero lib. 1. Academicar. quæst. fol. 10. lib. 4. fol. 22. Lactant. lib. 3. cap. 29.

Philosophorum supercilia contemnimus] Philosophi austera facie, prolixa barba, & obstinata fronte Catonis se institutum imitari simulabant, sed hoc totum fucato mentiebantur affectu: erant enim petulantes & libidinosis voluptatibus implicati, quas latenter exercebant, vitia publicè facundissimè accusantes, intercutibus ipsi vitiis madentes. Tertullian. Apolog. cap. 39. *Leno est philosophus & censor.* Iuvenal. satyr. 2.

--- castigas turpia cum sis
Inter Socraticos notissima fossa cinœdos.

Et Satyr. 2. ℣. 20.

---- Et de virtute locuti
Clunem agitant.

Inde Firmico Astron. lib. 7. cap. 14. *Socratici pœdicones.* Gellius lib. 13. cap. 8. Athenag. apolog. pro Christ. pag. 89. Eucherius ad Valerianum pag. 55. Lucian. in Fugitivis. Lactant. lib. 3. cap. 15. lib. 4. cap. 24. Quintil. in proœmio lib. 1. orat. institut.

Nos non habitu sapientiam, sed mente præferimus] Hunc locum imitatione expressit Cyprianus de bono patientiæ fol. 285. *Philosophi non verbis, sed factis fumus. nec vestitu sapientiam, sed veritate præferimus; qui virtutum magis conscientiam, quam jactantiam novimus, qui non loquimur magna, sed vivimus quasi servi & cultores Dei.* Salvian. de gubern. Dei in proœmio ad Salonium episcop. lib. 1. pag. 2. *Nos qui rerum magis quam verborum amatores, utilia potius quam plausibilia sectamur, neque id quærimus, ut in nobis inania seculorum ornamenta, sed ut salubria rerum emolumenta laudentur: in scriptiunculis nostris*

non lenocinia esse volumus, sed remedia, quæ scilicet non tam ociosorum auribus placeant, quam ægrotorum mentibus prosint.

Quod illi summa intentione quæsiverunt] Vid. Lactant. lib. 4. cap. 2. Eucherius in epistola ad Valerianum.

Pag. 44 *Vicimus*] Prudentius lib. 2. contra Symmach.

Vicimus exultare lubet.

Ennius:

Qui vicit non est victor, nisi victus fatetur.

Vt ille mei victor est] Hieronym. dialog. adversus Luciferianos cap. IIX. *Non solum te vicisse existimes, vicimus utrique: uterq; nostrum palmam refert, tu mei, ego erroris. Vtinamq; mihi semper sic disputare contingat, ut ad meliora proficiens, deseram quod malè tenebam.*

EXPLICUI HUNC COMMENTARIUM VI. KALEND. FEBRUAR. ANNO CHRISTI CIↃ IↃ CXII.

ΑΡΧΗΝ ΑΠΑΝΤΩΝ ΚΑΙ ΤΕΛΟΣ ΠΟΙΟΥ ΘΕΟΝ.

VARIÆ

IN

M. MINUCII FELICIS OCTAVIUM.

PAG. 1. ℣. 18. præcucurrit] *Ita MS. & Fulvius Vrſinus. Romana editio Fauſti Sabæi*, præcurrit.

℣. 22. tum] *Ita Ful. Vrſinus. Sabæus*, tunc. *Aliter in Edit. noſtrâ.*

℣. 26. annis adhuc innocentibus] *Fulv. Vrſin.* adhuc innocentibus.

℣. 27. loquela] *Fulv. Vrſin. Sab.* loquelam. *malè.*

Pag. 2. ℣. 15. mollis] *Fulv. Vrſin. Sab.* molli.

℣. 18. impreſſit] *Ita Fulv. Vurſin. Sab.* preſſit.

℣. 27. tundebat] *Sab.* tendebat.

℣. 32. alluderet] *Fulv. Vrſinus. Catull. — Ipſius ante pedes fluctus ſalis alludebat. Sabæi editio*, illideret. Ambroſ. Hexæmer. lib. 3. cap. 2. *Vbi fluctus impetum ſuum ad littus illiſerit.* Ruffinus Eccleſiaſt. hiſt. lib. 8. cap. 10. *Si ſaxo immobili unda allideretur.* Hieron. Epiſt. 41. ad Ruffin. *illiſum ſcopulis æquor.*

℣. 29. Toroſisque] *Wovverius ex MS.* tortuoſiſque.

Pag. 3. ℣. 13. emicaret] *Sabæus* emicaret, emergeret. *Fulv. Vrſin.* emicaret & emergeret. *Sed ego cum Wovverio τὸ* emergeret, *ut ſuperfluum, delevi.*

℣. 15. exſiliret] *Ita MS. & Fulvius Vrſin. Sabæus.* eſiliret. *Gelenius*, reſiliret.

℣. 18. dolere] *Sabæus*, dolore.

℣. 26. facilius intelliget] *Wovver. ex MS.* intelliget facilius eſſe, conſerere ſapientiam, quam in contubernalibus diſputare.

℣. 33. aut ordinis] *Hæc verba MS. ignorat.*

Pag. 4. ℣. 4. qui] *Sab.* cum.

℣. 14. minus] *Sab.* magis.

℣. 15. penitus] *Ful.* potius.

℣. 16. in explorando] *Ful.* in exploranda.

℣. 17. imo] τὸ imo *abeſt à MS. & Sabæi editione, ſed Fulv. addit.*

℣. 18. audere] *Ita MS. & Fulvius. Sabæus*, audire. *malè.*

Ibid. hos] *Fulvius* & hoc. *Sabæus*, & horum.

℣. 19. niſi] *Ita Fulvius Vrſin. Sabæus*, etiam.

℣. 20. de qua tot] *MS. & Fulvius. Sab.* de qua tot omnibus.

℣. 24. ſublimata] *Ita rectè Wovver. Sab.* ſublata. *Vide Commentarium.*

℣. 25. demerſa ſunt] *Fulv.* τὸ

sunt *inducit.*

¥. 26. sciscitari] *Ita Fulv. Sabæus & MS.* stuprari. *Scaliger*, ruspari. *Alit. in Edit. n.*

¥. 33. implicemus] *Ita MS. & Ful. Sabæus.* implicamus.

Ibid Sint principiorum semina] *Ita lego cum Wovverio ex MS. Anianus ex Chrysost. in Matth. homil. 13. cap. 4. rerum primordia. Apuleius lib. 9. Metamorph. pag. 411. prima rerum exordia. Augustin. lib. 8. in Genes. cap. 7. primordia seminum. Ambrosius Hexæmer. lib. 1. cap. 4. tenera rerum exordia.* Ruffin. eccles. histor. lib. 1. cap. 1. *rerum initia. Aliter in Edit. n.*

Pag. 5. vers. 4. sua materia] *MS.* pura materia. *Wovver.* levissima materia.

Ibid. pondus] *Sab.* pondere. *Aliter in edit. n.*

¥. 7. alitur] *Ita Fulv. Sab.* attollitur.

Ibid. ut] *MS. & Fulvius. Sabæus,* id.

¥. 14. labentibus] *MS. Sabæus,* labantibus.

¥. 15. nubibus collidentibus] *Ita emenda hunc locum. alii legunt:* nimbis collidentibus. *Vide Commentarium.*

vers. 17. irruunt] *Fulvius,* diruunt.

¥. 27. æquatur nequitia melioribus] *Fulv. Vrsin.* æ. n. sed attollitur. *Sab.* æ. n. m. s. & colitur.

¥. 33. seges cana] *MS.* seges flava. *Autor Queroli pag. 33. flava seges. sed vulgata lectio bona est. Vide Commentarium.*

Pag. 6. vers. 7. ante imbutus es timere] *Ita MS. Sab.* a. i. existimere quam nosse. *malè.*

¥. 9. qui] *Sabæus,* quia.

¥. 13. Magnam matrem] τὸ Magnam *Fulvius addit.*

¥. 15. Dianam Tauricos] *Ita Fulv. Vrsin. Sabæus,* Taurios.

¥. 22. iratus] *Sabæus,* iratos.

¥. 30. mansit] *Ful. Vrsin.* maneat *MS.* manserit.

¥. 33. adstruxerit] *Ful.* adstruxerat.

¥. ult. & sic] *Fulv. Vrsin.* esse.

Pag. 7. ¥. 6. Mater Idęa] *Ita Fulv. Vrsin. Sab.* Mater Dea.

vers. 9. sicut se ostenderant] *Ita Fulv. Vrsin. Sabæus,* sicut ostenderant.

¥. 12. offenso Iove] *Fulvius & MS. Sab.* offensio Iovis. *Aliter in edit. n.*

Ibid. iteratio] *Sab.* iterato.

¥. 13. qui equitis sui] *Wovverius,* q. eques, *vel* q. equi s.

¥. 28. insignia] *MS.* insignibus.

¥. 33. violamus] *Ita Fulv. Vrsinus. Sabæus,* volumus. *MS.* nolumus.

Pag. 8. vers. 4. tam utilem] τὸ tam *à MS. & Sab. editione abest.*

¥. 12. Athenienses viri] *Ita Rom. editio Sab. & MS. Ful. Vrsin.* τὸ viri *delet. Cassiodor. variar. lib. 11. epist. 1. Audistis principes viri. Tertullia-*

tullianus de pallio; Principes Africæ, viri Carthaginenſes.

Ibid. inconſultè] *Sab.* conſultè *malè.*

verſ. 14. deuſſerint] *Ita MS. & Fulv. Sabæus*, deriſerint. *ineptè.*

verſ. 16. illicitæ] *MS. & Fulv. Vrſinus. Sabæus*, inclytæ. *MS. alius*, inquinatæ.

verſ. 22. lucifuga] *Ita MS. & Fulv. Vrſin. Sabæi editio*, lucifugax.

verſ. 23. publico] *MS.* publicum.

verſ. 24. miſerantur] *Sabæus*, miſerentur.

verſ. 26. prô] *Fulvius*, proh.

Ibid. incredibilis] *Sabæus*, incredibili.

Pag. 9. verſ. 6. maximè nefaria] *Ita MS. & Fulvius Vrſinus. Sab.* maxima & varia. *malè.*

verſ. 18. imbuitur] *Sab.* imbuatur.

verſ. 29. ebrietate] *Sab.* ebrietatis.

Pag. 10. verſ. 16. numinibus] *Ita MS. & Rom. editio Fulvii Vrſini. Sab.* nominibus. *malè.*

Pag. 11. verſ. 2. & exſtinctis] *τὸ & Fulvius addit. Deeſt in Ed. n.*

verſ. 11. &] *Fulvius Vrſin.* ut.

verſ. 13. laboro] *Fulv. Vrſin.* labore.

verſ. 15. ſententiis] *Fulv.* ſententia.

Ibid. etiam veſtra] *Sab.* & hęc veſtra.

verſ. 17. addicitis] *Sab. & MS.* dicitis.

verſ. 20. ſine corpore, an cum corporibus] *Ita Fulvius Vrſinus.*

verſ. 21. ſine corpore, quod ſciam] *Sab.* ſine corpore hoc quod ſciam.

verſ. 26. quis unus ab inferis] *Sab.* quis unus ullus ab inferis. *ſed MS. & Ful. Vrſinus non agnoſcunt τὸ* ullus.

verſ. 30. nimium] *Sab.* nimirum. *malè.*

Pag. 12. verſ. 1. ope, re, fame] *Wovverius. Sab.* opere, fame.

verſ. 4. periculo] *Ita MS. & Sabæi editio. Fulvius Vrſinus legit.* querquero. *de qua voce vid. Arnobius lib. 1. adverſ. Gentes pag. 7. Apuleius Apologia. Agellius lib. 20. cap. 1. Feſtus in Querquera.*

verſ. 8. & jam] *Sab.* etiam.

verſ. 28. quiſquis] *Sab.* quiſque.

verſ. 32. quod idem ipſe præſenſit] *Ita MS. & editio Fulvii Vrſini. Sab.* quod oraculum idem ipſe præſenſit.

Ibid. ſe eſſe] *τὸ ſe Fulvius addit.*

verſ. 34. confeſſa imperitia] *Sabæus*, confeſſæ imperitiæ.

Pag. 13. verſ. 8. prorogavit] *Fulvius Vrſin.* prærogavit.

verſ. 16. renidens] *MS.* renitens.

verſ. 18. & quid] *Fulv. Vrſin.* ecquid.

verſ. 32. in incredibili] *τὸ in à Sab. abeſt.*

Pag. 14. verſ. 9. in omni negocio]

cio] *Sab.* omni negocio.

vers. 11. lateat] *Ita Fulv. Vrsin. Sab.* ex altero latere.

vers. 18. refutati] *Sab.* reputati. *MS.* reputare.

℣. 26. 27. verborum veracium flumine] *Ita Fulv. Vrsin. MS. & Sabæus.* v.v. in lumine.

℣. 29. sua] *Sabæus.* tua.

℣. 32. incertior] *Sab.* certior.

℣. ult. simplicitate] *Sab.* subtilitate.

Pag. 15. vers. 1. ut fit] *Sab.* ut sit.

Ibid. diffinditur] *Ful.* diffunditur.

℣. 2. hæret anxius] *Fulvius* τὸ anxius *delet.*

℣. 12. sciat] *Sab.* sciret. *malè.*

℣. 18. at verò] *Sab.* adeò.

℣. 19. suspicere] *Sab.* suscipere. *ineptè.*

℣. 24. quicunque] *Sab.* quęcunque. *malè.*

Pag. 16. vers. 8. Deum] *Sab.* Dominum.

℣. 18. supra circaque] *Ita Lindenbrugius noster in catalect. veterum poëtarum. Aliter in Edit. nostra.*

℣. 30. indicant] *Ita MS. Sab.* inducunt.

Pag. 17. vers. 17. præcipuè] *Sab.* præcipuæ. *malè.*

℣. 31. Ægypti siccitatem temperat Nilus] *Vid. Petrus Faber IC. Semest. lib. 3. cap. 15.*

Pag. 18. vers. 10. desiit] *Ita Fulv. Vrsin. Sab.* discessit. *malè.*

℣. 12. præmortuam] *Ita Fulv. Vrsinus. Sab.* permortuam. *Vera lectio est*, par mortuum. *Quintilianus declam. 317. par gladiatorum. Vopiscus in Probo Imp. Gladiatorum paria trecenta. Petronius; Thebanum par, humilis taberna spectaret. Seneca de provident. cap. 2. Par Deo dignum; vir fortis cum mala fortuna compositus. Vidend. Statius in 8. Thebaid.*

℣. 24. nec comprehendi potest, tactu purior est] *Ita Fulvius Vrsin. ex Cypriano de idolorum vanitate.*

vers. 29. Dei] *Sab.* Deo.

Pag. 19. vers. 9. audio] *Ful. Vrsinus* audi.

vers. 12. proximius verius] *Wowerius legit*, proximius veris.

vers. 16. hæc enim ejus verba sunt] *Ita Ful. Vrsin. hunc locum constituit.*

vers. 25. sit] *Sab.* si. *malè.*

vers. 26. 27. Is rerum initium aquam dixit] *Sab.* idem Milesius Thales r. i. a. d.

vers. 28. & altior & sublimior] *Sab.* & altior & sublimior aquæ, & spiritus ratio.

Pag. 20. vers. 7. Deum esse] *Ita Fulv. Vrsin. Sab.* Deum nosse.

vers. 15. Heraclides Ponticus. *In editione Sabæi hæc verba præcedunt*: Aristot. Ponticus variat, alias mundo, alias menti divinæ tribuens principatum. *quæ cum Fulvio & MS. ut superflua induxi.*

vers. 33. Hoc genus rerum vocabula

cabula esse] *Ita repositi ex Ful. & MS. Sabæus*, & hoc genus cæterarum rerum. *Aliter in Edit. n.*

Pag. 21. vers. 7. Ipse suo nomine] *Ful. Vrsin.* ipso nomine.

vers. 11. Eadem fere ista, quæ & nostra sunt] *Ita Ful. Vrsin. Sab.* e. f. & ista, quæ nostra sunt.

℣. 26. Equos suis hominibus] *Wovverius* e. semihominibus.

vers. 31. Similiter verò] *Sab.* f. ac verò.

Pag. 22. vers. 8. Historicorum] *Ita MS. & Ful. Vrsin. Sabæus* Stoicorum. *malè.*

vers. 13. Eleusiniæ] *Ful.* Eleusinæ.

Ibid. assumptos in Deos loquitur] *Ita Wovverius. Sabæus*, prodigiis a. i. d. l. *Fulvius* pro Diis. a. i. d. l. *Aliter in Ed. n.*

vers. 14. inventis novis frugibus] *Fulv. Vrsin.* qui inventis novis utilitati.

vers. 22. Dispice] *Ita Fulv. Vrsin. Sab.* dispicis. *Aliter in Ed. n.*

Pag. 23. vers. 3. at] *Sab.* &.

vers. 6. cliditur] *MS.* illiditur. *VVovv.* editur.

Ibid. de Cybele Dindymena] *Fulvius Vrsin. Sab.* Cybele Dindyma. *alii*, Cybelen Dindymenam.

vers. 13. dedecora] *Sab.* decora. *malè.*

vers. 19. Diana est interim altè succincta venatrix, verubus exstructa; & Ephesia mammis multis] *Ita hunc locum rectè emendat VVovverius in notis pag. 145. Georgius Fabricius in expositi. ad Prudentii Roman. Martyr. pag. 245. ita citat Minutii verba: Diana Ilithyia est altè succincta venatrix, & Ephesia mammis multis & verubus exstructa. Petrus Faber IC. Semest. lib. 3. cap. 3. Diana interim alte s. v. Ephesia, & mammis multis Ceres exstructa. Aliter in Edit. n.*

vers. 33. permirum quantum] *MS.* plurimum quantum. *Vid. Carrio antiq. lection. lib. 2. cap. 12. & lib. 2. emendat. cap. 18.*

Pag. 24. vers. 2. in sermone] *Fulvius & MS.* sermone.

vers. 8. Flevisse, & cesto Veneris illectum] *Ita Ful. Vrsin. Sab.* flevit & toro V. illect. *Aliter in Edit. n.*

vers. 13. illic Vulcanus] *Ita Ful. Vrsin. Deest in Edit. n.*

vers. 22. iisdem] *Sab.* hisdem. *malè.*

vers. 30. accessit Iani susceptus hospitio] *Ita MS. & Fulvius Vrsin. Sab.* accesserat susceptus h.

vers. *ult.* Urbem Saturniam dedit de suo nomine] *Ful. Vrs.* v. S. de suo nomine.

Pag. 25. vers. 3. natus ex homine] *Fulvius Vrsinus*, natus homine.

vers. 18. etiamsi] *Fulv.* etiam. *Aliter in Edit. n.*

Pag. 26. vers. 2. materiem] *Ita MS. Sab.* materies. *Fulv. Vrsin.* materiei.

vers. 5. Æreus] *Sab.* cereus.

vers. 8. impurato] *Ita MS. Sab.*

Sab. imperito.

verſ. 15. quanto verius] *Ita Ful. Vrſin. Sab.* quanta verò, *malè.*

verſ. 16. judicant] *Sab.* indicant. *malè.*

verſ. 17. inſultant] *Ita VVovver. alii* inculcant. *malè.*

Pag. 27. verſ. 4. teſta] *Sab.* exta.

verſ. 23. cum ſoceris] *Hæc VVovverus delet.*

Pag. 28. ℣. 1. à Romanis] *Ita Fulv. Sab.* Romanis.

verſ. 5. 6. populaverant, detriumphatos] *Ita Fulv. Vrſin. Sab.* poſtulaverant d. *malè.* *Aliter in Edit. n.*

verſ. 21. caſtitas.] *Sab.* caſtitatis. *malè.*

verſ. 22. ut] *Sab.* &.

℣. 26. conducuntur] *Fulv. Vrſin.* condicuntur.

℣. 33. Res ſumma] *Fulvius Vrſin. Sab.* reſpublica ſumma. *malè.*

Pag. 29. verſ. 1. es] *Sab.* eſt.

verſ. 3. ſolliſtimum] *Ita MS. & Fulvii editio. Sab.* ſolenniſſimum. *ineptè.*

℣. 10. renitentibus] *Fulvius Vrſin.* retinentibus.

℣. 16. cautum illud] *Ita Fulv. Vrſin Sab.* cantum illud.

verſ. 28. perditi jam perdere] *Fulv.* perditi perdere.

℣. 33. appetebat] *Ita MS. Sabæus.* petebat.

verſ. ult. miraculi] *MS.* miraculis.

Pag. 30. verſ. 4. Hoſthanes] *alii,* Soſthenes.

verſ. 5. ejuſque] *Ful.* ejus.

verſ. 15. procupidinem] *alii,* porro cupidinem.

℣. 16. illabi] *Sab.* labi.

verſ. 17. iſti igitur impuri ſpiritus] *Ita Fulv. Vrſin. Sab.* iſti i. i. ſ. dæmones.

verſ. 19. conſecratis] *Fulv. Vrſin ex Cypriano. Sab.* conſecrati.

verſ. 28. ſomnos] *Ita Ful. Vrſin. Sab.* omnes.

verſ. 31. remiſſis] *Sabæus,* remiſſius. *malè.*

Pag. 31. ℣. 6. tormentis verborum] *Ita Wovverius ex MS. Fulvius;* tormentis verberum.

verſ. 13. miſeris] *Sab.* miſeri.

verſ. 22. quantum autem vitium ſit] *MS.* quam autem iniquum ſit.

verſ. 30. indicii] *Sab.* judicii. *malè.*

Pag. 32. verſ. 3. urgeremus] *MS.* torqueremus.

verſ. 10. urgendi] *MS. & Fulvius Vrſin. Sab.* arguendi.

verſ. 21. Epona] *alii,* Hippona.

verſ. 29. vobis] *Sab.* vobiſcum.

verſ. 31. crepitus] *Sab.* ſtrepitus.

Pag. 33. verſ. 24. invocant] *Sab.* vocant.

verſ. 27. oramus] *Ita Fulv. Vrſin. Sab.* optamus.

verſ. 29. cantabra] *Fulv. Vrſinus,* labara, *quæ vera lectio. Vide Onuphrium in Faſtis. Adrian. Turneneb. adverſarior. lib. 15. cap. 16. Lipſium epiſt. quæſtion. lib. 5. epiſt. 9.*

Gode-

Godescalcum Stevvechium ad lib. 5. Vegetii pag. 274. & sequent. Iacobum Pamelium in Tertull. Apolog. cap. 16. Papias, Labarum vexillum regis. --- Labarum signum bellicum fuit quod imperatorem præcederet, & à militibus adoraretur. id Constantinus in crucem mutavit. Iulianus imp. odio Christianissimi in pristinam formam reduxit. Nazianzen. orat. 1. in Iulianum fol. 287. Aldhelmus de laude virginit. fol. 479. Tene labarum tuum, quod signo Christi ex auro & gemmis est pictum. Hoc labarum tenens in dextra tua, dimitte frenum equi, ut quocunque duxerit te angelus Dei, illuc eas. Et pag. 476. Christi labaro tutus, & Christi vexillo armatus.

Pag. 34. vers. 9. audere] *Sab.* audire. *malè.*

vers. 18. immoletur] *Fulvius Vrsin.* immolaretur.

vers. 19. Gallos humanas vel inhumanas] *Wovverius*, Gallos inhumanos, humanas victimas.

vers. 33. coitio] *Ita Fulv. Vrsin. Sab.* concio. *malè.*

vers. ult. infamiæ averſione] *Wovver.* infamiæ aſperſione.

Pag. 35. vers. 6. memoriæ] *Fulvius Vrsinus*, comœdiæ. *Sed vulgata lectio bona est. Vide Commentar.*

vers. 14. inerrare] *Fulv. Vrsin.* errare.

vers. 15. inceſti fabulam] *VVovver.* inceſtis fibulam.

vers. 26. 27. unum bonum ſapimus] *Ful. Vrsinus*, unum ſapimus.

vers. 32. notaculo] *Fulv. Vrsin.* occulta. *Ita supra Cæcilius*, occultis ſe notis & inſignibus noſcũt. *Gloſſæ; Notaculum, nota, signum. Chalcidius in Platonis Timæum pag. 185. in qua imprimuntur varia signacula --- impressio signaculorum. Augustin. de moribus Manichæorum cap. xiii. & xxi. signaculum oris & manus. Tertull. de corona militis cap. iv. signaculum crucis.*

Pag. 36. vers. 10. laxius] *Ita Fulv. Vrsin. Sabæus*, latius.

vers. 16. conſcientia] *Fulvius Vrsin. Sabæus*, ſententia. *malè.*

vers. 19. opimam] *Sab.* optimam.

vers. 28. ſolem] *Sab.* in ſole.

Pag. 37. vers. 1. tueri] *Sabæus*, tenere.

vers. 5. Deo cuncta plena ſunt] *Ita Wovverius ex MS. Sab.* Deo cognita plena ſunt.

vers. 7. in ſolem] *Sabæus*, in ſole.

vers. 13. ut propè dixerim] *Fulv. Vrsin.* propè dixerim.

vers. 18. indiciis] *Sab.* judiciis. *malè.*

vers. 19. non ſolum] *Ita Fulv. Sab.* ſolum.

Pag. 38. vers. 3. difficilem] *Sab.* difficile.

vers. 7. ita ut cæpiſſet deſinere] *Ita Fulv. Vrsin. Alit. in Edit. n.*

vers. 12. nunc alternis vicibus] *Sab.* num. a. v.

verſ. 18. prædictionibus] *Sab.* prædicationibus.

¶. 26. mimi convitio] *Ita Ful. Vrſin. Sab.* inimico vitio. *MS.* mimico officio. *Aliter in Edit. n.*

verſ. 30. ut primum potuit fingi] *Fulv. Vrſin.* u. p. potuit effingi. *Aliter in Edit. n.*

Pag. 39. ¶. 4. cuſtodi] *Sab.* cuſtodia.

verſ. 20. hominum] *Sab.* homines.

verſ. 30. ſicut ignis Ætnæ & Veſuvii] *Ita Wovverius. Sab.* ſi. i. Æ. montis & V. montis.

Pag. 40. ¶. 6. tamen] *MS.* tandem.

verſ. 12. 13. nec de fato] *Totum hunc locum ita legit Petrus Faber lib. 3. ſemeſt. cap. 23.* Nec de fato q. a. ſolatium captet, aut excuſet fortunam; mens tamen libera eſt, & i. a. hominis non nativitas judicatur.

verſ. 14. Fortis Fortunæ] *Sab.* ſortis F.

verſ. 23. quis] *Wovverius*, qui.

verſ. 28. in diem pecua paſcuntur] *Ita Fulv. Vrſin. Sab.* i. d. paſcua p. *malè.*

Pag. 41. verſ. 5. in infirmitatibus] *Sab.* infirmitatibus.

verſ. 18. irridens] *Ita Fulvius Vrſinus. Sabæus*, inripiens. *malè.*

Pag. 42. verſ. 10. 11. ut ingenium eorum] *MS.* ut ingenium eorum perditę mentis licentiam poteſtatis liberæ nundinetur. *Aliter in Edit. n.*

verſ. 13. cum ſit ſomnio ſimilis] *Sabæus & MS.* cum mors ſit, ſomnio ſ.

verſ. 14. Rex es] *Sab.* r. eſſe. *malè.*

Pag. 43. verſ. 12. quemadmodum tribuatis] *Ita MS. & Ful. Vrſin. Sab.* q. t. exanimi aut non ſentienti facem, aut non ſentienti coronam. *malè.*

verſ. 15. adoramus] *Ita Roman. editio Fauſti Sabæi. MS.* adornamus.

verſ. 18. ſpe] *MS. & Ful. Vrſin. Sab.* ſpem.

verſ. 27. qui] τὸ qui *ex Cypriano Fulvius addit. Deeſt in Edit. n.*

verſ. 31. quid nobis] *Ful.* quid vobis.

verſ. ult. ſervetur] *Sab.* reſervetur.

verſ. 44. verſ. 1. intenti] *MS.* intentos.

verſ. 8. revolvo] *MS.* evolvo.

verſ. 9. quantum ad tranquillitatem] *Ita Fulv. Vrſin. Sab. & MS.* quantum eadem tranquillitate. *ineptè. Aliter in Edit. n.*

verſ. 10. improbus] *MS.* improbe.

verſ. 12. pertinet] *Sab.* pertineat.

verſ. 13. credo] *alii*, cedo.

verſ. 33. Octavius quod viceſit] *Ita MS. & Fulvius Vrſin. Sabæi editio*, O. gaudere q. v.

NOMI-

NOMINA AUTORUM QUI IN COMMENTARIO MINUTIANO CITANTUR ET ILLUSTRANTUR.

Abdias de vitis Apostolorum. 17.67
Accius. 64
Acta Apostol. 9 26.84
Adrianus Turnebus. 118
Ælianus. 9.39.63.73.87.
Æmilius Probus. 88
Æneas Gazæus. 98
Agrippa Castor. 109
Albricus. 47.50
Alcimus Avitus. 18
Aldhelmus. 13.18.29,119
Alexander Trallianus. 82
Ambrosius. 9, 12, 23, 26, 30, 32, 33, 36, 40, 46, 62, 76, 77, 79, 88, 89, 93, 94, 96, 99, 100, 102, 103, 104, 105, 106, 110, 113, 114.
Ammianus Marcellinus. 109
Anaxandrides. 73
Angelus Politianus. 56
Anianus in Chrysostomum. 17, 19, 27, 29, 83, 106.
Anianus IC. 5
Antonius Monachus. 103
Antonius Augustinus. 80
Apollodorus. 44, 47, 48, 51, 52, 54, 65, 80, 81, 101.
Apollonius Rhodius. 54
Apollonius Tyaneus. 36
Apuleius. 6, 8, 11, 16, 30, 31, 37, 41, 46, 48, 61, 66, 84, 96, 109, 115.
Aratæus Cappodox. 82
Aristoteles. 8, 10, 26, 39, 41, 42, 43, 78, 111.
Arnobius in Psalm. 8, 94
Arnobius adversus Gentes. 8, 13, 15, 17, 20, 24, 30, 32, 33, 39, 40, 44, 45, 47, 48, 50, 51, 52, 55, 56, 58, 63, 67, 70, 72, 88, 89, 101, 105, 115.
Arrianus in Epictetum. 10, 96, 105
Arrianus Historicus. 13, 38
Artemidorus. 13
Asconius Pedianus. 62
Athanasius. 8, 21, 30, 34, 45, 47, 48, 53, 59, 64, 73, 75, 76, 77, 80, 81, 82, 87, 93, 95, 96.
Athenagoras. 12, 16, 23, 33, 34, 41, 44, 46, 53, 54, 55, 56, 65, 67, 68, 78, 79, 80, 83, 89, 90, 93, 94, 96, 97, 100, 111.
Athenæus. 55, 64, 73
Augustinus. 4, 6, 9, 13, 16, 17, 18, 23, 24, 25, [illegible], 28, 31, 39, 40, 41, 42, 44, 45, 46, 47, 50, 52, 54, 59, 62, 63, 65, 67, 68, 77, 78, 79, 84, 86, 88, 90, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100, 101, 102, 103, 104, 105, 106, 107, 108, 110, 119.
Ausonius. 10
Autor sermon. de nativitate Domini.

mini. 78
Autor Comment. in S. Marcum. 78
Autor Comment. in S. Matthæum. 32,94,97,104,105,106.
Autor de visitatione infirmorum. 76
Autor Queroli. 47,114
Autor originis gentis Rom. 55,59,61, 63.
Autor de rectitudine Catholicæ conversationis. 35,101,102.
Autor lib. de fide. 84,90
Autor de vera circumcisione. 22
Autor de essentia divinitatis. 39
Autor de cognitione veræ vitæ. 40

B.

Bacchiarius. 69
Barnabas Brissonius IC. 6
Basilius Imp. 96
Basilius Magnus. 34, 37, 39, 75, 89,94,95,97,102,105,106.
Basilius Seleuciensis Episcopus. 34, 73,106.
Beatus Rhenanus notatur. 85
Beda. 9,20,23,35,70,85,87,93, 94,97,104,106,108.
Betanus. 85
Bernhardus Felicianus. 68
Berosus Babylonius. 87
Boetius de consolatione Philosophiæ. 96
Boeticus. 39
Breviator Eutropii. 5,16,87.
Burchardus Wormatiensis Episcop. 19,36, 67, 69, 79,85,89,92, 109.

C.

CÆsar. 13,38
Cæsarius Episcop. 35, 37, 38, 74,88.
Callimachus. 48.50.56.
Calixtus PP. 19
Calpurnius Flaccus. 4
Canones Apostolorum. 84,89
Carolus Pascalius. 6
Cassianus. 8,9
Cassiodorus. 29, 33,34,51,87,110
Catullus. 78
Cato de re rustica. 5,39
Celsus. 18
Chalcidius. 7,8,44,66,119
Chirius Fortunatianus. 61
Chrysologus. 6,100
Chrysostomus. 4, 9, 12, 16, 18, 27, 30, 34, 35, 36, 45, 56, 73, 75, 76, 77, 84, 85, 87, 89, 91, 92, 94, 95, 96, 97, 100, 102, 104, 105, 106, 107, 108, 110.
Cicero. 4,7,8,9.10,11,12,13,14, 15, 16, 17, 26, 27, 28, 30, 31, 32, 34, 35, 37, 38, 41, 42, 43, 44, 45, 47, 48, 50, 52, 56, 61, 62, 63, 64, 65, 81, 97, 100, 106, 111.
Claudianus. 12,106
Clemens Alexandrinus. 17, 19, 20, 30, 33, 50, 91, 92, 95, 101, 104.
Clementis Constitutiones. 18, 19, 79, 84, 91, 108.
Clementis recogn. 12. 28, 34, 36, 38, 44, 45, 48, 50, 56, 59, 74, 98, 101.102,106.
Cleomedes. 35

Codex

Codex Iustinian. 70,74,79,107
Codex Theodosian. 17,29,89
CONCILIUM
Agathense. 89,109
Ancyranum. 79,108
Antisiodorense. 18,89,92
Aphricanum. 79,92
Aquisgranense 1.18
Arelatense 11.79
Aurelianense 11.85,108
Aurelianense IV.108
Bracarense 1.27,79,84
Carthaginense III.92
Carthaginense IV.70
Eliberitanum. 108
Gangrense. 91,92,108
Ilerdense. 79
Laodicenum. 19,92
Matisconense 1,19
Neocæsariense. 89
Oxoniense 11,18
Romanum. 89
Spalense 11,89
Turonicum. 19
Vasense. 79
Veneticum. 109
Wormacience. 80,85
Constantinus Manasses. 38,45
Cornelius Celsus. 82
Corpus Canon. 91
Cyprianus. 5,8,9,18,33,35,38,47,69,70,88,96,97,102,104,105,106,107,111.
Cyrillus. 17,18,27,29,31,40,42,44,84,87,88,108.

D.

Digesta. 17,70,75,79
Dio Cassius. 16,25,82
Dio Chrysostomus. 10,31,50,53,64,111.
Diodorus Siculus. 15,38,44,46,47,54,65,88,99.
Diogenes Laërtius. 8,10,17,35,42,43,67,99.
Dionysius Alexandrinus. 38
Dionysius Halicarnasseus. 5,9,12,13,14,15,31,52,52,60,61,62,63,78,80,105.
Domitius. 4
Donatus in Terentium. 103

E.

Elias Cretensis. 17,39
Eleutherius PP. 87
Ennius. 30,31,43,64,112
Epiphanius. 9,10,16,17,19,23,42,45,50,56,76,80.
Epitome S. Canonum. 89,91
Eusebius. 5,12.17,23,27,29,30,32,38,42,45,46,50,53,64,68,71,73,84,94,98,99,101,106,109.
Eustatius in Dionysium Alexand. 38
Eustatius in Homerum. 78
Eucherius episcopus. 17,110,111
Eugraphius in Terentium. 32

F.

Festus Avienus. 7
Festus. 8

Firmici Astronomicon. 6,8,9,12, 16,17,31,34,37,48,49,69, 74,88,106,111.
emendatur. 74
Firmicus de errore profanarum religionum. 30,47,54,62,68
Florus. 15,16,56,62,65,105
Franciscus Balduinus IC. 19
Franciscus Flussas. 28
Freculphus. 17,81
Frid. Lindenbruchius. 70,79,116
Faustus Sabæus. 3
Fulgentius. 44
Fulvius Vrsinus. 41, 51, 63, 102, 118.

G.

Galenus. 31
Gaudentius. 7,12,104
Gelasius de actis concil. Niceni. 66
Gelasius PP. 89
Gellius. 7,31,88,111
Gennadius. 35
Georgius Fabricius. 117
Georgius Trapezontius. 18.26
Glossarium vetus. 8.22.29.119
Godescalcus Stevvechius. 119
Gregorius Nazianzenus. 4, 9, 17, 18, 27, 35, 40, 41, 45, 48, 50, 54, 63, 68, 73, 77, 102, 104, 107, 119.
Gregor. Nyssenus. 28,34,40,86,87, 99.
Gregorius PP. 67
Gregorius Presbyter. 5
Gregorius Thaumaturgus episcop. 10

H.

Hadrianus Iunius. 3
Harmenopolus. 75,79
Harpocration. 79
Herodianus. 13, 15,37,50,55,75, 109.
Herodotus. 13,38,73
Hesiodus. 7,50,66
Hesychius. 7,79
Hesychius Illustrius. 8,16
Heymo episcopus. 108
Hieronymus episcopus. 4, 5,6,7,8, 9, 10,12, 14,15,18,19,20,21, 22, 28, 30, 31, 32, 33, 34,35, 39,40,41,44,45,46,49,51,59, 62, 63, 65, 67,69,70,72,73, 74, 76, 77,78,79,80,84,87, 89, 90, 91, 92,93,94,95,96, 97,98,99,101,102,103,104, 106, 107, 108,109,110,111, 112,113.
Hierocles in Pythagoram. 95,101
Hilarius. 4,10,11,22,57,96,110
Historia Tripartita. 87,110
Homerus. 10,28,30,41,50,53,54
Horatius. 51,89
Hyginus. 13, 29,30, 44,48,65,81

I.

Iacobus Pamelius. 119
S. Iacobus Apostol. 84
Iamblichus. 42,104
S. Ieremias propheta. 75
S. Ignatius. 102
Innocentius PP. 89
Iodocus Clicthoveus. 76

Iohannes Hentenius. 91
Iohannes VVovverius. 6,7,9,19,20, 22, 24, 29,41,70,75,106,109, 110,117,118.
Iohannes Damascenus. 26, 35, 39, 40,44,50,76,80,99.
Iohannes Salisberiensis. 31,44,64, 106,110.
Iosephus. 22,40,53,64,79
Iohannes Passeratius. 7
Iornandes. 5,38
Irenæus. 23,108
Isaacus Casaubonus. 109
Isidorus Hispalensis. 5, 11, 13,18, 19,32, 35, 37, 38.39,44,45, 50, 51,55,64,67,70,76,102, 103.
Isidorus Pelusiota. 8, 9,11,27,39, 40, 84,96, 97,102.103,104
Isocrates. 81
Iulianus Imp. 6,10, 29,38, 40, 87,110.
Iulianus Patricius. 75
Iulius Pollux. 51,79
Iulius Obsequens. 14,15,56,103.
Iustinus Martyr. 23, 27, 28, 31, 39, 40,41, 54, 55,56,58,70, 78, 81, 89,90,93,94,97,98, 102,104.
Iustinus Historicus. 38
Iustus Lipsius. 8,22,75,118
Iuvenalis. 8,47,64,72,73
Iuvencus. 12

K.

Kalendarium rusticum Roman. 45
Karoli V. Imp. leg. capital. 79,80

L.

Lactantius. 9,12,13, 15,16,17,19, 20,28,31,32,33,34,35,37,38, 39,40,41, 42, 43, 44, 45,46, 47,48,50,52,54,55,56,59,61, 62,63,66,67,69,70,72,79, 82, 83, 88, 94, 95,96,97,98, 99,100,101,102,103,104,105, 106,107,108,110,111,112.
Lactantius scholiastes Statii. 10,13, 28, 31,36,48,51,52,54,62,65, 81,82,95.
Lampridius. 49,55
Leges XII. tabular. 110
Leo PP. 27,62,103,109
Libanius Sophista. 10,17,31,73
Liber inscriptionum antiq. 6,14,31, 45,51,63,72,103.
Livius. 5,8,14,15,16,31,35,61, 62,63,81,103.
Lucanus. 15
Lucianus. 8,9,12,21,23,28,31, 45,47,48,49,50,54,56,62, 63,68,75,111.
Lucretius, 6,7,11,48,89,95
Ludovicus Carrio. 117

M.

Macarius. 94,100,110
Macrobius. 10,15,35,50,54, 55,61.
Malchus de vita Pythagoræ. 99
Marius Victor. 45,94,98
Martyrologium Bedæ. 20,87,106
Martialis Episcopus. 14
Martialis. 5,47,74

Martianus Capella. 6
Martinus Bracarensis episcop. 79,84
S. Matthæus Euangelista. 104
Maximus Monachus. 10,103,104
Maximus Grammaticus. 25
Maximus episcopus Taurinens. 35,78
Mela. 13,37,38,73,82
Muretus. 56

N.

Nemesius episcopus. 27,28,41, 42.
Nicetas in Nazianzen. 18,23
Nicetas Choniates. 82
Nicephorus Callistus. 18,23,87, 97,99,106,110.
Nilus episcopus. 100
Nonius episcopus. 64
Nonnus. 47,48,52,53,54,80
Novellæ Iustiniani Imp. 75,78

O.

Oecumenius. 6,14,34,45,84, 91,95,108.
Olympiodorus. 100
Onuphrius Panvinius. 118
Origenes. 10,17,23,24,27,28, 31,37,39,44,47,52,53,64, 68,80,84,92,93,94,97,98, 99,100,108.
Orosius. 14,15,16,65,81
Orpheus. 7,13,45
Ortelius. 24
Ovidius. 8,12,13,15,21,34,44, 47,50,51.

P.

Pacuvius. 34
Palæphatus. 44
Pamphylus Martyr. 99
Papias. 6,7,46.119
Paulus Leopardus. 7
S. Paulus. 94,97,104
Paulus IC. 70,79,80
Paulinus. 101
Pausanias. 10,13,14,31,48,50 51,61,62,63,64,65,80.
Petronius Arbiter. 116
Petrus Nannius. 81
Petrus Faber IC. 13,117,120
Petrus Pithæus. 5,6
Petrus Siculus. 69,76
Philargyrius. 13,26,38,81,97
Philastrius. 19,23,45
Philolaus. 41
Philostratus. 10,12,14,29,33,36, 38,53,63,70.
Philo Iudæus. 10,30,34,37,38, 39,40,52,57,67,73,78,88, 90,94,95,96,97,98.
Photius. 10,31,37,87,99,100
Photii Nomocanon. 17,19,74,80, 92,108.
Plato. 9,10,12,13,52,53,66, 78,80,98,99,104,111.
Plinius. 6,8,10,15,30,31,35,82, 109,110.
Plinius Iunior. 17,21,38
Plotinus. 103
Plutarchus. 10,15,16,32,35,43, 46,47,50,52,55,59,60,61, 62,63,82.
Pœnitentiale Romanum. 80,109
Pœnitentiale Theodori. 85

Polybius. 15,16
Porphyrius. 14,16,30,48,67,68, 72,73,80,82.
Primasius Afer Episcop. 86,108
Procopius Sophista. 37,39,75,97, 104,108.
Propertius. 6,57
Prosper Tyro. 4
Prudentius. 5, 6,9,12,20,21,22, 27, 29, 46, 47, 48, 51,52,55, 57, 59, 66, 72, 73, 76, 81,82, 83,95,96,99,100,110,112.
Psalmi. 30
Pub. Mimus. 8

Q.

Quadratus episcop. 87
Querolus. 47
Quintilianus. 111,116
Q. Cicero. 8
Q. Curtius. 87

R.

Rabanus Maurus. 18, 19, 70.86, 108.
Remigius Episcopus. 12,38
Rudolphus Langius. 72
Ruffinus. 4, 6, 8, 38, 64, 71,78,84, 90,99,113,114.

S.

Sallustius. 4,8,12,82,97
Salvianus. 23,42,70,104,111
Scholiastes Horatii. 4,65
Scholiastes Iuvenalis. 10,47,72
Scholiastes græcus S. canonum. 79, 89.
Scholiastes Aristophanis. 78
Sedulius. 76,86
Senecæ Controversiæ. 27,105
Seneca Philosophus. 11,15,26,28,34, 41, 70, 74, 75, 98, 104, 105,107, 116.
Seneca Tragicus. 7,106
Servius. 9, 10, 11, 13,15,35,37,38,41, 43, 44, 50, 51, 52, 53, 54,55,56, 59, 60, 61, 62, 64, 65, 80, 81,101, 109.
Sextus Aurelius Victor. 49
Sextus Philosophus. 16,80
Sidonius Apollinaris. 6
Sigismundus Gelenius. 3
Silius Italicus. 15,52
S. Simon apostolus. 103
Solinus. 15,24,31,37,38,55
Sophocles. 41
Sozomenus. 87,110
Statius. 35,54,63,65,101,116
Stephanus de urbibus. 5
Stobæus. 10, 11, 12,26,28,37,40,41, 42,43,97,104.
Strabo. 5, 6, 13, 24, 37,38,45,48, 63,80.
Suetonius. 5,15,22,52,64,65,75
Suffridus Petrus. 24,93
Suidas. 12,44,54,74,79,82,101
Symmachus. 12,29,32

T.

Tacitus. 21,22,23,36,40,
Tatianus. 16, 32, 37,39,50,52, 54, 56, 66, 67, 78, 80,82,87,99, 104.
Tertullianus. 4, 13,14,15,17,18,19,

21,22,23,24,26,27,29,31,39,40,41,44,53,54,55,56,58,61,62,63,64,66,67,68,69,70,72,75,78,79,80,81,82,83,84,88,89,91,94,97,98,99,100,101,102,104,105,107,109,110,111,114,119
Terentius. 8,46
Theodoretus Episcopus. 8,12,16,17,20.28,31,32,33,34,36,37,38,39,41,42,43,44,50,53,54,67,68,75,76,77,78,80,87,94,95,97,98,100,101,102,103,104,106.
Theodulphus. 19
Theophilus Episcopus. 17,21,23,27,36,39,45,54,56,59,63,64,73,75,80,82,93,95,96,98,100,104,107.
Theophylactus Bulgariæ Episcop. 55,92,97.
Theophylactus Symmocatta. 38
Tibullus. 30,57,61
Timæus Locrus. 39,98,99
Trebellius Pollio. 29
Trismegistus. 28,41
Trithemius. 3
Tzetzes. 65

V.

Valerius Flaccus. 49,52,81
Valerius Episcopus. 53
Valerius Maximus. 13,14,15,16,31,38,60,63,65,101,105.
Varro. 35,103
Vellejus Paterculus. 16
Vetus Martyrolog. 20
Victor de persecutione Vandalorum. 5,7.
Vigilius PP. 86
Virgilius. 7,10,14,15,32,39,41,44,48,52,53,54,55,62,64,101.
Vlpianus IC. 17,74
Vopiscus. 116

X.

Xenophon. 9,31,33,66,95,104.
Xiphilinus. 16,25,31,35,38,56,65,82,87.
Xixti sententiæ. 40,84,87,94,95,104.

Z.

Zeleucus. 12
Zenobius Accioalus. 53,87
Zonaras. 15
Zosimus. 14.20

FINIS.

INDEX

INDEX RERUM ET VERBORUM MEMORABILIUM.

A.

AB sacris Mysiæ Cereris non solum viri, verum etiam masculi canes excluſi. 61

Abderitem Protagoram ob impias de diis disputationes in exilium agunt Athenienses. 17.

Abortionis pocula. 79

Adjuratio. 69

Adorare *pro* facere. 110

Adulterium etiam adspectus attentione committitur, sed levius est peccatum, quam si quis etiam adjungat factum. 94.

Ægyptus mater superstitionis. 64. ejus siccitatem temperat Nilus. 38

Ægyptii reges ex argento sibi Deos faciunt. 75. cum sororibus, matribus & filiabus matrimonium contrahunt. 87. cepas, porros, cloacas, & crepitus ventris Deos habuerunt. 74

Ære perculso laboranti lunæ succurrere. 35

Æsculapius ab Epidauriis eximiè colitur. 13. ejus simulacrum barbatum 50. fulminatus. 52

Ætna mons semper ardet nec consumitur. 102

Alexandri Magni liber de Diis ad matrem. 46

Allienses dies *pro* nefastis. 15

Amalthæa Iovis nutrix. 48

Amicitia semper pares accipit, aut facit. 8

Amicitiæ definitio. 4

Amicitia vera, idem velle atque idem nolle. 4

Amicorum una anima in duobus corporibus existens. 4

Amphiaraus vates. 65. ab uxore proditur ob monile. *ibid.*

Ἀμβλωθρίδια φάρμακα. 79

Anaximenes aera Deum statuit. 42.

Ancilia. 60

Angelorum officia. 67

Animalia armata dentibus. 37. naturaliter de diis judicant. 59.

Animæ immortalitas. 101

Anni innocentes. 5

Antinous pullus Adriani Imp. publicè sacrificiis cultus. 75

Antiquitas fabellis mirum in modum delectata. 44
Antisthenes unum Deum confitetur. 42
Anxurus Iupiter. 51
Apes unum regem habent. 39
Apis Deus Ægyptiorum. 73
Apollo Delphicus. 45. levis. 50. Admeto pecus pavit. 54
Aquilius. 105
Aræ ignotorum deorum. 14
Arbiter. 8
Archigalli. 49
Aristo Chius negat formam Dei comprehendi posse. 44
Aristotelis opinio de Deo. 43
Artes sellularias non exercuerunt Lacedæmonii & Romani. 9
Asinini capitis cultus objectus Christianis. 22
Assyrii ante Romanos regna tenuerunt. 64
Astartis dea Syrorum. 13
Athenienses acerrimi vindices contemtæ religionis. 17. cum sororibus legitima ineunt connubia. 88
Aves sine patrimonio vivũt. 104
Autumnitas. 5
Aurum igne probatur. 105

B.

BAbylonii Diogenis sententia de Diis. 43
Balnea marina apud Ostiam. 5
Basilicæ veterum Christianorum. 24
Basilides hæreticus docuit, immolata absque ullo respectu conscientiæ degustanda. 109
Basilius Magnus tertias nuptias vocat *inquinamentum ecclesiæ.* 89.
Bellonæ sacrificium cruentũ. 82
Bimariti excluſi ab episcopatu. 89.
Briareus Iovem liberat. 53
Britannia sole deficitur. 37
Busirides in Ægypto hospites advenientes sacrificavit. 81. eum Hercules interfecit. *ibid.*

C.

CÆsar auspiciis renitentibus in Africam proficiscitur, & vincit. 65
Calamitas est disciplina virtutis. 104.
Carneades academicus. 31
Carnes humanas ederunt gentiles in conjurationibus. 82
Carpocratiani hæretici fædi. 23. *& seq.*
Cassius historicus. 54
Castores alternis moriuntur. 52
Catilinæ fœdus sanguinariũ. 82
Centauri. 44
Ceres Eleusinia filiam perditam facibus accensis, serpente circumdata, anxia investigat. 47. ejus sacrarium non frequentant viri. 61
Cestus Veneris. 54
Chaldæi Belum venerantur. 13
Cham Ægyptiis autor fuit, ut cum

cum matribus, ſororibus, filiabus ac brutis coirent, ut ante inundationem. 87
Chimera multiformis. 44
CHRISTIANI homines imperiti & idiotæ. 31. quotidiano opere alimenta quærebant. 9. noctu ſæpius conveniebant ad hymnos Chriſto decantandos. 18. de religione non diſputabant publicè niſi interrogati. 19. caſtè in conventiculis ſuis verſati ſunt. 21. & ſeq. ludos gladiatorios non ſpectarunt. 107. crucem non adorarunt ſed crucifixum. 77. dæmones de obſeſſis pellunt tormentis verborum. 69. morticino & ſuffocato abſtinuêre. 84. & ſeq. Fratres ſe invicem appellarunt. 94. cum iis philoſophi de Deo eadem, licet diverſis verbis, ſentiunt. 42, 43. illis adſpicere etiam peccare eſt. 102. carnem non edebant libidinis edomandæ cauſa. 84. illorum jejunium. 18. & ſeq. caſtitas. 90. 93. 102. unumq; matrimonium, quod contrahunt liberorum procreandorum gratia. 89. cruces & tormenta contemnunt. 106. floribus utuntur ad ſimplicem uſum, non ad ſolennem φιλοθολίαν. 109. de ſacrificatis cibis non edebant. 109. unguenta reſpuerunt. 30. mortuos ſuos non coronarunt. 109. ſpe futuræ felicitatis contemſerunt præſentia. 110. convivia celebrarunt publica & privata. 90. & ſeq. à paganis ſtulti ac deſperati vocati quod tormenta ſpernerêt, & mortem ſponte amplecterêtur. 20. & ſeq. irriſi quod cũ pueris & decrepita ætate mulierculis eccleſias frequentarent, & jejuniis ſeſe diuturnis conficerêt. 17. & ſeq. quod purpuras & ſacerdotum honores deſpicerent ſeminudi. 20. quod mundo incendium minitarentur, & corporum ſperarent reſurrectionem. 26. & ob id mortuorum corpora non cremarent. *ibid.* execrati à vulgo quaſi impii, qui templa nulla, & aras nullas haberent. 24. Deos deſpuerent. 20. infantes vorarent. 22, 23. ſacerdotis ſui adorarent naturam. 22. canes alerent ad everſionem luminum. 24. nocturna ſacra & inceſta convivia celebrarent. 18. 22. ſub fratrum & ſororum nomine ſtupra committerent. 21. caput aſininum adorarent. 22. colerent crucem, & Deum crucifixum. 25. 29. quem oſtendere non poſſent. 25. infructuoſi in rebus humanis dicti. 21. latebroſi ac lucifugę. 19.
Cibi innocentes. 84
Cibus nullus immundus. 87
Cirtha oppidum Numidiæ. 24

Claudii & Iunii infælix pugna in Pœnos. 16
Cleanthes mentem Deum statuit. 43
Cloacina Dea consecrata à Tacio. 63
Cœlo missus. 56
Cœli plagæ. 31
Coitio illicita. 17
Comœdia de stupris fabulatur. 107.
Convivia veterum Christianorum publica, post sumptam eucharistiam. 91
Corona sutilis, plectilis. 109
Corybantes æris sonitu Iovem servant. 48. ense sibi virilia amputant. 49
Crassi interitus. 16
Crispantes alvei. 7
Crucis cultus objectus Christianis. 29.76
Crucem honorarunt non adorarunt Christiani. 76.77. naturaliter videtur in multis rebus. 78
Cur Deum nescientes divitiis affluant. 106
Curvum littus. 7
Curtius se pro reipub. salute in lacum mittit. 15
Cybile Dindymena. 48. adulterum suum exsecuit. *ibid.*
Cynocephali. 47

D.

DÆmon Socratis consiliarius. 66
Dæmones vitiis immersi simplicitatem substantiæ perdiderunt. 67. oracula efficiunt. *ibid.* illorum natura. 66. non desinunt perditi perdere. *ibid.* sub statuis consecratis delitescunt. 67. vitam turbant, somnos inquietant. *ibid.* lædunt mortales dum curare videntur. 68. à Philosophis & Magis cogniti. 66. à Christianis coacti fatentur quid sunt. 69. eorum ope magi miracula edunt. 66. illabuntur pectoribus humanis, sensum movent & affectus fingunt. 67. nidore altarium & hostiis pecudum saginantur. 68
Decii se pro repub. devoverunt. 4.10.
Democritus intelligentiã Deum loquitur. 42
Demosthenes φιλιππίζειν Pythiam queritur. 65
DEUS principii expers. 39. inviſus, infinitus, immensus, soli sibi notus. *ibid.* mens & spiritus. 41. primo noscendus quam colendus. 40. ejus nomen non quærendum. 39. ejus domus est mundus universus. 97. templo non clauditur, 96. lentè punit peccata. 101. in adversis unumquemque explorat. 105. carnalibus oculis non videtur. 95. *& seq.* nos sub illo agimus. 97. nullius rei indigens est. 96.

Dii ignoti. 14. de capro & homine mixti. 72. ex infelici stipite. 57. de immundis vasculis. *ibid.* in incudibus figurantur. 58. eos generare, senescere, mori, & nasci ridiculum. 56. *& seq.* homines fuerunt, obque benefacta dii facti. 44. 45. eos lugebant gentiles. 47. vicatim mendicantes ducebant. 60
Diana Pœna. 64. ἀγροτέρα. 51. altè succincta venatrix. 50. πολύμαστος. 51. Taurica. 64. ei homines immolati. 81
Dimidiata verba dicere. 5
Diomedes Venerem sauciat. 53
Divites magis aurum suspicere quam cœlum. 33
Dives, qui nihil cupit. 103

E.

ECclipsis. 35
Effigiare. 6
Eleusinia sacra. 47
Eleusinii Cererem colunt. 13
Ennius de Pyrro responsa Pythii Apollinis confinxit. 65
Enthei vates. 16
Epicurus Deos otiosos fingit. 43. mundũ periturũ asserit. 98
Epidaurii Æsculapium colunt. 13.
Epona dea mulionum. 72
Equestres fratres Castor & Pollux. 15
Erigone suspensa de laqueo. 52
Ἐπισφαγισμὸς. 7
Esus ciborum Iudaicorum Christianis interdictus. 109
Ethnici Fortunam dicunt in omnibus rebus dominari. 12. majorum disciplinam & patrias religiones acerrimè defendunt. 14. Iovem pro Deo vero invocant. 40. illorum odium in Christianos. 70. libido detestanda. 74. impietas in deos & homines. 102. 103. principibus suis divinos honores habebant. 75. liberos tenellos exponebant. 78. adulteria prohibebant & committebant. 102. Lunæ laboranti ære perculso succurrebant. 35. mendicantes vicatim deos ducebant. 60. in conjurationibus humani corporis cruorem bibebant. 82
Euangelium omnes homines recipit. 32
Euhemerus deorum natales exsequitur. 45
Euphrates colit Mesopotamiam. 38.
Exclamatio vulgi *ô Deus.* 40
Exomologesis. 23
Exorcistæ. 69.
Expers, *ignarus.* 9
Exsufflare in idola, signum Christianæ libertatis. 20
Expositicii fœtus gentium. 78

F.

FAbulis ridiculis multum delectata antiquitas. 44. 52
Fama semper in sparsis mendaciis alitur. 72
Fana nonnulla semel in anno frequentata. 61

Fanum Dindymenæ matris semel in anno saltem aperitur. 61.
Fatum quod dii fantur. 103. diis potentius. 28. non imponit reatum hominibus. 27. Christiani veteres id omnino tollunt. *ibid.*
Febris dea. 63
Fellatores. 74
Feriata quies. 5
Feriæ vindemiales. 5
Flaminius sprevit auguria, ideoque periit cum exercitu. 16.
Flora Dea propudiosa. 63
Flores serti & soluti. 109
Florianorum turpis conventus in ecclesiis post solis occasum. 23. *& seq.*
Fœtus informes projici jubent Romulus, Plato, & Aristoteles. 78
Forma & status hominis Deum fatetur artificem. 37
Fors Fortuna. 103
Fortuna Muliebris. 62
Fortuna legibus est soluta. 12
Fortitudo in infirmitatibus roboratur. 104
Fratres se invicem appellant Christiani. 94
Fraterno nomine abusi impurati ad flagitia tegenda. 21
Fronto orator. 87
Fulgere purpura. 106
Fulgur ex collisione nubium. 10. 11.

G.

GAlli semiviri & truncati. 49
Galli Mercurio homines immolant 81. Cybelem Dindymenam corporis supplicio colunt. 48. 49
Gallum & Gallam, Græcum & Græcam Romani viventes sacrificio obruunt. 81
Ganymedes Iovis pullus. 54
Genitalia sui sacerdotis Christianos adorare, à gentilibus objectum. 22
Gnostici hæretici. 23. illorum impuritas in conventiculis ecclesiasticis. *ibid.*
Gratianus Imp. noluit uti schemate pontificis ethnici. 20

H.

HEraclidi Pōtico mens Deus. 43.
Hercules stercora Augiæ egerit. 54. ab illius sacris arcentur servi & mulieres. 61. Oeteis ignibus concrematus. 52
Histrio enervis. 108
Homeri deliria de diis. 53. eum Plato de civitate ejecit. *ibid.*
Homo Dei simulachrum. 94. debet seipsum noscere. 33. ejus vultus erectus in cœlum. *ibid.* ob merita virtutis inter deos relatus. 74
Homines singuli inter se dissimiles. 37
Honesta semper publico gaudent, scelera secreta sunt. 24
Hostenes Magus. 66. Deum verum confitetur. *ibid.*

Hostia litabilis mens pura. 94. 95.
Hostilius Pavorem & Pallorem deos fecit. 63
Humandi corpora vetus & melior consuetudo. 100
Humanitas *pro* genere humano. 17.

I.

IAnus bifrons. 50. nummos primus signavit. 55
Ibis Ægyptiorum Deus. 73. si quis illum occiderit, capite punitur. *ibid.*
Idololatriæ initium ex cultu imaginum defunctorum. 44
Idolothytis abstinebant se Christiani. 108
Iejunia 4. temporum. 19
Iejunium solenne veterũ Christianorum diebus quadragesimæ. 18,19
Ignis sapiens. 101. membra urit & reficit. *ibid.*
Ignoratio Dei damnat. 102
Ignoti Dei ara. 14
Illicita coitio. 17
Impiorum votum ut animæ simul cum corporibus intereant. 101
Indus fluvius. 38
Infans unius anni interficitur in sacris Cataphrygum, Pepuzianorum & Quintillianorum. 23
Infantes olim expositi in vasis fictilibus & excavatis arboribus. 78
Infanticidium objectum Christianis. 19,23
Innocens ætatula. 5
Inopinatò visi, cœlo missi dicuntur. 56
In disputando non disputantis autoritatem, sed ipsius disputationis veritatem considerare oportet. 33
In concilio Neocæsarienſi vetitum, ne presbyteri in nuptiis bigami prandium sumerent. 89.
Insaniæ patrocinium, insanientium turba est. 62
Isis Pharia. 45. perditum filium luget. 46. ejus sacerdotes capita radunt. *ibid.* parvulo invento exultant. 47
Iuba Maurorum Deus. 56
Iudæis cultus capitis asinini objectus. 22. patriam & regnum perdiderunt ob flagitia in Christum admissa. 97
Iuno Argiva, Samia, Pœna, 63. 64. senuit nec parere amplius potest. 56
Iuppiter anxurus, imberbis, barbatus. 51. 52. Hammon 52. Capitolinus, Feretrius. 52. Latiaris cruore humano perfunditur 82. Liberator. 41. Cretæ natus & mortuus. 56. 63. à capella nutritus. *ibid.* jurat per stygiam paludem. 101. offenditur ob ludos non ritè curatos. 15
Iurare per capillum Dei. 75
Iurare per genium principis. *ibid.*

L.

LAbarum. 119
Labor insanus. 10
Lapis coronatus. 6. unguine delibutus. *ibid.*
Latiari Iovi homines immolantur. 82
Lenis unda. 6
Leones inter Deos relati. 72
Libera, Proserpina. 48
Liberum arbitrium. 27
Libra æquissimi judicis. 8
Libri qui religionibus derogabant in foro combusti. 17
Literarum profani. 9
Livia Numerio Attico senatori decies sestertium dinumerat, quod is publice jurasset, se Augustum in cœlum ire vidisse. 56
Ludi curules. 107. gladiatorii. *ibid.* scenici. *ibid.*
Lunæ labores. 35
Lunæ laboranti succurrere. 35
Lupercalia. 59
Lusus testarum. 7

M.

MAgi miracula per dæmonas edunt. 66
Mancini interitus ob spretum augurium. 65
Mare lege littoris stringitur. 36
Maris dorsum. 7
Mars Thracius. 63. vinctus ob admissum adulterium. 53
Mater Idæa 14. ex Pessinunte Romam accita *ibid.* eximiè à Phrygibus culta. 13. circumfertur per urbem mendicans. 60. 61
Medi. 64
Medius locus honorificentissimus. 8
Memoriæ, *id est*, memoralia scripta. 88
Menander hæreticus impurus. 23. promiscuum usum fœminarum discipulis suis concessit. *ibid.*
Mens mortalium talis, qualem parens omniũ Deus induxit. 41
Mens pura, templum Dei sanctum. 94. 95
Mercede conducti apud Romanos, qui sacramento contenderent, se vidisse homines in cœlum ad Deos ascendentes. 56
Mercurius pedes alatos habet. 50. Galli ei homines immolant. 81
Mimi in scenis adulteria Deorum & hominum exponunt. 108
Mimicum cavillum. 99
Minerva cæsios oculos habet. 50.
Minutii ætas. 3. causidicus fuit Romani fori. *ibid.*
Miserabilis qui in homine spem ponit. 74, 75
Monstra Deum. 52
Monstruosi fœtus abjecti. 78
Morbus comitialis curatur sanguine humano. 82
Mortalitas *pro* ipsis hominibus. 17.
Morticina carne abstinuerunt Chri-

Christiani veteres. 84. & seq.
Mortui uncti & coronati. 30
Mundi æternitas. 26
Mundus totus Dei domus. 97. igne perituru[s] secundum dogma Stoicorum. 97
Mutius Scævola. 105

N.

NAtalem diem non celebrarunt Christiani. 92. 93
Natura. 22
Naturale est odisse quẽ times. 70
Nemo prẽmium accipit ante experimentum. 105
Nemo tam pauper potest esse quam natus est. 104
Nepos historicus. 54
Neptunus glaucis oculis pingitur. 50. Laomedonti muros instituit. 54
Nicolaitarum secta impia. 23
Nilus temperat siccitatem Ægypti. 38
Nomen Dei non curiosè investigandum. 40
Nosse seipsum difficile. 10
Νῶτα θαλάσσης. 7
Novellus homo. 78
Nox accommoda fraudi, rebusque turpibus. 22
Nubes ex nebulis oriri. 10
Nummos signare. 55. figurare. *ibid.*
Nuptias secundas veteres Christiani improbant. 89. Tertul. Athenag. & Basil. Magnus appellant eas *dedecus, confusionem, & speciosum adulterium.* *ibid.*

O.

OCcultatio sacramentorum turpis. 24
Oceani fluxus & refluxus. 36. 37
Offensantis linguæ fragmen. 5
Omnes pari sorte nascimur. 106
Omnes homines sensus ac rationis capaces sunt procreati. 32.
Omnia orta occidunt. 97
Oratio remordens. 8
Osculari manum in adorando. 6
Osculum imprimere. 6
Ostia amœnissima civitas. 5

P.

PAllor & Pavor dii Romanorum ab Hostilio consecrati. 63
Pan pedes ungulatos habet. 50
Par gladiatorum. 116
Par Deo dignum, vir fortis cum mala fortuna compositus. 105
Parentalia. 93
Pauli Rom. ducis interitus. 65
Pejerantes per Deos non puniebantur jure civili, si autẽ quis per Imp. pejerasset, fustibus castigabatur. 75
Pepuziani hæretici. 23
Per quietem Deos videmus. 16
Persæ cum matribus & sororibus miscentur impune. 87. de equorum hinnitu augurantur principatum. 38
Pervigilium Christianorum in festo paschatis. 18
Paupertas beata. 103
Phariæ Isidis sacrum. 45
Philosophi de Prophetarũ fonte potarunt. 98

Phryges magnam Matrem colunt. 13
Platonis sententia de Deo. 44. opificem mundi ait difficile esse invenire, in vulgum profari impossibile. *ibid.* Homerum de sua civitate ejicit. 53. renascendi conditionem tradit. 99. angelos non negavit. 67. dæmonum naturam in convivio edisserit. *ibid.*
Poëtarum de Deo uno testimonia. 41
Pœna illorum qui immanibus vociferationibus lunæ laboranti succurrunt. 35. qui infantes novellos projiciunt. 79. qui abortionis poculum dant. *ibid.* qui morticina & suffocata manducant. 85.86
Pompa facundiæ. 33
Principiorum semina. 114
Proculus asseverat se vidisse Romulum in cœlum ad Deos ascendentem. 56
Producere sobolem. 89
Protheſilai sortes. 29
Pulvini. 7
Purpura insigne regiæ & sacerdotalis dignitatis. 20
Pythagoræ Deus est animus. 42. ejus metempsychosis. 98.99

Q.

QUæ supra nos, nihil ad nos. 31.
Quæstio perversa. 70
Qui Deo dives est, pauper esse non potest. 103
Quintilliani hæretici. 23

R.

REbus inhonestis honorem præfamur. 22
Regni societas infida. 39
Reguli captivitas. 65,105
Religio Christiana vera philosophia. 19
Remordere. 8
Res summa. 64
Resurrectionis probatio. 99. à gentilibus explosa. 26.28
Rex tam timere cogitur quam timetur. 106
Romani sordidas artes non tractarunt. 9. omnes Deos coluerunt. 13. etiam gentium quas populaverant. 62. 63. illis superstitio imperium auxit. 14. eorum Dii vernaculi. 63. templa de manubiis exstruunt. 62. pullos alebant, quorum cibo vel fastidio res summa regeretur. 65. Græcum & Græcam, Gallum & Gallam viventes terra obruebant. 81
Romulus parricidium fecit. 62

S.

SAcerdotes Romanorum univiræ. 62
Sacrificales epulæ. 30
Sacra matris Deum. 62. Herculis. 61. Bonæ Deæ, Cereris & Vestæ viris interesse non licebat. 61
Sacra sacrilega Simonis Magi, Menandri, Gnosticorum, Nicolaitarum, Pepuzianorum, Cataphrygum & Quintillianorum.

norum. 23
Sacrificio Herculaneo mulieres & servi abstinent. 61
Salii pileati incedunt. 60
Sanguis humanus epotus contra morbum comitialem.
Sanguinem humanum gustabant ethnici in conjurationibus. 82.
Sapiens ignis. 101
Sarpedon Iovis filius. 54
Saturnus Creta profugus in Italiã venit. 55. princeps Deorũ. 54. compeditis pedibus. 50. Iani susceptus hospitio, docuit homines literas imprimere & nũmos signare. 55. vorat proprios filios. 80. ipsi in Africa infantes immolati. *ibid.*
Scenæ turpitudo. 107
Secundas nuptias qui ex veteribus improbarint. 89. nõ sunt turpes nec damnabiles si contrahantur liberorum procreandorum causa. 90
Sedere in judicio. 8
Seges cana. 12. flava. 114
Sellularias artes non exercebant Romani & Lacedęmonii. 9
Sepulturæ contemptus. 26.27
Sepulchra coronata. 30,31
Sepeliendi mos antiquus. 100
Serapidis simulacrum. 6. ejus tumulus inanis. 46
Serere liberos. 89
Seruchus primus cultor imaginum. 44
Servi excluſi ab sacris Herculis. 61. eos domini non possunt ad turpem violationem compellere nolentes. 4
Signaculum. 119
Signare nummos. 55
Simõ Magus nebulo impurus. 23
Simonidis Melici cunctatio de Deo. 32
Sine more, *id est*, injuste. 62
Sine Libero & Cerere friget Venus. 46
Sistrum. 46
Socrates. 12. sapientiss. ab Apolline judicatur. 31. negat Deum videri posse. 43. instinctu dæmonis vel petebat vel declinabat negotia. 66
Solis viæ. 14
Sol demergit & nascitur. 100
Sollistimum tripudium. 64.65
Spectacula non frequentant Christiani. 107
Spectaculorum voluptas. 107
Spicare. 37
Spiridion Cypriorum episcop. carnes porcinas edit in quadrageſima. 87
Speusippus vim naturalẽ Deum dicit. 42
Spumosi fluctus. 7
Σταυροδηλείαν damnat Ambrosius episcopus. 76.77
Stoici dicunt mundum igne periturum. 97
Straton naturam dicit Deum. 42
Stupra in templis ethnicorum perpetrata. 64
Stygea palus. 101
Suffocata non edebant Christiani. 84. *& seq.*

Super-

Superstitio quid sit. 10
Superstitiosi definitio. 6
Suscepti, clientes. 70
Syri Astarten colunt. 13

T.

TAcius Cloacinam invenit & dedicavit. 63
Tauricæ Dianæ hospites immolati. 81
Templa & loca sacra cur sæpius fulmine icta. 11
Templa ethnicorum non petebant Christiani. 20. de manubiis exstructa. 62. in iis sæpius adulteria commissa. 64
Terræ filius. 56
Thales Milesius rerum initium aquam dixit, Deum mentẽ. 41
Thallus historicus. 54
Thebanum par. 116
Theodorus Cyrenæus atheos. 16
Theodorus historicus. 55
Theophrasti sententia de Deo. 43.
Timor gignit odium. 70. 106
Tiresias cæcus vates futura videbat. 65
Tragœdię de incestis gloriantur. 107.
Tripudium sollistimum. 65
Trivia trinis capitibus. 51

V.

VAlentinianorum impura sacra. 23. 24
Ventus sub oculis non venit. 95
Verba dimidiata. 5
Verborum flagella. 69. tormenta. *ibid.* flumina. 32
Vestales castæ. 62
Vindemiarum feriæ. 5
Vires corporis sine exercitatione laboris torpescunt. 104
Virginitas Christianorum. 90
Virtutis via angusta. 104
Unda lenis, mollis. 6
Undabundum mare. 7
Undæ alludentes. 7
Unguentorum usum respuerunt Christiani. 30
Univiræ sacerdotes. 62
Voluptates spectaculorum. 29
Vulcanus Deus claudus. 50. enses fabricatur diis. 54
Vulgus naturaliter Deum fatetur. 40
Vultus lætitiæ & tristitiæ index. 8.

X.

XEnophanes omne infinitum cum mente Deum tradit. 42.

Z.

ZAradas Persas incesta matrimonia docuit inire. 87.
Zenonis sententia de Deo. 43

FINIS.

DESI-

DESIDERII

HERALDI

AD

M. MINUCII FELICIS

OCTAVIUM

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

DESIDERII HERALDI AD M. MINUCII FELICIS OCTAVIUM CASTIGATIONES ET NOTÆ.

PARI *mecum voluntate concineret: eadem vellet vel nollet.*] Quæ perfecta demum amicitia est. Zeno Veronensis Sermone de patientia: *Tu amicitiam idem velle atque idem nolle docuisti.* Sil. Ital. lib. IX. Pag. 1.

Velle ac nolle ambobus idem, sociataq; toto
Mens ævo, ac parvis dives concordia rebus.

Quod autem ait *concinere* hoc loco Minucius, id etiam συνᾴσαι dicit in eodem argumento Dio Chrysostomus Orat. IV. de regno: ἢ μὲν ὅτε τὴ ἡδονῆς φίλῳ, ἢ ὁ τὴ δόξης, ὅποτε δυνάσται συνᾴσαι, καὶ τὸ αὐτὸ εἰπεῖν. Nota postrema verba. Sic enim ἓν ἢ ταὐτὸ λέγειν summæ concordiæ argumentum apud Græcos. Polybius lib. II. ἀλλ' ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς, ἐν οἷς πάντες ἓν ἂν ταὐτὸ λέγειν, μεγίστων κακῶν δοκοῦσιν δαιμονίαν.

Et in ludicris & seriis.] Sapiunt hæc paræmiam. Cicero II. de finibus: *Quicum joca, seria, ut dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia.*

De tenebrarum profundo in lucem sapientiæ & veritatis emergerem.] Vide sis quæ notabamus in hæc verba Apologet. cap. XXXIX. *At quanto dignius fratres & dicantur & habentur, qui de uno utero ignorantiæ ejusdem ad unam lucem expaverint veritatis.* Hunc autem locum imitabatur Cyprianus ad Demetrianum: *Hortamur dum facultas adest, Deo satisfacere, & ad veræ religionis candidam lucem de profundo tenebrosæ superstitionis emergere.*

Præcucurrit.] Sic legitur in MS. Reg. & editione Romana. Quare *præcurrit* alii maluerint contra librorum auctoritatem, nescio.

Etiammunc inhærentem.] Proba lectio, quam variè corruperant, cum alii *etiamnum*, alii *etiamtum* edidissent. Apul. Milesi. IV. *Ac paululum à via retractum, per altissimum præceps in viam proximam etiamnunc spirantem præcipitant.* Heic *etiamnunc* est ἔτι. Idem Milesi. V. *Nec mora, quum paulo maturius lectum maritus accubans, eamq; etiamnunc lacrymantem complexus, sic expostulat.* Lege igitur apud eundem scriptorem Milesi. I. *Ianitor pone stabuli ostium cubitans, & etiamnunc semisomnus, Quid tu, inquit,* &c. Vulgo legitur, *Et jam nunc.*

Adhuc annis innocentibus] Innocentem ætatulam dicit Prudentius in agone Romani: Tacitus Histor. lib. III. *innoxiam ætatem*: Philo ἄκακον ἡλικίαν, adversus Flaccum. μὴ γῆρας, μὴ νεότητα, μὴ παίδων ἄκακον ἡλικίαν οἰκτοκάμψει.

Dimidiata verba tentantibus·] B. Hieronymus ad Lætam: *Ne ineptis blanditiis fœminarum dimidiata dicere verba filia consuescat.* Et ad Eustochium, de custodia virginitatis: *Non delumbem matronarum salivam delicata secteris, quæ nunc strictis dentibus, nunc labiis dissolutis balbutientem linguam in dimidiata verba moderantur, rusticum putantes omne quod nascitur.*

Loquelam ipso offensantis linguæ fragmine dulciorem.] B. Hieronymus ad Salvinam: *Garrula atq; balbutiens linguæ offensione fit dulcior.* Nota autem *fragmine*: Nam *vocabula frangere* hac in re proprium. B. Hieronymus in Epitaphio Paulæ: *Paulam audierat in cunis & crepitaculis balbutiente lingua alleluja cantare, aviæque & amitæ nomina dimidiatis verbis frangere.* Hinc *vox infracta* Arnobio, & *infracta loquela* Lucretio, ut observabamus ad Arnobium. Sic etiam κεκλασμένῳ μισικῷ appellat Philo musicam theatralem, infractam scilicet ac mollem, & masculis auribus indignam. Locus est libro de Agricultura. καὶ κιθαρισὰς καὶ κιθαρῳδὰς, καὶ πᾶσαν τὴν κεκλασμένην, καὶ ἄνανδρον μισικὴν ἀφιέντες.

Pag. 2. *Cum augeret maxime lætitiam meam amicissimi hominis inopinata præsentia.*] Hieronymus ad Lucinium: *Nec opinanti mihi subito literæ tuæ redditæ sunt; quæ quanto insperatæ, tanto gaudiorum plenæ.* Sane quæcunque inopinato accidunt, sive bona, sive mala, ea percellunt magis. Quare in Comœdiis si magnum aliquod bonum præter expectationem accidit, exultant, & vertice feriunt cœlum. In Plauti Rudente.

Proh Di immortales, Quis me est fortunatior,
Qui ex improviso filiam inveni meam?
Satin' si cui homini Dei esse benefactum volunt,

Aliquo illud pacto obtingit optatum piis.
Ego hodie qui neque speravi, neque credidi,
Is improviso filiam inveni tamen.

Itaque in Mercatore vulgatam lectionem mutandam existimo:

Divûm atque hominum quæ spectatrix atque hera eadem es omnibus,
Spem speratam quoniam obtulisti hanc mihi, grates ago.
Ecquisnam Deus est, qui mea nunc lætus lætitia fuat?
Domi erat quod quæritabam.

Sane legendum ibi existimo, *spem insperatam*. Est igitur ea lætitia περιχάρεια illa, quam Philo dissertatione de colonia ait accidere, quando ingentia bona præter spem obveniunt: unde etiam lacrymas oboriri observat. Verba Philonis sunt elegantissima, γίνεται δὲ αὕτη (περιχάρεια scilicet) ὅταν ἀθρόα ἀγαθὰ μηδὲν προσδοκηθέντα ποτὲ, αἰφνίδιον ὀμβρήσαντα πλημμυρῇ. ἀφ' οὗ καὶ τὸ ποιητικὸν εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ, δακρυόεν γελάσασα. προσπεσοῦσα γὰρ ἐκ τοῦ ἀνελπίστου ἡ εὐπαθειῶν ἀρίστη χαρὰ ψυχῇ, μείζονα αὐτὴν ἢ πρότερον ἦν, ἐποίησεν, ὡς διὰ τὸν ὄγκον μηκέτι χωρεῖν τὸ σῶμα. θλιβόμενον δὲ καὶ πιεζόμενον ἀποστάζειν λιβάδας, ἃς καλεῖν ἔθος δάκρυα.

Sane & ad vindemiam feriæ judiciariam curam relaxaverant.] Res nota. Ceterum non solum forum tunc clausum, sed scholæ etiam, ipsaque adeò studiosorum musea. Cyprianus: *Et promisisse me memini, & reddendi tempestivum prorsus hoc tempus est, quo indulgente vindemia solutus animus in quietem, solemnes ac statas anni fatigantis ferias sortiatur.*

Manum ori admovens, osculum labiis pressit.] Morem hunc superstitiosorum hominum eruditissimi homines pridem observarunt. Quod autem *adorare* inde dictum existimant, falli eos docuimus ad Arnobium. Sic autem solebant religiosi homines, si quem locum sacrum prætergrederentur, adorare, atque sæpius tacitas preces concipere. Ovid. VI. Metamorphos.

Ipse ducem dederat, cum quo dum pascua lustro,
Ecce lacu medio sacrarum nigra favillis
Ara vetus stabat tremulis circundata cannis.
Restitit & parvo, Faveas mihi, murmure dixit
Dux meus; & simili, Faveas mihi, murmure dixi.

Effigiatos & unctos.] Arnobius lib. I. *Si quando conspexeram lubricatum lapidem & ex olivi unguine sordidatum.* Sic enim rectè correxerunt eruditiss. homines præeunte MS. Reg. in quo scriptum *unguines ordinatum.* Hac autem de re dicebamus ad eum Arnobii locũ.

Et coronatos] Arnobius lib. VII. *Etiam dii sertis, coronis afficiuntur, & floribus?* Quem in locum plura observabamus.

Etsi non canis spumosisq; fluctibus exibat ad terram] Lucret. lib. II.

Vt mare, quum magni commorunt æquora venti,
Vertitur in canos candenti marmore fluctus.

Zeno Veronensis sermone de patientia *pallidos fluctus* appellat quos *canos* Minucius. *Tamen extremorum pallido ex recursu voluminum, quasi jus terræ cognoscens, ac violare devitans mira patientia in se frangitur, iisdemq; fluctibus, quibus cogitur, refrænatur.* Sic *albescere* dicit Virgil. III. Æneid.

Fluctus uti primo cœpit quum albescere vento,
Paulatim sese tollit mare.

Tamen crispis torosisq;] Ita scriptum in MS. Reg. non *tortuosis*, quod notant. B. Hieronymus ad Heliodorum: *Licet in modum stagni fusum æquor arrideat, licet vix summa jacentis elementi spiritu terga crispentur.* Et in epitaphio Paulæ: *Huc usque prosperis navigavimus ventis, & crispantia maris æquora labens carina sulcavit.*

Quod vicissim nunc adpulsum nostris pedibus alluderet] Proba lectio, & MS. Reg. auctoritate comprobata. Seneca in Oedipode:

Per te pater Neptune, qui fluctu brevi
Vtrimque nostro geminus alludis solo.

Sic προσπαίζειν usurpavit eleganter Gregorius Nazianzenus Sermone de S. Cypriano: καὶ θάλασσα ἡπλωμένη, καὶ ταῖς ἀκταῖς προσπαίζουσα, μετὰ πνευμάτων στάσιν ὠδίνοντα κόματα.

Pag. 3. *Pueros videmus certatim gestientes testarum in mare jaculationibus ludere*] Ludi istius, de quo plura alii observarunt, meminit etiam Arrianus lib. IV. Dissert. Epict. cap. VII. ἀλλ' ὡς ὀστρακίοις τὰ παιδία παίζοντα, περὶ μὲν τὴν παιδιὰς διαφέρεται, τῶν δ' ὀστρακίων οὐ πεφρόντικεν.

Testam teretem jactatione fluctuum levigatam] Ἐκτετριμμένην ὑπὸ θαλάσσης, ait Eustathius.

Super undas irrotare] Non poterat loqui expressius. Testula enim ita subsiliens motum refert rotæ agitatæ ἄνω κάτω. Contra autem quum flumen glacie constrictum est, plano cursu testa labitur, ac non irrotat proprie super undas, sed *premit eas* potius. quomodo loquitur Ovid eleg. X. lib. III. Trist.

Vidimus ingentem glacie consistere pontum;
Lubricaq; immotas testa premebat aquas.

Emicaret, emergeret] Amat Minucius plures voces ejusdem significa-

gnificationis copulare; unde σφάλματα irrepserunt, quæ observabimus postea. Non audemus igitur damnare *emergeret*, quod faciebat politissimi ingenii vir Ioh. à Wower. Pro *resiliret* quod sequitur postea, edidimus *exsiliret*, MS. Reg. & edit. Rom. sequuti.

Segregatus, dolere nescio quid vultu fatebatur] Etsi lectio ista facilior est & commodior, nolueramus tamen contra veterum editionum, & MS. Reg. auctoritatem, ubi *segregatus dolore*, quidquam immutare. Operis aliter visum est. Sic autem hominis anxii πάθος rectè exprimitur. M. Tull. lib. III. Tusc. quæst. *Ex hoc evenit, ut animi doloribus alii solitudines caperent, ut ait Homerus de Bellerophonte,*

Qui miser in campis mœrens errabat Aleis,
Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων

Iam profectò intelliget, facilius esse in contubernalibus disputare, quam conserere sapientiam] MS. Reg. nihil mutat. Neque tamen placet mihi hæc lectio. Suspicabar scripsisse Minucium, *quam conserere sapienti manum.*

Nec hoc obsequii fuit, aut ordinis, aut honoris] MS. Reg. nihil mutat. Nam quod ajunt verba ista *aut ordinis* in eo nusquam apparere, falluntur; nec aliorum observationibus fidem arbitrari tam facilè debuerant. Sanè si qui honoratiores, aut amplioris ordinis erant, locus honoratior iis dabatur, & idcirco medius. Appianus de bellis civilibus lib. IV. ἐ συνήδρευον οἱ τρεῖς Καίσαρος ἐν μέσῳ διὰ τὴν ἀρχὴν προκαθίσαντος.

Sed ut arbiter, & utrisq; proximus aures darem] Appositè Lucianus in Amoribus: ἐν μέσῳ πάνυ δικαστικῶς ἐκαθεζόμην.

Vt libram teneas æquissimi judicis] ἴσον καὶ κοινόν eleganter Græci dicunt; neque enim judex æquus heic est ἐπιεικής. Demosthenes in ea de Corona: ἐ παρασχὼν ἑαυτὸν ἴσον ἐ κοινὸν ἀμφοτέροις ἀκροατὴν, οὕτω τὴν διάγνωσιν ποιήσεται περὶ πάντων. Rectè autem *libram teneas*: nempe ut unicuique æquo pondere jus veluti appendatur. Proverbium Græcorum est, cujus meminit Eustath. ad lib. VII. Iliad. ζυγοῦ πρὸς δίκην εὐθύστερος. Eleganter Clem. Alexandrinus lib. I. Pædag. cap. X. καὶ καθάπερ ἐπὶ ζυγοῦ τὰς ἰσοστασίους ἀντισηκώσωμεν τοῦ δικαίου πλάστιγγας. Prudentius; Pag. 4.

Gentibus justam positurus æquo
Pondere libram.

Nec in alteram partem propensus incumbas.] Eleganter Philo adversus

ſus Flaccum: ἐ τὸ μὲν πρῶτον ἀδηλοτέρας ἐποιεῖτο τὰς ἐπιβουλὰς, μήτ' ἴσον παρέχων καὶ κοινὸν ἀκροατὴν ἑαυτὸν τοῖς τὰς ἀμφισβητήσεις ἔχουσιν, ἀλλὰ πρὸς θάτερον ἀποκλίνων μέρος, μήτ' ἐν τοῖς ἄλλοις ἰσηγορίαν διδούς.

Audere quoſdam, & hoc ſtudiorum rudes] Ita edidimus MS. Reg. auctoritatem ſequuti. Antea legebatur, *audire quoſdam*. In eodem MS. *rude* malè, pro *rudes*. Chriſtianos autem ſtudiorum rudes habitos obſervabamus ad eum Arnobii locum lib. III. *Hoccine eſt illud faſtidium veſtrum, ſapientia hæc arrogans, qua deſpuitis nos ut rudes, &c.* Vide ſis quæ ibi obſervabamus.

Literarum profanos. expertes artium, etiam ſordidarum] Monuimus jam ad Arnobium, diſtinctionũ mutatione locum hunc emendandum. Et ſane ita ſcriptũ fuerat; *literarum profanos, expertes, artium etiam ſordidarum*. Sic plura reperiuntur apud hunc ſcriptorem vocabula rem unam atque eandem ſignificantia, niſi quod poſteriora clariora ſunt, & quaſi interpretationis vice funguntur, ut non immerito ſuſpicari poſſit aliquis gloſſemata eſſe, niſi in toto hoc ſcripto id eſſet pene perpetuum. Sic anteà obſervabamus, *emicaret, emergeret*. Dicit igitur Chriſtianos eſſe *literarum profanos, expertes*; quo de convitio plura obſervabamus ad Arnobium. Prudentius in agone Romani:

Populare quiddam ſub colore gloriæ
Illiterata credidit frequentia.

Addit, *artium etiam ſordidarum*. Chriſtiani igitur non ſolùm literarũ profani & expertes, ut illi volebant, ſed etiam ſordidis artibus mancipati, atque ipſi etiam Eccleſiæ doctores, lanarii, ſutores, fullones, ἐριουργοί, σκυτοτόμοι, ἐ κναφεῖς ab iiſdem habiti, ut obſervat Origenes libro contra Celſum III.

Tot omnibus ſeculis.] Proba lectio. Quod enim notant τὸ *omnibus* ſcriptum non eſſe in MS. Reg. verum non eſt. *Tot omnes*, ut *plerique omnes*.

Aut ſcrutari permiſſum, aut ſtruprari religioſum.] MS. Reg. *ut ſcrutare permiſſumi aut ſtuprari relig.* Ioſephus Scaliger legi poſſe exiſtimabat *ruſpare* vel *ruſpari*. Tertull. de Pallio: *Itaque cogitans omnia ſibi domum, intelligens alibi ſtipantem copiam, alibi deſerentem, runcare atque ruſpare conſuluit.*

Et beati ſatis.] Adjecimus particulam neceſſariam & è MS. Reg.

Indulgentes inſano atque inepto labori.] Virgil.

---- *Inſano juvat indulgere labori.*

Non vanis & formidoloſis opinionibus implicemus.] Ita edidimus MS. Reg.

Reg. auctore, & flagitante sententia. Antea, *implicamus*.

Sint principio omnium semina natura in se coëunte densata.] Ita edidimus MS. Reg. auctoritatem sequuti. Et sane Epicurea disciplina, unde hausta ista sunt, lectionem hanc flagitabat, non *principia*, quæ erat vulgata lectio.

Vnde hæc religio, unde formido, quæ superstitio est?] Neq; sane superstitio aliud est quàm numinis inanis & immoderatus timor, quemadmodum observabamus ad hunc Arnobii locum lib. VII. *In quam convenit, ut debeamus inspicere, formidine superstitionis amota, & gratificatione deposita.* Vide sis quæ ibi notabamus, atque iis adjice Plutarchi locum elegantem in Numa: ἔστι δὲ ὅπῃ καὶ φόβος πιὰς ἀπαγγέλλων ἀφελὲς ἔδος θεῦ, καὶ φάσματα δαιμόνων ἀλλόκοτα ἐφωνὰς ἠχεύμενα, ἐδάλλε, καὶ ταπεινὰ ἐποίει τὰ φρόνιμα αὐτῶν ὑπὸ δεισιδαιμονίας. Pag. 5.

Adeo passim cadunt, montes irruunt.] Nihil potest dici elegantius, ut nesciam quid iis esset in mentem qui *diruunt* legi volebant. *Passim*, id est, temere, sine ullo locorum aut personarum delectu. Lactantius lib. III. *At ego hunc puto non invenientem quid responderet, effudisse hoc passim, ne taceret.* Tractat autem argumentum hoc Lucretius lib. VI. ipseque adeo Aristophanes in Ranis.

Quos à parentibus ante imbutus es timere quam cognosse familiarius.] Elegans lectio quam MS. Reg. debemus. Legebatur antea, *ante imbutus existimare*, nulla aut frigida sententia. Hoc autem argumentum tangit etiam Prudentius lib. contra Symmachum priore. Pag. 6.

Dum capti in hostilibus mœnibus.] Reddidimus lectionem Rom. edit. & MS. Reg. At sententia flagitat *captis*, quomodo ediderat Gelenius.

Dum aras extruunt etiam ignotis numinibus & manibus.] MS. R. *dum a. extruunt dum etiam.* Legendum fortasse, *interdum etiam ignotis n.* Ceterum quorsum addat *& manibus* fateor me non satis intelligere. De Diis ignotis proculcata res est. Manes etiam Deos habitos pueris notum: sed quorsum heic eorum mentio? Quare nesciebam an legendum esset *ignotis numinibus & inanibus.*

Hinc perpetuus observationis tenor mansit.] Ita edidimus MS. Reg. auctoritatem sequuti pro *hic*. Postea item *adstruxerit*, pro *abstruxerat*, quæ erat lectio Rom. editionis.

Specta de libris memoriam] MS. Reg. *memoria*. Fortasse, *memorias*. Tertullianus adversus Iudæos: *Nam & secundum memorias, populus Iudæorum, id est antiquior, derelicto Deo idolis servivit.* Minucius Felix in- Pag. 7.

fra: *Memoriæ & Tragœdiæ vestræ incestis gloriantur.*

Testis mater Idæa.] Hæc est verissima lectio, cujus vestigia agnovimus in MS. Reg. ubi scriptum sane fuerat *Idæa* sed quia litera I parum cohærebat, ac præcedenti voci fuerat adjecta, idcirco eam pene deleverant; ut literulæ istius nonnisi simulacrum aliquod remanserit. Alii igitur ediderant, *Mater Deûm*; Fulv. Ursinus *Mater Deæ*. sed adjecta notula, qua *Mater Idæa* volebat legi, Cicerone auctore lib. de aruspicum responsis; *Atque illa mater Idæa.* Sed & alia poterant adjici. Lactantius igitur lib. 11. *Claudia quoque proponitur in exemplum miraculi. Nam quum ex libris Sibyllinis Idæa mater esset accita &c.* Appositè quoque Lucret. lib. 11.

Horrifice fertur divinæ Matris imago.
Hanc variæ gentes antiquo more sacrorum
Idæam vocitant matrem, Phrygiasque catervas
Dant comites.

Testis ludorum offensio Iovis de somno plebei hominis iteratio.] Repræsentavimus MS. Reg. lectionem, cui etiam edit. Rom. concinere videmus, nisi quod in ea *iterato* pro *iteratio*. Ediderat Gelenius, *Testis ludorum offenso Iove de somnio plebei hominis iteratio*, quam lectionem etsi non negamus veram, non sumus tamen ausi contra librorum auctoritatem edere.

Qui equitis sui vel mole, vel honore.] Scribendum *onere*, quemadmodum rectè observarunt. Error autem inde natus, quia *honus* scribebant sæpius; quare pro *honere* scriptum *honore*. Probum autem *equitis*. Nam qui *equi sui*, vel *eques* legi volunt, falluntur. *Equitem* dicit equum ipsum Minucius, Virgilii, cujus verba usurpare amat, auctoritatem sequutus. In Georgicis:

Frena Peletronii Lapithæ, gyrosque dedere
Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.

Ne vobis antiquitas nimium fabulosa videatur.] Aristides hymno in Iovem: ἀλλὰ ταῦτα μὲν παλαιὰ & μυθώδη.

Quam cultu insignia & muneribus opulenta.] MS. Reg. *insignibus*. quæ lectio si vera esset, distinguendum existimarē, *quam cultu, insignibus, & muneribus opulenta.* Sed vulgata lectio melior est, & commodior.

Quos impie per diem negamus, nolumus, peieramus.] Hæc est lectio MS. Reg. Editio Romana, *volumus*. Gelenius, *violamus*, quæ lectio non displiceret si librorum niteretur auctoritate.

Pag. 8. *Quamvis incerta sit ratio vel origo.*] Proba lectio. Nam quorsum heic *natio?* Timo-

Timorem omnem, quo humanitas regitur.] Zeno Veronensis sermone de patientia: *Etsi beata diversis vita virtutibus quæritur, cujus cupidinem flagrans humanitas per momenta suspirat.*

Ejus scripta deusserint.] Verissima lectio, quam edit. Rom. & MS. Regius nobis suppeditarunt. Ediderat Gelenius *deriserint*, inepta sententia.

Homines, inquam, deploratæ, inlicitæ ac desperatæ factionis.] Verissima lectio quam è MS. Reg. restituimus. Christianos autem vel ex eo criminabantur, quod factionem illicitam inirent; quam quidem criminationem purgat Tertull. Apolog. cap. XXXVIII. ubi plura observabamus heic non repetenda.

Desperatæ.] Tertull. Apologet. cap. ult. *Propterea enim desperati & perditi existimamur.* Vide sis quæ ibi observabamus.

Qui de ultima fece collectis imperitioribus.] Hoc vulgo exprobrabant, Christianorum pietatem nonnisi ab imperitis & à plebecula coli, qua de re dicebamus ad Arnobium, & nonnihil etiam supra. μόνους τοὺς ἠλιθίους, dicebat Celsus apud Origenem, καὶ ἀγεννεῖς, καὶ ἀναισθήτους, καὶ ἀνδράποδα, καὶ γυναῖα, καὶ παιδάρια πείθειν ἐθέλουσί τε καὶ δύνανται. Prudentius in agone Romani:

Tu ventilator urbis, & vulgi levis
Procella, mentes inquietas mobiles,
Ne se imperita turba dedat legibus.

Et mulieribus credulis sexus sui facilitate labentibus.] Prudentius in agone Fructuosi:

Tu qui doctor, ait, seris novellum
Commenti genus, ut LEVES PVELLÆ
Lucos destituant, Iovem relinquant.
Damnes, si sapias, ANILE DOGMA.

Lactantius lib. V. cap. XIII. *Si enim feminæ sexus infirmitate labuntur (Nam interdum isti muliebrem & anilem superstitionem vocant) viri certe sapiunt.* Eodem etiam spectabat quum ista scriberet cap. XX. ejusdem libri. *Doceant isti hoc modo, si qua illis fiducia veritatis est, loquantur, hiscant, audeant, inquam, disputare nobiscum aliquid ejusmodi: Iam profecto ab aniculis, quas contemnunt, & à pueris nostratibus error illorum ac stultitia irridebitur.*

Plebem profanæ conjurationis instituunt.] Existimabant enim conjurationes ac factiones adversus Deorum cerimonias, ipsamque adeo Remp. à Christianis fœderari, atque eos idcirco solemnibus jejuniis, inhumanis cibis & ceteris piaculis fidem suam invicem

astringere, qua de re plura observabamus ad Tertulliani Apologet. *Profana* autem *conjuratio* propter piacula illa, quibus contesserari existimabatur. Sic *profanus princeps* apud Tacitum, diro scelere implicitus & impiatus, ita ut à Deorum fanis & ceremoniis longè sit arcendus, & ab hominum convictu & commercio longè relegandus. Lib. XIV. Annal. *Pervulgatum esse incestum gloriante matre, nec toleraturos milites profani principis imperium.* Sic *profanos & impiati seculi reos* dicebat Christianos Asclepiades in agone Romani:

Quos ut profanos, impiati & seculi
Reos, necesse est te magistro interfici.

Quæ nocturnis congregationibus.] Ferventibus persecutionibus Christianos de nocte & ante lucem convenisse observabamus ad Apologet. Sed & eorum ἀγάπλω ad lumina celebratam notum est. De vigiliis, quæ ubi martyrum memoria coli cœpta est, celebratæ sunt, alia res est. Sola enim Paschæ solemnia pervigilia Minucii XVO celebrata. Sed ea quandoque accidebant, ut fideles etiam de nocte convocari oporteret. Tertullianus lib. II. ad uxorem, cap. IV.* *Quis nocturnis convocationibus, si ita oportuerit, à latere suo eximi libenter feret? Quis denique solemnibus Paschæ abnoctantem securus sustinebit?*

Et jejuniis solemnibus.] Christianorum jejunia quædam stata ac solemnia erant: alia indictiva necessitate exigente. De his Tertullianus adversus Psychicos, cap. XIII. *Bene autem, quod & Episcopi universæ plebi mandare jejunia assolent, interdum ex aliqua solicitudinis Ecclesiasticæ caussa.* Idem lib. II. ad Uxorem, cap. IV. *Vt si statio facienda est, maritus de die condicat ad balneas; SI IEIVNIA OBSERVANDA SVNT, maritus eadem die convivium exerceat.* Quare furente persecutione jejunia crebrius frequentata & religiosius observata ostendit idem Tertullianus lib. de fuga in persequutione, cap. I. *In tempore persecutionis Ecclesia in attonito est. Tunc & fidelis in expeditione solicitior, & disciplinatior in jejuniis, & stationibus, & orationibus &c.* Sed præter ea jejunia, erant etiam alia stata & solemnia, quemadmodum quæ ante Pascha; & die paschæ, ut loquitur Tertullianus, id est, die passionis, ut recte interpretatur Pamelius; ac præterea stationum dies. Tertull. lib. de Oratione, cap. ult. *Sic & die paschæ, quo communis & quasi publica jejunii religio est, merito deponimus osculum, nihil curantes de occultando quod cum omnibus facimus. Similiter & stationum diebus, non putant plerique sacrificiorum orationibus interveniendum, quod statio solvenda sit accepto*

corpore

corpore Domini. Sic enim recte emendant hunc locum, libris optimis auctoribus. Habes igitur heic solemne ac publicum paschæ jejunium, ac stationum dies, feriam quartam & sextam. His enim diebus celebrabantur in Ecclesia stationes, in quibus Christi milites veluti in excubiis stabant, quemadmodum ostendit Tertullianus sub finem ejusdem libri. Lactantius sub finem libri VII. *Et dum spiritus hos regit artus, infatigabilem militiam Deo militemus, stationes, vigiliasque celebremus, &c.* Stationum autem istarum partem maximam jejunium efficiebat; quo religio, &, ut loquuntur, devotio accendebatur, quapropter simul cum statione solvebatur jejunium, id est hora nona apud Catholicos. Nam ad vesperam usque stationes suas Montanistæ extendebant, qua de re Tertullianus adversus Psychicos, locis compluribus. Sed hæc cap. X. *Namque stationes nostras, ut indignas, quasdam vero & in serum constitutas novitatis nomine incusant, hoc quoque munus & ex arbitrio esse dicentes, & non ultra nonam detinendum, de suo scilicet more.* Quem in locum Pamelius Tertullianum calumniæ accusat immerito; cum id, quod ille ibi ait, idem & alii uno ore affirment, stationem hora nona fuisse dissolutam, τετράδι καὶ ἐν προσαββάτῳ, ἐν νηστείᾳ ἕως ὥρας ἐννάτης, inquit Epiphanius. Elegans locus est in agone Fructuosi Tarraconensis Episcopi, cujus acta exstant apud Surium. *Cumque multi ex fraterna charitate aromatibus conditum poculum illi porrigerent ut sumeret, respondit Fructuosus: Non est, inquit, hora solvendi jejunium stationis. Agebatur enim hora diei quarta. Siquidem & in carcere quarta feria stationem solemniter celebraverat. Sexta igitur feria, lætus atque securus festinabat cum martyribus in paradiso Dei stationem solvere.* Quænam autem solvendæ stationis fuerit hora, quam nondum advenisse dicebat Fructuosus, docet Prudentius in eodem agone:

Quosdam de populo vidit sacerdos
Libandum sibi poculum offerentes,
Iejunamus, ait, recuso potum.
Nondum nona diem resignat hora.

Quin ergo hora nona stationem solverint dubium nullum esse potest. Nam quæ firmandæ suæ suspicioni proponit Pamelius, ea ne refutatione quidem egent. Debuerat observare, stationes differre à strictioribus illis jejuniis, quæ ex aliqua solicitudinis Ecclesiasticæ caussa indicebantur, & ab iis ipsis quæ die paschæ celebrantur, quæ ad usque Gallicantum quandoque extensa scribit Epiphanius.

Cæterum hæc jejunia notat Cæcilius, quia ea numerabant Nationes inter conjurationis argumenta, quod iis præcipuè diebus Christiani frequentes convenirent. Quare & Tertullianus adversus Psychicos, cap. XIV. *Itaque si & ex hominis edicto, & in unum omnes συνοφρόνησιν agitatis, quomodo in nobis ipsam quoque unitatem jejunationum & xerophagiarum & stationum denotatis? Nisi forte in Senatusconsulta & in principum mandata coitionibus opposita delinquimus.*

Tenebrosa & lucifugax natio.] Nempe quod in tenebris tantum & conventiculis à luce publica remotis convenirent. MS. autem Reg. nihil mutat.

Templa ut busta despiciunt.] Tertullianus lib. de Spectac. cap. XIII. *Nec minus templa, quam monumenta despuimus.* Nempe quum plerisque Gentilium templis defunctorum cadavera sita essent ac tumulata, quod Clemens Alexandrinus, Arnobius, Eusebius & alii pluribus comprobant, Christiani ab eo usu ea ut sæpius & denominabant & æstimabant. Hinc etiam Amm. Marcell. lib. XXII. de Gregorio Alexandriæ Episcopo: *Reversus ex comitatu principis, quum transiret per speciosum Genii templum, multitudine stipatus ex more, flexis ad ædem ipsam luminibus, Quamdiu (inquit) sepulchrum hoc stabit?* Appositè autem ad hoc argumentum Tiberius apud Tacitum Annalium lib. IV. *Hæc mihi in animis vestris templa, hæ pulcherrimæ effigies, & mansuræ. Nam quæ saxo struuntur, si judicium posterorum in odium vertit, pro sepulcris spernuntur.*

Deos despuunt.] Sane Deorum simulacra despuebant, & quandoque pedibus proturbabant; quin & in ipsa Præsidum, à quibus ad idololatriam compellebantur, ora sputa projiciebant. Prudentius in martyrio Eulaliæ:

Martyr ad ista nihil, sed enim
Infremit, inque tyranni oculos
Sputa jacit; simulacra dehinc
Dissipat; impositamque molam
Thuribulis pede prosubigit.

Templa autem, aras, altaria, & cetera ejusmodi etiam despuebant. Tertullianus de Idololatria, cap. XI. *Quo ore Christianus thurarius si per templa transibit, quo ore fumantes aras despuet, & exsufflabit quibus ipse prospexit?* Prudentius libro contra Symmachum priore:

--- Quis in urbe est,
Qui Jovis infectam sanie non despuat aram?

Nempe

Nempe, quia ita summum contemtum significabant. Nam desputatio summam habet in se contumeliam. Seneca epist. XIV. *Quid aliud quam vociferatus est Cato, quum modo per populi levatus manus, & obrutus sputis, & deportandus extra forum traheretur &c.* An quia templa ac simulacra dæmoniorum sedes existimabant, ea ideo despuebant atque exsufflabant, quemadmodum Dæmones exsufflantur? Pseudoareopagita Dionysius Hierarch. Eccles. cap. II. inter baptismi cerimonias istam dæmoniorum exsufflationem numerat. εἶτα στὰς ἐπὶ δυσμαῖς προσέχοντα, καὶ τὰς χεῖρας ἀπωθοῦντα πρὸς τὴν αὐτὴν ἀπεστραμμένας χώραν, ἐμφυσῆσαι μὲν τρὶς διακελεύεται τῷ Σατανᾷ, καὶ προσέτι τὰ ἀποταγῆς ὁμολογῆσαι. Sic igitur solebant dæmonia exsufflare, & omnia immunda. Tertullianus lib. II. ad uxorem, cap. V. *Latebisne tu quum lectulum, quum corpusculum tuum signas, quum aliquid immundum flatu expuis &c.* Sulpicius Severus de S. Martini virtutibus lib. III. *Memini quodam die ad eum venisse Martinum; qui ubi secretarium ejus ingressus est, vidit post tergum ipsius dæmonem miræ magnitudinis assidentem, quem eminus (ut verbo, quia ita necesse est, parum Latino utamur) exsufflans, Avitianus se exsufflari existimans, Quid me, inquit, sancte sic adspicis? Tum Martinus: Non te, inquit, sed eum qui cervici tuæ teter incubuit.* Irenæus lib. I. cap. IX. *Iam verò quædam ex fidelissimis mulieribus, quæ habent timorem Dei, & non sunt se ducibiles quas similiter ut reliquas affectavit seducere, jubens eas prophetare, exsufflantes & anathematizantes eum separaverunt se ab ejusmodi insano.* Verba Irenæi Græca exstant apud Epiphanium Hæresi XXXIV. κελεύων αὐτὰς προφητεύειν, καταφυσήσασαι καὶ καταναθεματίσασαι αὐτὸν, ἐχωρίσθησαν τοῦ τοιούτου θιάσου. Hinc igitur Prudentius in agone Romani:

Ingressus ille, ut hos paratus perspicit,
Insufflat, ipsos ceu videret dæmonas.

Atque *exsufflare* postea ad alia transtulerunt, eoque verbo extremam contumeliam designarunt. B. Augustinus tract. XI. in Iohannem: *Adversus exsufflatores Christi: Adversus blasphematores baptismi.* Item: *Quando vident Christum, à quo liberati sunt, exsufflari in Christianis.* Et passim. Ceterum zelum illum observavimus omnibus non probari. Id enim cum objiceret Celsus Christianis, ac eos gloriari quod Iovis aut alius numinis simulacro impune maledicerent, ac colaphos impingerent, negat Origenes de veris Christianis posse id dici verè. Sed verba illius notanda sunt lib. VIII. contra Celsum; εἶτα μετὰ ταῦτα, ἤτοι μηδενὸς ἀκούσας χριστιανοῦ, ἤτινος

ἀπὸ

ἀπὸ τῶν πολλῶν παρανόμου καὶ ἀπαιδεύτου, φησὶ τοὺς χριστιανοὺς λέγειν, ἰδοὺ, παραστὰς τῷ ἀγάλματι τοῦ διὸς ἢ ἀπόλλωνος, ἢ ὅτου δήποτε θεοῦ, βλασφημῶ καὶ ῥαπίζω, καὶ οὐδέν με ἀμύνεται. οὐχ ὁρῶν, ὅτι ἐν τῇ θείᾳ νομοθεσίᾳ προστέτακται καὶ τὸ, θεοὺς οὐ κακολογήσεις. ἵνα μὴ ἐθίζηται ἡμῶν τὸ στόμα ὁντιναοῦν κακολογεῖν, ἀκουόντων, εὐλογεῖτε καὶ μὴ καταρᾶσθε. καὶ διδασκομένων ὅτι οἱ λοίδοροι βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι. τίς δ' οὕτως ἐν ἡμῖν ἠλίθιος, ὡς ταῦτα λέγειν, καὶ οὐχ ὁρᾷν, ὅτι οὐδὲν δύναται τὸ τοιοῦτο πρὸς καθαίρεσιν τῆς περὶ τῶν νομιζομένων θεῶν ὑπολήψεως; &c. *Postea autem quæ vel Christianum neminem dicentem audivit, vel temerarium aliquem & imperitum, id ait à Christianis dici, Ecce, Iovis aut Apollinis aut cujuslibet Dei simulacro adsistens, maledico ei & colaphos incutio, nec tamen ulciscitur. Atqui non videt in divinis legibus hoc quoque mandatum; Diis non maledicere, ne os nostrum cuiquam assuescat maledicere, quibus dictum est, Benedicite, & nolite maledicere; & qui didicimus maledicos regni Dei hæredes non fore. Quis autem nostrum stultus adeo est, ut hæc dicat, nec videat nihil ejusmodi valere ad tollendam de diis gentium persuasionem?*

Sacerdotum honores & purpuras despiciunt.] De sacerdotum purpura dicebamus ad Tertulliani Apologet. cap. xv. Verum ex iis quæ respondet postea Octavius facile videre est heic non agi de purpuris sacerdotum, sed magistratuum, atque hunc locum ita esse distinguendum, *Rident sacra; miserentur miseri, si fas est, sacerdotum: honores & purpuras despiciunt.* Octavius infra: *Nec de ultima statim plebe consistimus, si honores vestros & purpuras recusamus.* Lactantius lib. VII. cap. I. *Qui vero ambitione inflati, aut amore potentiæ inflammati, omne studium suum ad honores acquirendos contulerunt, nec si Solem quidem ipsum gestemus in manibus, fidem commodabunt ei doctrinæ, quæ illos jubet, omni potentia & honore contemto, humiles vivere &c.* Nota autem purpuras, quas scil. nominatim damnabant, quod earum usus idololatriæ proprie videretur dicatus, atque vel ex eo concludebat Tertullianus lib. de Idololatria cap. XVIII. non licere fideli dignitatis ac potestatis alicujus administrationem gerere. Vide sis quæ ibi disputat.

Pro mira stultitia & incredibili audacia! Spernunt tormenta præsentia, dum incerta metuunt.] Appositè Lactantius lib. VII. cap. V. *Ita necesse est sapientem pro stulto haberi, qui dum appetit bona quæ non cernuntur, dimittit è manibus quæ videntur; & dum vitat mala, quæ non aspiciuntur, incurrit in mala, quæ ante oculos sunt. Quod accidit nobis, quum neque cruciatum neque mortem pro fide recusamus, &c.* In agone Montani

tani & sociorum: *Ibi condiscipuli ejus suadebant, ut præsumptione depositâ, sacrificaret interdum, postea quidquid vellet facturus, nec incertam illam & secundam mortem plusquam præsentem vereretur. Et hæc gentilium verba sunt, qui dicebant ultimi furoris esse mortem malle timere, quam vivere.* Fortasse, *mortem malle timendo mortem, quam vivere.*

Ita illis pavor & fallax spes solatio redivivo blanditur.] MS. Reg. *Ita illis pavorem fallax spes solatio rediviva blanditur.* Corruptè. Innuit autem martyrum constantiam ex ea persuasione, quam de vita deque pœnis post mortem æternis conceperant, profectam, quod etiam disserebat Lucianus in Peregrino. Sic Ecclesia Viennensis apud Eusebium lib. v. histor. Eccles. narrat dissipatas martyrum reliquias, ut vel hoc modo omnis resurrectionis spes quippe quæ eorum tolerantiæ atque constantiæ caussa esset, iis præcideretur, ἵνα, ὡς ἔλεγον, ἐκεῖνοι μηδὲ ἐλπίδα σχῶσιν ἀναστάσεως, ἐφ' ᾗ πεποιθότες, ξένην τινὰ καὶ καινὴν εἰσάγουσιν ἡμῖν θρησκείαν, καὶ καταφρονοῦσι τῶν δεινῶν, ἕτοιμοι καὶ μετὰ χαρᾶς ἥκοντες εἰς τὸν θάνατον.

Occultis se notis & insignibus noscunt.] Vide postea; *Sic nos denique non notaculo corporis, ut putatis, sed innocentiæ ac modestiæ signo facile dignoscimus.*

Ac se promiscue appellant fratres & sorores.] MS. Reg. *promiscé.* De hac autem appellatione plura observabamus ad Tertull. Apologet. cap. XXXIX. Pag. 9.

Ita eorum vana & demens superstitio sceleribus gloriatur.] Nota epitheta. Totam pietatem Christianam vanitatis & dementiæ damnabant, quod eam nullis certis rationibus subnixam, sed frivolis tantum & inanibus persuasionibus addictam existimarent. *Vana* igitur *superstitio* dicitur hoc loco. Sic in agone S. Marcelli: *Quibus dixit Laodicus, Quid est? Deposuistis vanas superstitiones & adoratis Deos quos Imperatores adorant?* Sic in Edictis Maximini, ὑπόκενος ματαιότης, & κατάρατος ματαιότης, ubi plura, σὺν θεῷ, observabimus. Idcirco igitur scripturas sacras appellabant *inanes & supervacuas.* In agone Felicis Episcopi Tubizacensis: *Cui legatus dixit, Quare scripturas non tradis inanes & supervacuas?* Additur *Demens,* quia pietas Christiana nihil aliud existimabatur quam mera dementia; qua de re disputat Lactantius lib. v. cap. XIV. XV. & XVIII.

Maxima & varia & honore præfanda.] Arnobius lib. v. *Objectanturque partes illæ, quas pudor communis abscondere, quas naturalis verecundiæ lex jubet, quas inter aures castas sine venia nefas est, ac sine honori-*

bus appellare præfatis. Vide sis quæ ibi observamus. Impositum autem iis est qui in MS. Reg. scriptum notant *maxime nefaria.* Sed ne observationes ejusmodi sæpius arguere cogamur; lectorem monitum volumus quæ notantur in Notis Wowerii tanquam è MS. Reg. ea omnia habenda falsa, nisi à nobis etiam confirmentur.

Audio eos turpissimæ pecudis caput asini consecratum inepta nescio quâ persuasione venerari.] Hac de calumnia plura observabamus ad Tertulliani Apologeticum. Nota autem *nescio quâ inepta persuasione:* Sane *persuasionem* aliquando appellabant, quod alibi *præsumptionem*, qua de re dicebamus in Commentario ad Tertull. Apologet. & Digressionum lib. II. Nempe *persuasio* opinio est quam quis præsumpsit ac sibi persuasit opinatione vana & argumentis destituta. Prudentius in hymno Vincentii:

Dicis, Libenter oppetam,
Votiva mors est martyri.
Est ista vobis, novimus,
Persuasionis vanitas.

Sic dicebat Lucianus in Peregrino de Christianorum πληροφορίᾳ & fide, qua de animorum immortalitate ac carnis resurrectione sunt persuasi, πεπείκασι γὰρ αὐτὸς οἱ κακοδαίμονες, τὸ μὲν ὅλον ἀθάνατοί ἔσεσθαι, &c. Nota πεπείκασι αὐτὸς, quasi id præsumpserint tantùm ac sine ratione certa sibi persuaserint. Quod autem illi de Christianorum fide falsò blaterabant, id Christiani de ipsorum somniis ac deliriis verissimè dixerunt. Lactantius lib. v. cap. I. *Cum talibus non congredi, & disputare contendimus, hos ad veritatem ab inepta persuasione traducere, qui sanguinem facilius hauserint, quàm verba justorum.* Et lib. VII. cap. VI. *Et in hac persuasione philosophorum, quæ putant animas interire.*

Alii eos ferunt ipsius antistitis ac sacerdotis colere genitalia.] Ineptam istam persuasionem plures jam observarunt ex eo natam quod pœnitentes presbyteris advolvebantur, ac charis Dei adgeniculabantur, qua de re plura observabamus Digressionum lib. II.

Et qui hominem summo suppl. p. f. p. & cr. l. f. eor. cerimonias fabulatur] Ita edidimus MS. Reg. auctoritatem sequuti, nisi quod in eo *fabulantur* pro *fabulatur*, quod ex editione Romana retinuimus. Sane aliquem nominatim designari videtur significare Octavius ipse infra in confutatione; *Etiam ille qui de adoratis sacerdotis virilibus fabulatur, tentat in nos conferre quæ sua sunt.*

Iam

Iam de initiandis tirunculis.] Calumnia ista omnibus Christianorum apologiis confutata, nec inventus quisquam est, qui ejus immanitatis sectam ullam hæreticorũ vel levissima suspicione asperserit, ut existimem quæ de Gnosticis ac Quintilianis Epiphanius & alii nonnulli postea tradiderunt, ea omnia falsa esse, & in odium sectarum illarum ab hominibus perverse religiosis conficta. Num enim id tacuissent Apologeticorum scriptores? Num tanta confidentia horrendam illam calumniam, tanquam commentum verè diabolicum confutassent? Sane quod alibi fatentur de aliis flagitiis, id etiam eo in argumento fateri non dubitassent, esse quosdam pseudochristianos, qui talibus quidem piaculis sese impiarent, sed eos nominè tenus esse Christianos: re autem vera diaboli sectatores & discipulos. Quæ igitur posterioribus sæculis de hęreticis tradita sunt ejusmodi, ea non dubitamus falsa esse. Sane Diabolus miris exemplis grassatur, & sæpe accidit ut perverso nonnullorum zelo ad opus suum abutatur, atque eorum mentibus ita illudat, ut Dei opus artibus diabolicis, id est, fraudibus, imposturis, mendaciis provehi posse existiment, unde nata fabularum illarum prodigia, quæ magno Christiani nominis probro etiamnunc simpliciorum manibus teruntur. Sed ad rem, De Montanistis quis unquam fando audivit talia ab iis patrari? Quis veterum, qui eorum hæresim confutavit, tale quid observavit? Et tamen Zonaras in can. XII. Concilii Constantinopolitani fabulam eandem, nescio à quibus sibi traditam, tanquam indubitatam de iis narrat. καὶ ὦμα παιδὸς, inquit, κατακεντουμένου ἀλεύρῳ συμφύροντες, καὶ ἀρτοποιοῦντες προσέφερον, καὶ ἐξ αὐτοῦ μεταλάμβανον.

Hac conscientia sceleris ad mutuum silentium pignerantur.] Salustius in bello Catilinario: *Fuere ea tempestate, qui dicerent, Catilinam, oratione habita, quum ad jusjurandam populares sceleris sui adigeret, humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse, inde, cum post exsecrationem omnes degustavissent, aperuisse consilium suum, atque eo dictitare fecisse, quo inter se magis fidi forent, alius alii tanti facinoris conscii.* Alia observabamus ad Tertulliani Apologeticum.

Et incestæ libidinis ebrietatis fervor exarsit.] Non ausi sumus quidquam mutare absque librorum auctoritate. Gelenius edidit, *& incestæ libidinis ebrietate fervor exarsit*, sententiâ planâ. Sane quod scribit Clemens Alexandrinus lib. II. Pædag. cap. IX. id ut plurimum verum est. ἡ παννυχὶς δὲ ἐπὶ πότῳ, μέθης ἐκκλητικὴ, καὶ συνουσίας ἐρετιστική. τόλμα αἰσχροποιός.

Impudentibus tenebris nexus infandæ cupiditatis involvunt.] Tertullianus Apologet. cap. VII. *Et post convivium incesto, quod eversores luminum canes, lenones scilicet, tenebrarum inverecundia procurent.* Hinc igitur damnata mystica sacra ac nocturnæ pervigilationes ab antiquis, in quibus quid possit accidere innocentes Comici, ut eos appellabat Cicero εἰρωνεύων, satis indicant, qua de re observabamus aliquid ad Arnobium. Alii autem horrorem noctis addere aliquid venerationi existimabant, & hac de caussa nocturna sacra instituta; cum alii contra libidinibus potius perfruendis excogitata censerent, qua de re locus est elegans apud Euripidem in Bacchis, ubi Pentheus & Bacchus ita colloquuntur.

Πενθ. τὰ δ' ἱερὰ νύκτωρ, ἢ μεθ' ἡμέραν τελεῖς;
Διον. νύκτωρ· τὰ πολλὰ σεμνότητ' ἔχει σκότος.
Πενθ. τοῦτ' εἰς γυναῖκας δόλιόν ἐστι κ' σαθρόν.
Διον. κἂν ἡμέρᾳ τὸ γ' αἰσχρὸν ἐξεύροι τις ἄν.

Hinc igitur *pannychismos graves*, id est σεμνὰς appellabat Arnobius lib. v. ex eorum, cum quibus disputabat, sententia; sed acerba εἰρωνείᾳ, cum pannychismis illis nihil esset turpius aut flagitiosius, ut postea ostendit. Lectionem igitur illius loci vulgatam à Gelenio veram existimo, nec aliam quærendam; sed longè aliam esse verborum sententiam quam vulgus existimat, ut pluribus observabimus in eum locum nova, quam maturamus, Arnobii editione.

Pag. 10. *Cur etenim occultare & abscondere quidquid illud colunt magnopere nituntur.*] Existimabant stultæ nationes religionem nullam consistere posse absque simulacro aliquo quod coleretur, & idcirco Christianos suspicabantur habere quidem delubrum aliquod aut simulacrum, sed quod absconderent, nec passim videri sinerent. Quare sequitur, *Cur nullas aras habent, templa nulla, nulla* NOTA SIMULACRA? Ait *nota*, quia existimabant, quemadmodum diximus, esse simulacrum aliquod, sed occultum, nempe caput asini, de quo antea, aut quid ejusmodi. Respondet igitur postea Octavius: *Putatis autem nos occultare quod colimus, si delubra & aras non habemus? Quod enim simulacrum Deo fingam &c.* Ceterum de criminatione ista, qua Christianam religionem premebant, quod nulla haberet templa, aras nullas, nulla simulacra, plura observabamus ad Arnobii lib. VI.

Nunquam palam loqui.] Dicebat antea, *In angulis garruli, in publico muti.* Nempe, quia in locis semotis & occultis conveniebant: cujus rei rationem reddit Celsus ipse apud Origenem lib. 8. μὴ ἐν τοῖς

τοῦ

τοῦ κρύφα χριστιανοὺς τὰ ἀρέσκοντα ἑαυτοῖς ποιεῖν καὶ διδάσκειν εἰπὼν, καὶ ὅτι οὐ μάτην τοῦτο ποιοῦσιν, ὥστε διωθούμενοι τὴν ἐπηρτημένην αὐτοῖς δίκην τοῦ θανάτου, ὁμοιοῖ τὸν κίνδυνον κινδύνοις τοῖς συμβεβηκόσιν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ, &c. *Post hæc cum dixisset Christianos solemnia sua clam celebrare & dogmata clam docere, idque non sine causa, sed metu capitalis pœnæ ipsis intentatæ, periculum hoc confert cum philosophiæ professorum periculis.* Sed videtur etiam Cæcilius Christianorum εὐλάβειαν respicere, qua, ne de fidei mysteriis & sacramentis temere dissererent coram Ethnicis providebant. Lactantius lib. VII. cap. XXVI. *Hæc est doctrina sanctorum prophetarum, quam Christiani sequimur; Hæc nostra sapientia, quam isti qui fragilia colunt, vel inanem philosophiam tuentur, tanquam stultitiam vanitatemq́; derident, quia non defendere hanc publice, atque asserere nos solemus, Deo jubente, ut quieti, ac silentes arcanum ejus in abdito, atque intra nostram conscientiam teneamus; nec adversus istos verè profanos, qui non discendi, sed arguendi atque illudendi gratia inclementer Deum, ac religionem ejus impugnant, pertinaci contentione certemus. Abscondi enim tegique mysterium quam fidelissimè oportet, maxime à nobis, qui nomen fidei gerimus. Verum illi hanc taciturnitatem nostram, veluti malam conscientiam, criminantur. Vnde etiam quasdam execrabiles opiniones de pudicis, & innocentibus fingunt, & libenter his, quæ finxerunt, credunt.* Egerat Lactantius de resurrectione: deinde ea addidit, quia de mysterio illo, quod à gentibus præcipuè ridebatur, in publico disserere quantum poterant abstinebant. Origenes lib. I. contra Celsum: εἶτ' ἐπειδὴ πολλάκις ὀνομάζει κρύφιον τὸ δόγμα, καὶ ἐν τούτῳ αὐτὸν ἐλεγκτέον, σχεδὸν παντὸς τοῦ κόσμου ἐγνωκότος τὸ κήρυγμα χριστιανῶν μᾶλλον ἢ τὰ τοῖς φιλοσόφοις ἀρέσκοντα. τίνα γὰρ λανθάνει ἡ ἐκ παρθένου γέννησις ἰησοῦ, καὶ ὁ ἐσταυρώμενος, &c. ἀλλὰ καὶ μὴν νοηθὲν τὸ περὶ τῆς ἀναστάσεως μυστήριον, θρυλλεῖται γελώμενον ὑπὸ τῶν ἀπίστων. ἐπὶ τούτοις οὖν λέγειν κρύφιον εἶναι τὸ δόγμα, πάνυ ἐστὶν ἄτοπον. *Deinde quoniam* OCCVLTVM DOGMA *sæpius nominat, coarguendum est hoc quoque: quando per universum orbem celebratior est Christianorum prædicatio, quam philosophorum placita. Quis enim Christum virgine natum & crucifixum ignorat? &c. Quin & resurrectionis mysterium, quod videtur à Celso significari, ab infidelibus vulgo ridetur. Quæ cum ita se habeant, per absurdum est dogma hoc occultum appellare.* Huc autem pertinere videtur quod sive Lucianus, sive quicunque est autor Dialogi qui φιλόπατρις inscribitur inter opera Luciani, de Christianis in aurem mutuo susurrantibus blaterat. καὶ δὴ ὁρῶ πλῆθος πάμπολυ ἐς τὸ οὖς ψιθυρίζοντας. ἐπὶ δὲ τῇ ἀκοῇ, ἐφύντο τοῖς χείλεσιν. Item: τὰς κεφαλὰς δ' ἄγχι σχόντες, ἐψιθύριζον.

Quid quod toti orbi & ipsi mundo cum sideribus suis minantur incendium.] Unde & Philopatris ille Luciani eos notabat quod nihil nisi infaustum augurarentur. Sane nihil magis damnabant in tota doctrina Christiana Nationes, quam quod de extremo judicio ac mundi consummatione & resurrectione docetur. B. Basilius εἰς τὴν ἑξαήμερον homilia prima: οἱ δὲ τοσοῦτον ἀπέχουσιν ὡς ἀληθέσι τούτοις προσέχειν, ὥστε καὶ πλατὺν γέλωτα καταχέουσιν ἡμῶν περὶ συντελείας τοῦ κόσμου τούτου, καὶ παλιγγενεσίας αἰῶνος ἀπαγγελλόντων.

Aniles fabulas.] Infra: *Quid illas aniles fabulas, de hominibus aves &c.* Lucianus in φιλοψευδεῖ: ἔτι σοι γραῶν μῦθοι τὰ λεγόμενά ἐστιν. Lactantius lib.v.cap.1. *Audivi quendam hominem sane disertum, qui eum immutata una litera Coprianum vocaret, quasi quod elegans ingenium, & melioribus rebus aptum ad aniles fabulas contulisset.* Hieronymus ad Gaudentium: *Audiat profunda Apostoli, quæ anilibus magis fabulis delectatur.*

Pag.11. *Beatam sibi ut bonis.*] Ita ediderat Gelenius, nec aliter scriptum in MS. Reg. Ibidem postea *mortui* pro *mortuis.*

Culpam tamen vel innocentiam fato tribui sententiis plurimorum, & hæc vestra consensio est.] Hæc est lectio MS. Reg. Gelenius ediderat, *etiam vestra consensio est.* Editio Rom. *& hæc vestram.* Hæc igitur ait, nec bene nec male facta cuiquam imputari debere, cum ea fato tribuantnr, qua de re plura observabamus ad Tertull. Apologet. cap.11.

An innovatis resurgatur.] Ita edidimus auctore MS. Reg. Legebatur antea *surgatur.*

Sine corpore hoc, quod sciam.] Eleganter, *quod sciam,* qua de formula dicebamus ad Tertulliani Apologeticum.

A vobis nimirum credulis.] Sententia postulat *nimium credulis,* quomodo edidit Gelenius. Sed lectionem Rom. edit. quia MS. nihil mutat, retinuimus.

Et tamen tanta ætas abiit, secula innumera effluxerunt.] Vulgare hoc erat Nationum argumentum. Lactant. lib. VII. cap. XXII. *Nobis autem de religione affirmantibus & docentibus animas ad alteram vitam non oblitas sui, sed in eodem sensu, ac figura esse redituras, illud reponitur, Tot jam secula transierunt, Quis unquam unus ab inferis resurrexit, ut exemplo ejus fieri posse credamus?*

Pag.12. *Quum periculo quateris.*] Non ausi sumus mutare hanc lectionem absque librorum auctoritate. Gelenius edidit, *querquero.*

Non spectacula invisitis, non p.] De his omnibus dictum affatim est

est tum in Commentario ad Apologeticum ; tum in ipsis etiam Digressionibus. De præcerptis cibis atque idolothytis nota res est.

Pallidi, trepidi, misericordia digni.] Videtur pallorem istum Christianorum, quem observat etiam Philopatris, timori tribuere Cæcilius, quum addit *trepidi*. Sed jejuniis potius aut abstinentiis veterum Christianorum erat tribuendus. Beatissimus pater Basilius Homilia prima de jejunio: νηστεύοντος σεμνὸν τὸ σῶμα, οὐκ εἰς ἐρύθημα ἀναιδὲς ἐξανθοῦν, ἀλλ' ὠχρότητι σώφρονι κεκοσμημένον. Quapropter monachorum, quorum strictior erat ἐγκράτεια, *pallidas turbas* appellat eleganter Sulpicius Severus epist. ad Bassulam socrum: *Agebat nimirum ante se pastor extinctus greges suos, sanctæ illius multitudinis pallidas turbas, agmina palliata.* Basilius in Asceticis ait ἐγκράτειαν & abstinentiam, etsi quis eam abscondere maxime velit, non posse tamen, quoniam ea, inquit, vultu ipso & pallore proditur: & quemadmodum sagina athletam demonstrat, ita pallor & macies Christi militem. αἱ μὲν οὖν λοιπαὶ ἀρεταὶ, inquit verbis elegantissimis, ἐν τῷ κρυπτῷ κατορθούμεναι ὀλιγάκις διαφαίνονται τοῖς ἀνθρώποις: ἡ δὲ ἐγκράτεια ἀπ' αὐτῆς τῆς συντυχίας γνώριμον ποιεῖ τὸν ἔχοντα. ὡς γὰρ τὸν ἀθλητὴν ἡ πολυσαρκία καὶ ἡ εὐχροία χαρακτηρίζει, οὕτω τὸν χριστιανὸν τὸ κατεσκληκὸς τοῦ σώματος, καὶ ἡ ἐκ τῆς ἐγκρατείας ἐπανθοῦσα χροιὰ δείκνυσιν ὅτι ἀθλητὴς ὄντως ἐστὶ τῶν ἐντολῶν τοῦ χριστοῦ ἐν τῇ ἀσθενείᾳ τοῦ σώματος καταπαλαίων αὐτοῦ τὸν ἐχθρόν.

Quod oraculum idem ipse præsensit, idcirco universis esse p.] Planior esset sententia hoc modo, *idcirco universis esse se præpositum.* Hoc igitur ait Minucius, Socratem ipsum, oraculum, quo hominum sapientissimus fuerat nuncupatus, ita accepisse atque interpretatum esse, quod ipse nihil se scire profiteretur. Iustinus Martyr cohortatione ad Græcos: Σωκράτης γὰρ ἑαυτὸν σοφὸν διὰ τοῦτ' εἰρῆσθαι ἔφη, ὅτι τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων ἃ μὴ ἴσασι προσποιουμένων εἰδέναι, αὐτὸς οὐκ ὤκνει μηδὲν ὁμολογεῖν εἰδέναι. ἔφη γὰρ οὕτως, ἔοικα γ' οὖν αὐτῷ τούτῳ τῷ σμικρῷ σοφώτατος εἶναι, ὅτι ἃ μὴ οἶδα, οὐδὲ οἴομαι εἰδέναι. *Socrates sapientem se idcirco ajebat nuncupatum, quod cum cæteri ea quæ nesciunt simulent se scire, ipse fateri non dubitaret, nihil scire se. Sic enim dicebat, Hoc uno sapientissimus visus sum, quia quæ nescio, ea neque me scire existimo.*

Qui Simonides cum de eo.] Ita scriptum in MS. Reg. Et sane voces istas repetere amat Minucius hoc modo. Infra: *Sit Milesius Thales omnium primus qui de cælestibus disputavit. Idem Milesius Thales rerum initium aquam dixit.* Et sæpius. Sic Apulejus Miles. 1. *Thessaliam, Nam & illic originis maternæ nostræ fundamenta à Plutarcho*

illo

illo inclyto, ac mox Sexto philosopho nepote ejus prodita gloriam nobis faciunt: eam Thessaliam ex negotio petebam. Sed ejusmodi repetitiones apud ipsum Cæsarem memini me sæpius observare.

Anilis superstitio.] Proprium epithetum. Cum enim sequior sexus sit ad superstitionem propensior, unde mulieres τῆς δεισιδαιμονίας ἀρχηγὰς dicebat Strabo lib. VII. sane ubi ad sexus infirmitatem & levitatem ætatis quoque imbecillitas accessit, tum nihil est in rebus religionis tam ridiculum tamque absurdum quod non suspiciatur: unde περίαπτα, παρεγκτήματα, & cætera ejusmodi ab aniculis sæpius appensa legimus. Hinc igitur *anilis superstitio* pro extrema superstitione, qua quidem appellatione Christianam pietatem ab Ethnicis fuisse infamatam observabamus supra. Lactantius lib. v. cap. 11. *Consultum esse tandem rebus humanis, ut cohibita impia & anili superstitione, universi homines legitimis sacris vacarent, ac propitios sibi Deos experirentur.*

Maxime cum non laudi, sed & veritati discept. v. nitatur.] MS. Reg. *non laudis, & veritati.* Scriptum fuerat *sed* simpliciter.

Id accidere pernotum est auditorum facilitate.] His omnino concinunt Tragici versus à Clemente Alexandrino citati libro Miscellaneorum primo:

Ἀγλωσσία γ' πολλάκις ληφθεὶς ἀνὴρ,
Δίκαια λέξας, ἧσσον εὐγλώσσᾳ φέρει.
Νοῦν δ' εὐφόροις σώμασι τ' ἀληθέσπατα
κλέπτουσιν, ὥστε μὴ δοκεῖν ἃ χρὴ δοκεῖν.

Pag. 14 *Si potest reputari id quod crim.*] MS. Reg. *reputare.* Locus non videtur sanus; & fortasse scriptum fuerat, *Cum Octavius integra & illibata habeat singula, si potest refutare. Id quod criminaris, inquam, in commune, nisi fallor, compendium protuli, &c.*

Verborum veracium in lumine diluamus.] Ita scriptum in MS. Reg. & editione Romana. Gelenius ediderat *lumine.* Suspicantur alii, *flumine.*

Procul est ab ejus subtilitate, simplicitate.] Etsi vocem importunam *subtilitate* delendam videbamus, non ausi tamen sumus absque librorum auctoritate quidquam mutare.

Pag. 15 *Vt qui rectam viam nescit, ubi ut sit.*] Non dubitamus quin Gelenii vera sit lectio, *Vt qui rectam viam nescit, ubi, ut sit, in plures una diffunditur, hæret anxius.* Repræsentavimus autem Rom. edit. & MS. Reg. lectionem, nisi quod in MS. Reg. scriptum fuerat, *quia viam nescit, hæret anxius.* Pro *diffunditur* non displiceret *diffinditur*, quod

edidit

edidit Gelenius. Lactant. lib. VI. *Cum primum adoleſcentiæ limen attigerit, & in eum locum venerit, partes ubi ſe via findit in ambas, hæreat nutabundus, ac neſciat in quam ſe partem potius inclinet.*

Nec dubitandum ei de cætero eſt nec vagandum.] Lactant. lib. VI. *In qua ſi quis difficultate ſuperata, in ſummum ejus evaſerit, habere eum de cætero planum iter.*

Sciat omnes S.] Sic rectè ediderat Gelenius, atque ita ſcriptum in MS. Reg. At edit. Rom. *ſciet.*

Si quicumque de divinis.] Rom. edit. *quæcumque.* Male.

Vel quæ regant curſum n.] MS. Reg. *vel quod regant curſum navigandi, vel quod arandi, metendique tempus inducant.* Pag. 16.

Quid cum ordo temporum ac frugum.] Ita edidimus MS. Reg. auctoritatem ſequuti. Antea ediderant *hac fr.* non idonea ſententia. Expende quæ ſequuntur.

Et fundatus ungulis.] Habet à Lucretio lib. V. Pag. 17.

Et majoribus, & ſolidis magis oſſibus intus
Fundatum.

Ægypti ſiccitatem temperat Nilus amnis.] Etſi libri nihil variant, pluraque reperiuntur apud Minucium diverſis vocabulis expreſſa, perſuadere tamen mihi nequeo quin heic ſint aliquot gloſſemata. Nam primum quorſum *Nilus amnis?* Quis enim ignorat Nilum amnem eſſe? Deinde *pro imbribus penſat*, exiſtimo eſſe interpretamentum eorum verborum, *ſiccitatem temperat.*

Et Thebanorum permortuam fabulam tranſeo.] Ita diſtinximus hunc locum MS. Reg. auctore, & ſententia flagitante. Pag. 18.

Audio vulgus, quum ad cœlum manus tendunt.] Expreſſa hæc è Tertull. Apologetico, ubi plura obſervabamus. Pag. 19.

Et talem eſſe mortalium mentem qualem parens omnium Deus induxerit.] MS. Reg. *diem direxerit*, atque hinc exiſtimamus veram lectionem elici poſſe. Scriptum igitur putamus, *qualem parens omnium in diem induxerit*, οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Quid aliud & à nobis Deus.] Addidimus particulam non inutilem & è MS. Reg.

Sit Thales Mileſius omnium primus.] Ita ediderat Gelenius, nec aliter in MS. Reg. Addit, *qui primus omnium de cœleſtibus diſputavit.* Diſputaverant ſane & alii, ſed minus accurate. Simplicius in lib. 1. Phyſ. Ariſtot. Θαλῆς ὁ πρώτῳ πραγματεύσατο τὴν περὶ φύσεως ἱστορίαν τοῖς Ἕλλησιν ἐκφῆναι, πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων προγεγενότων, ὡς καὶ Θεοφράστῳ δοκεῖ, αὐτὸς δὲ πολὺ διενεγκὼν ἐκείνων, ὡς ἀποκρύψαι πάντας σὺν περὶ αὐτοῦ.

Anaxagoræ vero descriptio & modus infinitæ mentis Deus dicitur.] MS. Reg. *& metus inf.* Corrupte. Sed neque verba Minucii plana sunt, imo nec vera, ut verear, ne Ciceronem, quem compilabat, non satis intellexerit. Verba Ciceronis sunt; *Inde Anaxagoras, qui accepit ab Anaximene disciplinam, primus omnium rerum descriptionem & modum mentis infinitæ vi ac ratione designari & confici voluit.* Atque id colligebat Cicero ex ipsis Anaxagoræ verbis, quę apud Diogenem Laërtium: πάντα χρήματα ἦν ὁμοῦ. εἶτα νοῦς ἐλθὼν αὐτὰ διεκόσμησεν. Appellat igitur M. Tullius διακόσμησιν illam, *descriptionem & modum*, nisi fortasse *motum* scripserat, & Minucius heic *motus*. Simplicius in lib. 1. Phys. Aristot. τῆς δὲ κινήσεως καὶ γενέσεως αἴτιον ἐπέστησε τὸν νοῦν ὁ ἀναξαγόρας, ὑφ' οὗ διακρινόμενα, τούς τε κόσμους καὶ τὴν τῶν ἄλλων φύσιν ἐγέννησεν.

Pag.20. *Speusippus.*] Sententia postulat *Speusippum*, quomodo edidit Gelenius.

Aristoteles Ponticus variat.] Tota hæc periodus procul dubio delenda est; neque tamen quidquam mutare ausi sumus absque librorum auctoritate.

Pag.21. *Vt temere crediderint etiam alia monstruosa miracula.*] MS. Reg. *monstruosa mira miracula.* Scriptum fortasse Minucii stylo, *ut temere crediderint etiam alia monstruosa, mira, miracula.*

Quæ si essent facta, fierent; quia fieri non possunt, ideo nec facta sunt.] Hæc est vera lectio, quam MS. Reg. debemus. Legebatur antea, *quæ si essent facta, fierent quæ fieri non possunt*, non idonea sententia.

Pag.22. *Eorum memorias in statuis detinere.*] Ita in editione Rom. ex MS. Reg. Ediderat Gelenius *instantius detinere.*

Et Cereris Eleusinæ prodigiis assumptos.] Repræsentavimus lectionem Edit. Rom. & MS. Reg. Nesciebam an posset legi, *Euhemerus exequitur & eorum natales, p. s. d. & per p. monstrat, Dictæi Iovis, & Apollinis Delphici, & P. I. & Cereris Eleusinæ. Posidippus assumptos in Deos loquitur qui &c.*

Ille Vulcanum facit omnium principem.] MS. Reg. *illi.* Postea pro *dispicis*, habet *despicis.* Item *adsparsis* pro *aspersis.* De toto hoc quærendum amplius. Nunc autem ad alia properamus.

Cum Cynocephalo suo & calvis sacerdotibus luget.] Elegans lectio quam MS. Regius repræsentat. Antea in omnibus editionibus, *& aliis sacerdotibus.* Isidis sacerdotes caput rassisse notum est, & nos plura observabamus in juvenilibus nostris ad Martialem, epigr. XXIX. lib. XII. in hæc verba,

Linigeri

Linigeri fugiunt calvi, sistrataque turba.

Artemidorus lib. I. cap. XXIII. ξυρᾶσθαι δὲ δοκεῖν τὴν κεφαλὴν ὅλην, πλὴν αἰγυπτίων ἱερέων καὶ γελωτοποιοῖς, καὶ πῖς ἐξ ἔθους ἔχει ξυρᾶσθαι, ἀγαθόν· πᾶσι δὲ τοῖς ἄλλοις πονηρόν. Prudentius lib. contra Symmachum priore:

Isidis amissum semper plangentis Osirim,
Mimica, ridendaq; suis solemnia calvis.

Et serpente circumdata.] Hæc est lectio MS. Reg. Atque id ipsum est quod ait Apulejus: *Dextra lævaque sulcis insurgentium viperarum cohibita.* Pag. 23.

Errore subreptam & corruptam Liberam anxia vestigat.] Arnobius lib. V. *In istius conquisitionis errore Eleusinos etiam pervehitur fines.*

Nonne arguunt ludibria, & decora Deorum vestrorum.] Scriptum arbitror, *ludibria, dedecora D.* Siquidem plures voces ejusdem significationis copulare amat Minucius, nisi tamen alterum è glossemate.

Et veribus instructa.] Ita in MS. Reg. Unde profecto efficiendum vel *uberibus*, quod eruditiss. viri pridem animadverterunt, vel *tuberibus*, quod divini ingenii vir Iosephus Scaliger existimabat. Sed prior conjectura videtur simplicior. Sic igitur Diana πολύμαστος significatur, qua de re eruditi homines.

Quid ipse Iupiter vester.] Ita in MS. Reg. Legebatur antea *noster.* Postea in eodem MS. *ut virgo inter astra ignata sit.* pro *ignita.*

Et ab imperitis parentibus discimus.] Sic MS. Reg. melius quàm quòd vulgo, *didicimus.*

Qui permirum quantum.] θαυμαστὸν ὅσον. MS. Reg. *plurimum quantum.*

Cum cœlum & fulmina.] Adjecimus copulativam particulam ex MS. Reg. Pag. 24.

Scit hoc Nepos & Cassius in historia.] Nota loquutionem. Tertull. Apologet. cap. v. *Scit M. Æmylius de Deo suo Alburno.* Ubi plura observabamus.

Et Iani susceptus hospitio.] Hæc est verissima lectio è MS. Reg. Antea, *etiam susceptus hospitio.*

Terræ enim & cœli filius.] Antea, *& Terræ enim, &c.* Delevimus particulam & auctore MS. Reg. Pag. 25.

Inopinato visos, cœlo missos.] Vide sis quæ observabamus ad Apologetici caput x. Sic omnia quæ inopinato & præter spem contingebant, de cœlo missa dicebant. Plautus in Persa:

Quod ego non magis somniabam, neque opinabar, neque censebam,
Eam fore mihi occasionem: ea nunc quasi decidit de cœlo.

Ignobiles & ignotos, terræ filios nominamus.] Servius ad lib. I. Georg. *Achelous terræ fuisse filius dicitur, ut solet de his dici, quorum per antiquitatem latent parentes.* Plura observabamus ad Apologet. cap. X.

Otiosum est ire per singulos.] Lactantius: *Otiosum est persequi singula.*

Fieri se Deos metuunt.] Hinc Vespasiani jocus, qui *prima morbi accessione, ut, inquit, puto, Deus fio.* Suet. in Vespasiano. Vide quæ notabamus ad Apologet. cap. XXXIV. in hæc verba: *Maledictum est ante apotheosim Deum Cæsarem nuncupare.*

Pag. 26. *Erubescet timere se materiem ab artifice, ut Deum faceret illusam.*] Ita edidimus MS. Reg. auctoritatem sequuti. Legebatur antea, *Erubescet temere se materiei, ut Deum faceret, illusum.* Nullo sensu. Quæ autem hoc loco disseruntur à Minucio, ea omnia explicata sunt ad Tertulliani Apologeticum.

Deus æreus vel argenteus.] Edit. Rom. malè: *Deus cereus vel ar.*

Et ab impurato homine levigatur.] Hæc est lectio MS. Reg. sane verissima. Nam inter alia argumenta, quibus idola destruebant, vel hoc utebantur, quod ridiculum esset impurati sæpius & sceleribus cooperti artificis opus, Deum existimare, quod & Celsus ipse fatebatur apud Origenem libro I. τὰ δὲ περὶ τῆς εἰδωλολατρίας, inquit Origenes, ὡς ἴδια τῶν ἀπὸ τοῦ λόγου ἐκτιθέμενος, καὶ ὑποκατασκευάζει, λέγων, αὐτοὺς διὰ τοῦτο μὴ νομίζειν χειροποιητοὺς θεοὺς, ἐπεὶ μὴ εὔλογόν ἐστι τὰ ὑπὸ φαυλοτάτων δημιουργῶν καὶ μοχθηρῶν τὸ ἦθος εἰργασμένα, εἶναι θεοὺς, πολλάκις καὶ ὑπὸ ἀδίκων ἀνθρώπων κατασκευασθέντα.

Tum postremo Deus est, quum homo illum voluit.] Hæc lectio est è MS. Reg. Legebatur antea, *quum homo ille voluit*, sententia minus commoda. Postea, *animalia muta naturaliter judicant* edidimus pro *indicant*, quæ erat Rom. editionis lectio. Hoc autem de argumento plura diximus ad Arnobii lib. VI. & Tertulliani Apologeticum.

Norunt, inculcant, infident.] Scribi volunt nonnulli, *rodunt, insultant.* Sed libri nihil mutant. Verbo *scire* autem utitur in eodem argumento Tertullianus, quemadmodum observabamus ad Apologeticum. *Inculcare* autem apud eundem Tertull. & alios sæpe pro calcare & conculcare.

Pag. 27. *Aut cui exta sunt obscœna demessa.*] Hæc est lectio Rom. edit. & MS. Reg. Unde Gelenius efficit *testa.* Et sane testa Samia Gallos genitalia sibi exsecuisse quidam tradiderunt. Scripsisse tamen Minucium existimo, *aut cui execta sunt obscœna, demessa*: quod Minucii

nucii stilum magis sapit. Lactantius etiam non testa solum, sed etiam ferro messem istam factam indicat lib. v. cap. IX. *Qui viriha sua ferro metant; &, quod est sceleratius, ut sint religionis antistites.*

Nisi forte apud istos major castitas virginum.] Ita ediderat recte Gelenius sententia flagitante, & MS. Reg. adstipulante. Editio Rom. habebat *castitatis*, pravo sensu. Pag. 28.

Et Salios & Vestales.] Ita MS. Reg. Antea, *Et Salios, Vestales.* absque copula.

Quod pullorum solemnissimum tripudium.] Hæc est lectio Rom. edit. & MS. Reg. pro qua Gelenius edidit *solistimum*. Sed etsi *solistimum tripudium* prosperum augurium proprie dicitur, quod pueri norunt; fieri tamen potest ut scripserit Minucius *solemnissimum*; quia revera solemne id erat & usitatum augurium, cum auspicia ex avium volatu ipsius jam Ciceronis tempore in desuetudinem abiissent, quod ipse docet in libris de divinatione. Pag. 29.

Qui proditum iri se ob monile ab uxore nescivit.] Hæc est verissima lectio, quam MS. Reg. debemus. Legebatur antea, *qui proditus est ipse ob monile ab uxore nescius.*

Cujus tunc cautum illud & ambiguum defecit oraculum.] Sic rectè ediderat Gelenius. At in edit. Rom. *cantum illuc.* nullo sensu.

Terrenis labibus & cupiditatibus degravati.] Amore mulierum & nimia libidine, ut existimabant veteres, qua de re dicebamus ad Tertull. Apologet. quemadmodum & de eo quod proximè sequitur, *quidquid miraculi ludunt.*

Illis aspirantibus & infundentibus præstigias edunt.] Lactant. lib. II. cap. XV. *Magorum quoque ars omnis ac potentia, horum aspirationibus constat, à quibus invocati, visus hominum præstigiis occæcantibus fallunt, ut non videant ea, quæ sunt, & videre se putent illa, quæ non sunt.* Pag. 30.

Vt nidore altarium, vel hostiis pecudum saginati.] Hac de opinione plura observabamus ad Tertull. Apologet. cap. XXII. Prudent. lib. contra Symmachum priore:

---- *Horrificos quos prodigialia cogunt*
Credere monstra Deos, quos sanguinolentus edendi
Mos juvat, ut pinguis luco lanietur in alto
Victima, visceribus multa inter vina vorandis.

Vates & ipsi absque templo sic insaniunt, sic rotantur, sic bacchantur.] Quid sit *absque templo* hoc equidem loco non satis intelligo. Legendum igitur existimarim, *Vates & ipsi ipso in templo.* Nam ejusmodi vatum in templis ipsis agitationes observabamus ad Tertul-

liani Apologeticum ex Iul. Firmico. Nota autem *rotantur*. Nempe quia caput rotabant, &, ut loquitur Ulpianus, jactabant. τὴν κεφαλὴν περιδινεῖν dicit Dio Chrysostomus Orat. 1. de regno. τοῦτο γὰρ ἔλεγον, ὡς ὥσπερ οἱ πολλοὶ τῶν λεγομένων ἐνθέων ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, ἀθυμαίνουσι καὶ περιδινοῦσι τὴν κεφαλὴν, καὶ πλεονεξίαν δεινὸν ἐμβλέπειν, ἀλλὰ πάνυ ἐγκρατῶς καὶ σωφρόνως. *Capillos rotare* de iisdem dicit Apulejus Milesius. VIII. *Diuque capite dimisso, cervices lubricis intorquentes motibus, crinesque pendulos rotantes in circulum.* Dixerat Lucianus, τὴν κεφαλὴν κάτωθεν ἐκ τοῦ αὐχένος ἐλίσσειν, in Asino, οἱ δὲ, τὰς μίτρας ἀποῤῥίψαντες, τὴν κεφαλὴν κάτωθεν ἐκ τοῦ αὐχένος ἐλίσσοντες.

Pag. 31. *Quoties à nobis tormentis verborum, & orationis incendiis de corporibus exiguntur.*] Legebatur antea *& meritis verborum*, quæ lectio nihil habebat incommodi. Sed MS. Reg. lectio præterquam videtur commodior, adstipulatorem etiam habet Cyprianum hac in re Minucii imitatorem. Ad Demetrianum: *Quando à nobis adjurantur & torquentur spiritualibus flagris, & verborum tormentis de obsessis corporibus ejiciuntur.* Lactantius lib. V. cap. XXII. *Sic extorti & excruciati virtute divini numinis exululant.*

Et orationis incendiis.] Lactantius: *Quo audito tremunt, exclamant, & uri se, verberariq; testantur.* Et lib. II. cap. XVI. *Itaque maximis sæpe ululatibus editis, verberari se, & ardere & jamque exire proclamant.* Prudentius hymno 1. περὶ στεφάνων:

His modis spurcum latronem martyrum virtus quatit.
Hæc coërcet, torquet, urit.

Sic occupant animos, & obstruunt pectora.] Perstringit præoccupata illa & domestica judicia, de quibus dicebamus ad Tertulliani Apologeticum, quo etiam respiciebat, ni fallor, Minucius.

Quam autem iniquum sit incognitis.] Ita optime in MS. Reg. Antea legebatur, *Quantum autem vitium sit.* Tangit eam iniquitatem Minucius, quam pluribus exagitat Tertullianus in Apologetico.

Vt ante incipiant homines odisse quam nosse.] Hoc argumentum tractat Tertullianus Apologet. cap. 1. Sed & Lactantius lib. V. *Timent enim ne à nobis revicti; manus dare aliquando, clamante ipsa veritate, cogantur. Obstrepunt igitur, & intercedunt, ne audiant: & oculos suos opprimunt, ne lumen videant, quod offerimus. Quo plane ipsi diffidentiam suæ perditæ rationis ostendunt, cum neque cognoscere, neque congredi audeant, quia sciunt se facile superari.*

Non tantum facti veniam, verum etiam indicii gratiam consequuturum.] Ita ediderat Gelenius optime. At Rom. editio *judicii*. ma-

le. Gelenii editionem confirmat MS. Reg. An autem id est quod significabat Tertullianus Apologet. cap. VII? *Quis talia facinora quum invenisset celavit aut vendidit ipsos trahens homines?* ut *vendere* eo loco dicat accepto pretio indicare. Diximus nobis non liquere.

Nos tamen quum sacrilegos aliquos.] Hunc locum imitabatur Lactantius lib. v cap. 1. *Nam si sacrilegis, & proditoribus, & veneficis potestas defendendi sui datur, nec prædamnari quenquam incognita caussa licet; non injusta petere videmur, ut si quis erit ille, qui inciderit in hæc, si legat, perlegat; si audiet, sententiam differat in extremum.*

Vt torqueremus confitentes ad negandum.] Hæc lectio est è MS. Reg. Pag. 32. Antea, *urgeremus.* Hac autem de re tota dicebamus ad Tertulliani Apologeticum.

Vrgendi magis.] Verissima lectio, quam è MS. Reg. restituimus. Antea, *arguendi magis.*

Cum vestra vel Epona.] Ita scriptum in MS. Reg. Ed. Rom. *vel Hippona.* Sane scriptum puto à Minucio, *cum vestra Epona*, & notatum ab aliquo ad marginem, *vel Hippona.* Eponam autem scripsisse veteres pluribus ostendit Adrianus Turnebus in Adversariis.

Et eosdem asinos cum Iside religiose devoratis.] Ita omnes editiones, & MS. Reg. unde alii alia effinxerunt. Scripsisse Minucium existimo, *Et eosdem asinos cum Iside religiose denotatis.* Nempe asinū significat Isidis gerulum, qui simul cum Iside à superstitiosis religiosa denotatione colebatur, unde proverbium, ὄν & ἄγων μυστήρια. Supra: *Cæcilius simulacro Serapidis denotato.*

Non ut magnis & electis viris.] Nota obiter *electis*, nempe à Deo, Pag. 33. ut dicebat Tertullianus in Apologetico, ubi nonnihil observabamus.

Ad imagines supplicant.] Quod & Plinius epistola illa ad Trajanum ostendebat. Tacitus lib. xv. Annal. *Medio tribunal sedem curulem, & sedes effigiem Neronis sustinebat. Ad quam progressus Tiridates, cæsis ex more victimis, sublatum capite diadema imagini subjecit.*

Cum velis tumentibus vehitur.] B. Hieronymus ad Heliodorum: *Expedite rudentes: vela suspendite: Crux antemnæ figatur in frontibus.* De his autem omnibus ad Tertulliani Apologeticum.

Et Bellonam servum suum hausto humani cruoris imbuere.] MS. Reg. Pag. 34. *sacrum suum.* Profecto scripserat Minucius *sacratum suum.* Tertullianus in Apologetico *signatum* dixerat. *Hodie istic Bellonæ sacratus sanguis de femore prosciso in palmulam exceptus suis datur signatis.* Ubi observabamus eosdem dici *sacratos.* Prudentius in hymno Romani:

Quid

Quid quum ſacrandus accipit ſphragitidas?

Dæmonum concio mentita eſt.] MS. *Cotio.* Scripſerat Minucius *coitio*, id eſt, factio, conſpiratio.

Pag. 35. *Cupiditate procreandi aut unam ſcimus aut nullam.*] Ita omnes edit. & MS. Reg. Sententia tamen poſtulat *cupiditatem.*

Nec faſtidioſi ſumus, ſi omnes unum bonum ſapimus eadem congregati quiete qua ſinguli.] Ita omnes edit. & MS. Reg. Affirmare tamen audemus legendum, *nec factioſi ſumus.* Nam accuſabantur Chriſtiani vel eo præcipue nomine quod coitiones & factiones inirent, quod nec omiſerat Cæcilius. Diluit nunc criminationẽ illam Octavius eodem modo quo Tertullianus in Apologetico, unde iſta ſumta ſunt. *Hoc ſumus congregati, quod & diſperſi. Hoc univerſi, quod & ſinguli*, &c. Vide ſis quæ ibi obſervabamus.

Sed & cum illo.] Interſeruimus particulam copulativam ex MS. Reg.

Pag. 38. *Ita ut cœpiſſe, deſinere.*] Ita edidimus, MS. Reg. ſequuti. Legebatur antea, *cœpiſſet.*

Fontium dulci aqua, mariſve nutriri.] MS. Reg. *fontium dulci aqua maria nutrire.* Non bene. Hoc ait Minucius, Stoicorum ſententia cœlo interitum imminere, conſumto humore quo cœleſtia corpora ali exiſtimabant, quam quidem opinionem ut omnino ridiculam notat Ariſtoteles lib. de meteoris II.

Non philoſophi ſane ſtudio, ſed mimico vitio digna iſta ſententia eſt.] Ita ſcriptum in MS. Reg. Edit. Rom. habebat *inimico vitio.* Unde Gelenius effecerat, *mimi officio.* Sane ſcripſiſſe exiſtimo Minucium, *mimi cavillo*, vel *cavillitio*: vel etiam *mimico cavillitio.* Nam *cavillari* de mimis proprie. Prudent. in agone Laurentii:

Impune tantas furcifer
Strophas cavillo mimico
Te nexuiſſe exiſtimas,
Dum ſcurra faltas fabulam?

Hunc locum autem Lactantius imitatus eſt lib. VII. in eodem argumento. *Quæ ſententia deliri hominis, quoniam ridicula, & mimo dignior, quam ſchola fuit, ne refelli quidem ſerio debuit.*

Pag. 40. *Quamvis in nonnullis diſciplina noſtra minor eſt.*] Id eſt, quamvis noſtrorum nonnulli diſciplinam noſtram minus curiosè obſervant.

Et in diem paſcua paſcuntur.] Scriptum exiſtimo, *pecua*, id eſt, pecora. Prudentius in agone Romani:

Iumenta, pecua, ſubjugales beſtias

Irripiens

Irripiens inculcat.] Ita edit. Rom. & MS. Reg. unde effecerunt *irridens*. Non male. Pag. 41.

Inſpirata patientia doloris illudunt.] Nota *inſpirata*. Lactant. lib. v. cap. XIII. *Latrones, & robuſti corporis viri ejuſmodi lacerationes perferre nequeunt; exclamant, & gemitus edunt. Vincuntur enim dolore, quia deeſt illis inſpirata patientia. Noſtri autem (ut de viris taceam) pueri, & mulierculæ, tortores ſuos taciti vincunt, & exprimere illis gemitum nec ignis poteſt.* Pag. 42.

Cum mors ſit ſomnio ſimilis.] Quorſum heic *mors?* Scriptum puto *res*. Loquitur de felicitate humana, quam eſſe rem ait ſomnio ſimillimam.

Non minor furor, turpit.] MS. Reg. *furore*. fortaſſe, *non minor furor eſt, turpitudo prolixior.*

Quemadmodum tribuatis examini, aut non ſentienti facem, aut non ſentienti coronam.] Ita ed. Rom. & MS. Reg. Legendum puto, *quemadmodum tribuatis exanimi, ut non ſentienti facem, ut ſentienti coronam.* De coronis mortuorum nota res eſt, & dicebamus alibi. Pag 43.

At enim nos exequias adornamus.] Ita optime MS. Reg. Nam qui vulgatam lectionem interpretari conantur, operam ludunt.

Socrates ſcurra Atticus.] Cicero lib. 1. de nat. Deor. *Zeno quidem non eos ſolum, qui tum erant, Apollodorum, Sylleum, ceteroſque figebat maledictis: ſed Socratem ipſum, parentem philoſophiæ, Latino verbo utens, ſcurram Atticum fuiſſe dicebat.*

Cæcilius ſic erupit.] Particula *ſic* non eſt in MS. Reg. Pag. 44.

Quantum eadem tranquillitate, qua vivimus.] Delenda iſta ſunt ex ſuperioribus malè repetita.

FINIS.

INDEX SCRIPTORUM

QUI IN HIS NOTIS LAUDANTUR, aut emendantur.

A.

Acta Martyrũ. 13,16,17
Ammianus Marcellinus. 14
Appianus. 17
Apulejus. 4,24,27,30.
Emendatus. 4
Aristides. 10
Aristophanes. 9
Aristoteles. 32
Arnobius. 4,5,6,9,17,20,27
Artemidorus. 27
B. Augustinus. 15

B.

B. Basilius. 22,23

C.

Cæsar. 24
Cicero. 3,7,10,20,26,33
Clemens Alexandrinus. 7,19,24
Cornelius Tacitus. 4,12,14,31
B. Cyprianus. 3,5,30

D.

Demosthenes. 7
Dio Chrysostomus. 3,30
Diogenes Laërtius. 26
Dionysius Pseudoareopagita. 15

E.

Edictum Maximini. 17
Epiphanius. 13,15
Euripides. 20
Eusebius. 17
Eustathius. 6,7

G.

Gregorius Nazianzenus. 6

H.

B. Hieronymus. 4,22,31

I.

Irenæus. 15
Iustinus Martyr. 25

L.

Lactantius. 9,10,11,13,16,17,18,21,22,24,25,28,29,30,31,32.33.
Lucianus. 7,17,18,21,22,30
Lucretius. 4,6,9,10,25

M.

Martialis. 26

O.

Origenes. 8,11,15,20,21,28
Ovidius. 5,6

P.

Philo. 4,5,7
Plautus. 4,27
Emendatus. 5
Polybius. 3
Plutarchus. 9
Prudentius. 7,8,9,11,12,13,14,18,27,29,30,31,32.

S.

Salustius. 19
Seneca. 15
Seneca Tragicus. 6
Silius Italicus. 3
Simplicius. 25,26
Strabo. 24

Suetonius. 28
Sulpitius Severus. 15,23

T.

Tertullianus. 3, 8, 9, 11, 12, 13, 14, 15, 20, 28, 30, 31, 32.

V.

Virgilius. 6, 8, 10
Vlpianus. 30

Z.

Zeno Veronensis. 3, 6, 11
Zonaras. 19

INDEX RERUM ET VERBORUM QUÆ IN HIS NOTIS EXPLICANTUR.

A.

ALbescere. 6
Alludere. 6
Anaxagoræ opinio. 26
Aniles fabulæ. 22
Anilis superstitio. 11, 24
Antiquitas fabulosa. 10

C.

CAlumniæ adversus hæreticos confictæ. 19
Cani fluctus. 6
Caput rotare. 29, 30
κεκλασμένη μουσική. 4
Christiani studiorum rudes habiti. 8. artes sordidas tractare dicebantur. *ibid.* ex ultima fece collecti. 11. Profani & impiati seculi rei. 12. factiosi. 32
Christiani pallidi. 23
Christiana pietas anilis superstitio appellata. 11. dementia. 17
de Cælo missi. 27
Crispare. 6

D.

VEterum opinio de Dæmonibus sacrificiorum cnissas consectantibus. 29
Dæmones Christianorum adjurationibus torquebantur & urebantur. 30
Desputatio extremi contemptus nota. 15. Christiani templa, idola, aras, altaria, ipsos etiam quandoque judices, à quibus ad idololatriam compellebantur, *despuebant.* 14, 15
Dimidiata verba. 4
Dolor solitudines quærit. 7

E.

ἓν καὶ ταὐτὸ λέγειν. 3
Eques pro equo. 10
Etiamnunc. 4
Exsufflare, & exsufflatio dæmonis. 14, 15

F.

Frangere vocabula. 4

H.

HUmanitas pro genere humano. 11

I.

IDem velle atque idem nolle. 3.
Jejunia Christianorum solemnia. 12,13,14
Inexpectata magis movent. 4
Innocens ætas. 4
Isiaci calvi. 26
Ἰσος ἐ κοινός. 7,8
Judicis locus medius. 7

L.

Libra æqui judicis. 7

M.

MAnum ori admovere in adoratione. 5
Mater Idæa. 10
Medius locus honoratior. 7
Memoriæ. 10
Mimicum cavillum. 32
Monachi pallidi. 23
Mulieres ad superstitionem proclives. 24
De *mysterio* resurrectionis existimabant non esse coram omnibus agendum. 21

N.

CHristianorum *nocturnæ* congregationes. 12

O.

Ὀστρακίοις παίζειν. 6

P.

PAllidi fluctus. 6
Pallor Christianorum. 23
Pannychismi graves. 20
Passim. 9
Pecua. 32
Περιδινεῖν τὴν κεφαλήν. 30
Περιχάρεια. 5
Persuasio,& inepta persuasio. 18
Profana conjuratio. 12
Prophanus princeps. 12
Προσπαίζειν. 6
Purpuræ magistratuum quare à Christianis reprobatæ. 16

S.

SAcratus. 31
Socrates scurra Atticus. 33
Stationis jejunium. 13
Stoicorum opinio de corporum cælestium alimonia. 32
Σωφάσαι. 3
Superstitionis formido. 9
Vana *Superstitio*. 18

T.

CHristiani Ethnicorum *templa* tanquam busta despiciebant. 14
Impudentes Tenebræ. 20
Terræ filii. 28
Thales. 25
Tormenta verborum. 30
Tot omnes. 8

V.

Vindemiarum feriæ. 5

FINIS.

NIC.

NIC. RIGALTII

AD M. MINUCIUM FELICEM OBSERVATIONES.

NIC. RIGALTII
AD M. MINUCIUM FELICEM OBSERVATIONES.

Minucii Felicis] De Marco Minucio Felice quid in veterum scriptis reperiatur, præter illa quæ sunt huic editioni præfixa Lactantii, Hieronymi, & Eucherii testimonia, non habemus quicquam. Ipse circa judiciarias curas occupatum sese innuit, hujusce disceptationis exordio. Quo tempore vixerit, Auctores non tradunt. nisi quod Hieronymus in illo suo Scriptorum Ecclesiæ Catalogo, ubi ordinem fere temporum servat, Minucium anteponit Cypriano, & juxta Tertullianum atque alios censet qui Severi Imp. ævo proximi fuisse dicuntur. Idem vero in Apologia ad Pammachium, ubi minime necessaria temporis erat cura, citatis auctoribus iisdem, Minucium nostrum Tertulliano quidem, verum & Cypriano, subjungit. credo ne Minuciani nominis interpositione magistrum à discipulo divelleret. Certe Minucio Victorinum & Firmianum & Hilarium subdit. At Eucherius Episcopus Lugdunensis, in quadam ad Valerianum epistola, Felici nostro medium inter Firmianum & Cyprianum adsignat locum. ut jam propior vero sententia sit, non habitam fuisse in istis rationem ætatis cujusque exactissimam. Certior igitur ea fuerit conjectura, quæ de ipsius Tertulliani ac Cypriani adversus Idolorum cultores scriptis ducetur. Etenim si Tertullianicis comparentur Minuciana, statim apparebit, Minucium ab Tertulliano & argumenta & differendi ordinem, atque ipsa plerumque verba sumsisse: Cyprianum vero, in illo præsertim opere, quo vanitatem idolorum arguit, Minucianis & sententiis & verbis usum esse tanquam suis. ut gloriari tamen debeat Minucius; ea sibi in mentem venisse quæ Cyprianus usurpando sanxerit. Hoc amplius. ne quidem semel à Cypriano Minucium esse nominatum, neque à Minu- Pag. 1.

Minucio Septimium. rationibus utrimque, ut par est credere, haud improbandis. Denique Vouerio libens adsentior existimanti, antiquiorem Cypriano fuisse Minucium, vel saltem edidisse hunc Dialogum priusquam Cyprianus de idololatria scriberet. At Minucium sane manifesta imitatione aliorū verba suis immiscuisse, nec tamen esse penes ipsum quod acceptum ferre debeat Cypriano. Afrum fuisse Minucium opinari licet, cujus verbis Cyprianus tam familiariter utatur, quam ipse Minucius Tertulliano. Afros item fuisse Cæcilium Natalem & Octavium Ianuarium; Cirtensis Fronto testatur, omnésque adeo se se invicem demonstrant.

Octavius.] Qui & Ianuarius postea dicetur. Hoc vero nomen aliquoties occurrit in nomenclatura episcoporum & presbyterorum qui sententias dixere in concilio Africano de baptizandis hæreticis, sub Cypriano.

Vir eximius & sanctus.] Virum sanctum & sanctam feminam etiam Ethnici dicebant moribus & virtute præstantem. Apud Christianos, qui datam Christo fidem servabat, qui baptisma suum habebat integrum, sanctus appellabatur. Et hæc appellatio religionem designat & mores. Quod si aliquis moribus improbis notaretur, jam desinebat esse & haberi Christianus.

Pari mecum voluntate concineret eadem velle vel nolle.] Sic habet vetus exemplar. nec mutari debuit quicquam. Ait enim Minucius, Octavium suum pari secum voluntate concinere solitum Volo, vel Nolo. Est autem in nolendo voluntas. Volumus abesse quæ lædunt aut displicent, & quæ scilicet nolumus. Concineret, consentiret, concordaret.

Sapientiæ & veritatis.] Hoc est, veræ sapientiæ: nempe Christianæ. Sic feminas sapientiam consecutas dixit Tertullianus, Christianas. & Socratem sapere ad veritatem, cum ad Christianorum scita propius accedebat.

Cæcilium.] Hunc etiam appellabit Natalem. Utriusque autem nominis episcopi & presbyteri citantur Africano illo concilio de baptizandis hæreticis. Sunt qui Cæcilium istum putant Cypriani fuisse præceptorem. sed quibus id sibi rationibus persuasum fuerit, non explicant. Pontius in vita Cypriani: Erat sane illi etiam de nobis contubernium viri justi & laudabilis memoriæ Cæcilii & ætate tunc & honore presbyteri, qui eum ad agnitionem veræ divinitatis à seculari errore [illegible]xerat, &c.

Etiam

Etiam nunc inhærentem.] Sic loquitur Minucius respiciens ad illud temporis sive negotii quod hic describitur.

Ostiam petere.] Quo loci etiam Augustinus sanctissimos habuit cum Monica matre de pietate Christiana sermones. Ostiam veteres dixere, & τὰ Ὤστια. Ostia Tiberina. unde & Ostianos & Ostiates atque etiam Ostios. Pag. 2.

Sane & ad vindemiam feriæ.] Ad formam hujusce opusculi Minuciani suam Cyprianus ad Donatum epistolam sive dissertationem concepit.

Simulacro Serapidis denotato.] Hoc est animadverso, deprehenso, notato sibi obviam.

Manum ori admovens.] Adorans. Plinius lib. XXVIII. in adorando dexteram ad osculum referimus. Fulgetras poppysmis adorare consensus gentium est.

Non boni viri est, Marce Frater.] Octavius Marcum Minucium fratrem appellat. Christianus Christianum. At pag. 4. Cæcilius adhuc Ethnicus eundem Minucium sic etiam compellabit, quanquam tibi Marce frater, hæc igitur appellatio fuit adfectus & religionis. utriusque certe in Octavio: Adfectus in Cæcilio.

Arenas extimas lenis unda tendebat.] Recta est hæc veteris libri scriptura. Tendebat arenas: extendebat. Sic tendere plagas, retia.

Crispis torosisque.] Parum attentis oculis Regium exemplar inspexerat qui primus ex eo renunciavit scriptum, tortuosis. nam in eo libro scriptum prius fuerat, srispis tororisisque. & qui correxit, legi voluit, crispis torosisque. Venarum toros medici dixere, & jubarum toros Poëtæ.

A terrena labe suspensæ.] Labem dicit uliginem cænosam, qua putrescerent carinæ diutino situ. Pag. 3.

Quiescebant.] Etenim ea robora pulvini sunt navium quiescentium.

Testarum jaculationib.] ἐπεσρεχισμοῖς.

In pueris.] Inter illos pueros. ut mox, in contubernalibus.

Tacens, anxius, segregatus.] Describit hominem vexatum mœroribus & curis ingentibus qualis erat Homeri Bellerophon.

Quam conferere sapientium modo.] Sic facile restituimus ipsissimam scripturam Minucii depravatam in exẽplari perversa litterula: facilius esse in contubernalibus disputare, quam conferere sapientiam modo in istis ad tutelam balnearum, &c. Omnes hactenus editiones prava interpunctione sensum everterant. & falsi

sunt interpretes, qui asserunt in manuscripto legi aliter quam hic retulimus. Ait Cæcilius facturum se ut Octavius intelligat, facilius esse disputare & rixari inter contubernales vulgaribus dicteriis & conviciis, quam eo modo conferere, quo solent sapientes. Deinde incipit aliam clausulam. In istis ad tutelam balnearum,&c.

Pag. 4. *Quanquam tibi Marce frater.*] Cæcilius ethnicus Minucium Christianum fratrem vocat, quocum erat amicitiæ familiaritate conjunctissimus, ut indicant illa Octavii ad Minucium de Cæcilio, Hominem domi forisque lateri tuo inhærentem, pag. 4.

Cum diligenter in utroque vivendi genere versatus.] Hinc apparet Minucium nostrum ætate jam provecta factum Christianum.

Indignandum omnibus indolescendumque est.] Sollicitari non debuit hæc scriptura veteris exemplaris. Etenim proba est. & Octavii disceptatione firmatur Cæcilii verba repetentis pag. 15.

Et quoniam frater meus erupit ægre se ferre stomachari, indignari, dolere, &c.

Hoc studiorum rudes.] Rerum divinarum imperitos.

Litterarum profanos.] Illitteratos. Profanum vulgus.

Expertes artium etiam sordidar.] Inertes. artium quarumlibet exsortes. Artes sordidas dicit, illiberales. quæ separari solent ab iis quas homine ingenuo non indignas censemus. Significat igitur vulgus infimum, & fecem vulgi. Sic Cæcilius adhuc ethnicus pauperes Christianos despicit.

Quæ supra nos cœlo suspensa sublata sunt.] Totus hic locus ad fidem exemplaris editus est. & frustra sunt qui pro sublata, scribi jubent, sublimata. Sustolluntur ea quæ sus, sive susum, id est in altum tolluntur. Itaque sublata sunt τὰ ὑψωθέντα. Sublata dixere delicatiores pro suslatis. & hic sublata opponuntur demersis, ut suspensa profundis. Recte igitur Minucius ait, non esse permissum scrutari quæ supra nos cœlo suspensa sunt, neque esse religiosum ea quæ sub terram profunda sunt stuprare. quasi stuprum inferant terræ, qui in viscera ejus penetrare audent. Elegantissima sunt in hanc sententiam à Plinio notata lib. II. cap. 63. & præfatione libri XXXIII.

Scrutari.] Liber Reg. scrutare.

Stuprare.] Idem liber: stuprari.

Sint principio omnium sem.] Sic legitur in exemplari, & rectissime.

Pag. 5. *Et cœlum licet sua materia susp.*] Nihil mutandum. Sua materia, id est sui generis materia, apta, habilis, conveniens cœlo.

Licet

Licet terram fundaverint pondera, & mare licet influxerit liquor.] Sic ista duo commata restituimus ordine præcedentium ducti. nec dubitamus quin nobiscum sentiat quisquis attentius ea pensitaverit. In exemplari legitur: licet terram fundaverit pondere, & mare licet influxerit è liquore. Facile adducor ut credam istud, è liquore, occasionem dedisse librariis conturbandi quæ non capiebant. Siquis autem adhuc pressius hærere velit exemplari, scribat nobis faventibus: & mare licet influxerit eliquor. Nam & eliquare & eliquamen dixere auctores valde boni. Stagnabat aquis terra priusquam dixisset Deus, Appareat arida. Verbo Dei aquæ se receperunt in conceptacula sua; & sic eliquatus est humor ille circumfluus quo terra imbuebatur. inde autem facta sunt aquarum maria, & eliquor fluxit in mare, vel ut ait Minucius, influxit mare. hoc est, suo influxu fecit mare.

Iam temulenta vindemia.] Proxima temeto. de qua mox temetum fiat: unde & temulenti.

Soluta legibus fortuna dominatur.] Præclara est in hanc sententiam fortunæ consideratio Plinii lib. 11. Toto quippe mundo & locis omnibus omnibusque horis omnium vocibus fortuna sola laudatur, sola arguitur, & cum conviciis colitur; volubilis, à plerisque vero & cæca etiam existimata, vaga, inconstans, huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium, sola utramque paginam facit. Lactantius 3. cap. 27. Simulacrum ejus cum copia & gubernaculo fingunt, tanquam hæc & opes tribuat, & humanarum rerum regimen obtineat, &c. Pag. 6.

Ante imbutus es timere quam nosse.] Rectissima est hæc libri veteris scriptura. Et impersonaliter quidem accipienda videtur.

Meruerunt Deos vel faciles habere, vel reges.] Faciles dicit benesicos, benemeritos. Plinius lib. 11. Hic est vetustissimus referendi benemerentibus gratiam mos, ut tales numinibus adscribantur.

Universa Romanos.] Mox dicet. Universarum gentium sacra suscepisse. Et paulo post: Initiasse ritus omnium religionum. Cur ergo tam crudeliter obstitere Christianis? sunt qui factum id fuisse dicant, eo quod Iudæorum ac deinceps Christianorum Deus, solus coli voluerit. Et certe cum sit vere Deus, sequitur eum solum esse Deum. nec præter ipsum coli debere alium quenquam. quod est sane verissimum: sed quæstionem minime solvit. Lampridius aliam tradidit rationem in Alexandro Severo, quem in larario suo habuisse refert divos principes, sed optimos, electos;

& animas sanctiores, in quîs & Apollonium, & quantum scriptor suorum temporum dicit, Christum: præterea Christo templum facere voluisse, eumque inter Deos recipere. hoc etiam cogitasse Adrianum; ac templa in omnibus civitatibus sine simulacris fieri jussisse ad hoc parata. sed prohibitum fuisse ab iis, qui consulentes sacra repererant omnes Christianos futuros si id evenisset & templa reliqua deserenda.

Aras ignotis numinib. & manib.] Bene Cæcilius componit Deos Manes cum ignotis numinibus. bene inquam ex Epicuri sensu, qui negabat esse aliquos Manes & subterranea regna. Etenim Manes eorum dicuntur qui jam esse desierunt, ac proinde nulli sunt. Et Cæcilius Ignotos Deos spernit, quia sunt ignoti: & manes sive defunctos quia defuncti & jam nulli.

Ausim enim interim & ipse concedere, & sic melius errare.] Cæcilius supra de schola Epicuri dixit, magis esse credendum in rebus humanis solutam legibus fortunam dominari, adeoque agi cuncta variis & lubricis casibus, non deorum aliqua providentia aut cura. Hac vero dissertatione sua currente, sentit eo se ferri ut fateatur Romanos haud frustra deditos fuisse religionibus suis erga Deos etiam exteros quando talium numinum favore ac tutela totius orbis imperium teneant. Antequam igitur exemplis hoc probare incipiat, ne quid præjudicet opinioni suæ de fortuna, corrigit se se interjectione ista: Ausim enim interim & ipse concedere, & sic melius errare; objiciens errorem pudendum Octavio, qui Deum colat cultoribus suis gravem & noxium potius quam beneficum, bona futura & incerta promittentem, mala ac præsentia non avertentem; imo dehortantem ac depellentem suos ab honoribus opibus & voluptatibus, tanquam ab rebus non suis. Ait ergo Cæcilius se se melius errare quam Octavium, si Romanorum superstitiones probare videatur tam utiles & prosperas cultoribus suis.

Pag. 7. *Specta de libris memorias.*] In exemplari, quod hactenus unicum habemus scriptum est, memoria. Itaque conjecturæ locus est. nec erit magni momenti discrimen. utrum legas: Specta de libris memoriarum: an, specta de libris memorias. Hos libros Arnobius Annales nuncupat. lib VIII. adverſ. Gentes. Non imus infitias, inquias, in Annalium scriptis contineri hæc omnia quæ sunt à vobis in oppositione prolata.

Testes equestrium fratrum.] Tyndaridarum, Castorum.

In la-

In lacu.] Iuturnæ.

Sicut ostenderant.] Eodem habitu.

Spumantib. equis atq. fum.] Lactantius: equorum sudorem abluentes.

Eadem die qua fecerant.] Qua fecerant quod hic narratur. qua & ipsi pugnaverant.

Anheli.] Vel anhelis equis. Valer. Max. suum equorumque sudorem abluere visi sunt. Cicero Tuscul. 1. non modo adjutores in prœliis victoriæ po. Ro. sed etiam nuncii fuisse perhibentur.

Ludorum offensi Iovis.] Scriptum fuerat in aliquo exemplari primario, offens Iovis. Descriptum inde fuit in Cod. Reg. Offensio Iovis. Legendum, offensi Iovis. Et recte, ludorum Iovis. Erant enim dicati Iovi Circenses, ludi maximi votivi, bello Latino tum primum facti. Arnobius VII. Est ut ignoscere debeamus Iovi indignanti, non adhibitam curam sollicitiorem ludis Circensibus propriis. Propriis scilicet, Iovi ipsi dicatis.

Plebeji hominis.] Cicero, rustici cujusdam Romani. Valerius, nomen illi fuisse scribit, Ti Atinio, homini ex plebe.

Iteratio.] Instauratio. Totam hanc historiam, prolixius certe, sed & scrupulosius persequitur Arnob. VII.

Deciorum devotio rata.] Etenim laborantes perditasque vires Urbis Ro. correxit. Itaque dignosci arduum est, utrum Romana civitas utilius habuerit Decios duces, an amiserit. quoniam vita eorum ne vinceretur obstitit: mors fecit ut vinceret. Huc alluſit Iuvenalis hoc versu:

Pluris enim Decii, quam qui servantur ab illis.

Testis & Curtius.] Lacus Curtius, ab illo famoso equite M. Curtio.

Equitis sui.] Marci Curtii, unde nomen inditum Lacui Curtio.

Vel honore.] Val. Max. super quem universi cives honoris gratia certatim fruges injecerunt. Livius: donáque ac fruges super eum à multitudine virorum ac mulierum congestæ.

Thrasimenus decolor.] Arnobius IV. apud Thrasimenum lacum sanguinei cucurrere torrentes.

Et ut Parthos signa repetamus.] Hæc adsignare videntur ætatem Minucii sub Severo. Sed auctor est Spartianus Septimium Severum Parthicum bellum susceptisse gloriæ cupiditate, non aliqua necessitate adductum. & jampridem Parthos signa militaria, quæ M. Crasso & M. Antonio ademerant reposcenti Octavio Augusto reddidisse narrat Tranquillus.

Magis sunt augustæ Numinib. incolis præsentib. inquilinis, quam cultus insignib. & muneribus opulenta.] Sic olim habuit Codex Reg. Hodie præfert: cultu insignibus. unde Critici occasionem arripuere corrigendi: cultu insignia. Sed apparent vestigia deraſæ litteræ ſ. quam nos hac editione reducimus in lucem, ut redeat Minucii sensus, iste genuinus, Templa ac delubra Romana magis esse divinæ beneficentiæ titulis augusta, quam cultus insignibus aut muneribus opulenta. Beneficentiæ tituli sunt augustæ illæ inscriptiones, NUMINIBUS INCOLIS. NUMINIBUS PRÆSENTIBUS. NUMINIBUS INQUILINIS. At opulenta cultus insignia sunt aureæ statuæ, thensæ, acerræ, lectisternia solisternia, currus & alia hujusmodi pretiosa.

Quos impie per diem negamus, nolumus, pejer.] Verbum nolumus, minus apte interjectum videatur, nisi præcedentia sic reperantur. Per quietem deos videmus, audimus, agnoscimus, quos per diem negamus esse, nolumus videre, imo quos vidimus audivimus, agnovimus pejeramus. Scio quid hic alii tentaverint. Sed obstat exemplaris auctoritas.

Pag. 8. *Firma consensio.*] Sensus publicus, consensus gentium, qui sæpe adducitur à Plinio ad disputationes hujuscemodi.

Tam vetustam, tam utilem.] In aliquo exemplari scriptum fuerat antiquario more, tam vetus tam utilem. quod est tam vetustam, tam utilem. Syllabas proxime repetitas semel scribebant, ut videmus in editione Pandectarum juris ad exemplar Florentinum. Et hæc scriptura compluries in Minuciano exemplari reperitur.

Cui Atheon cognomen apposuit antiq.] Diagoræ cognomen appositum Atheo. Proscripsere Athenienses talenti pretium illi qui Diagoræ caput adferret.

Consulte potius quam profane.] Non habere se dixerat Protagoras quod de diis pronunciaret; essent, nec ne. multis impedimentis prohiberi. tam propter rei difficultatem quam propter humanæ vitæ brevitatem. Huic certe sermoni, pro Ethnici sententia convenire videatur illud Cæcilii Minuciani, Consulte potius quam profane, Nam exordium ipsum, ut est à Cicerone positum, abruptius est. atque ob id jure Protagoras exterminatus.

In concione ejus scripta deusserint.] Cicero: Librique ejus in concione combusti. Laërtius: κατέκαυσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ.

Deploratæ, inlicitæ ac desperatæ factionis.] Ajunt in mſ. legi, inquinatæ. Sed codicem antiquum alium à Regio exemplari nemo

hacte-

hactenus protulit. In Regio disertissime scribitur, inlicitæ. Et merito quidem exploditur quod Ferrarius & Priscianensis ediderant, inclitæ. Illud vero, inlicitæ, etsi defendatur antiquitate exẽplaris, nihilominus friget inter illa duo, deploratæ ac desperatæ. Itaque, si conjecturæ locus est, legam, incitæ, quod est incitatæ, furiosæ, rabidæ. Catullus in Galliambo. Alios age incitatos, alios age rabidos. Incitus, quemadmodum percitus. In Prudentii Vincentio ubi de spiritibus immundis: Qui vos latenter incitos, In omne compellunt nefas.

Nocturnis congregationib.] Pervigiliis, *παννυχισμοῖς*.

Inhumanis cibis.] Mox dicet de infanticidio.

Latebrosa & lucifugax natio.] Sic habet exemplar. & sic editum fuit prima editione Rom.

Templa ut busta despiciunt.] Mox recurret idem verbum, Purpuras despiciunt. quod accidisse per negligentiam Minucii non dixerim, sed librariorum, qui fulciendum putaverunt quod Minucius scripserat: Templa, ut busta, deos despuunt. Tertullianus lib. de Spectac. cap. 13. Dum mortui & dii unum sunt, utráque idololatria abstinemus: nec minus templa quam monumenta despuimus.

Dum mori post mortem timent, interim mori non timent.] Ex eodem sensu Martialis, furor est, ne moriare, mori.

Ita illis pavorem fallax spes solatia rediviva blanditur.] Sic omnino legitur in exemplari: & eleganter Minucius sub persona Cæcilii ethnici dixit, Fallax spes blanditur Christianis pavorem: & blanditur, inquit, solatia nescio quæ rediviva. Tertullianus lib. de Anima, pag. 344. Quies finem operis blanditur.

Digna & nata religio talib. moribus.] Quasi asinina patientia & hebetudine. Sic illudebant impii Christianæ simplicitati. Pag. 9.

Sacerdotis colere genitalia.] Calumnia stultissima, ex ea occasione concinnata, quod Christiani quibus contigerat post fidem Christo datam graviter labi, ita ut Ecclesiæ communione abstinerentur, si pœnitentiæ locum dari sibi flagitarent, hoc tam demisse ac suppliciter poscebant, ut acciderent ad pedes & genua fratrum & sacerdotum. Inde illa passim apud rerum Christianarum scriptores, Advolvi presbyteris, & Volutando caligas fratrum detergere.

Id etiam Cirtensis nostri testatur oratio.] Hanc adversus Christianos orationem fuisse Frontoni declarat Octavius pag. 92. ubi objectionem Cæcilii sic diluit: Et tuus Fronto non ut adfirmator testimo-

testimonium fecit; sed convicium ut orator adspersit. Sed ambigitur uter iste Fronto fuerit, Papirius ne Fronto Iurisconsultus, qui in Pandectis memoratur, an Cornelius Fronto rhetor, quem Lampridius Marci Antonini Imp. præceptorem fuisse tradidit? Franciscus Balduinus præclara ad Minucium præfatione in hunc magis inclinat. quod & verius existimo.

Et de convivio notum est.] Plinius Cæcilius quamvis ethnicus ab omni de convivio calumnia Christianos liberavit apud Trajanum: Etenim scripsit, morem illis fuisse coeundi ad capiendum cibum, promiscuum tamen & innoxium.

Pag. 9. *Iudæor. sola & misera gentilitas unum & ipsi Deum.*] Feminam aliquam Hebræam potius quam Christianam describit Apuleius IX. Metam. quæ spretis atque calcatis divinis numinibus in vicem certæ religionis mentita sacrilega præsumptione Dei, quem prædicabat unicum, confictis observationibus vanis, fallens omnes homines, atque ipsum maritum decipiens, matutino mero & continuo stupro corpus manciparat.

Vt sit Romanis hominibus.] In exemplari legitur, nominibus, quod est, numinibus.

At etiam Christiani qua in tam nostra] Vetus exemplar, *qua m tã nr̃a.* Unde Ferrarius & Priscianensis confecere quod in cunctis editionibus hodie cernimus, quænam monstra. quæ lectio vitium ipsa suum satis prodit. nam ut congrueret sequentibus, dicendum fuerat, quæ monstra, quæ portenta confingunt? Sed quare perdimus sensum Auctoris ipsissimum & longe præstantem? At etiam Christiani, quà in tam nostra, quæ portenta confingunt? Iudæorum, inquit, sola gentilitas, patria sua velut angulo cohibita, Deum sibi suum habebat, quem etsi templis, aris atque victimis procuraret, non in regna tamen aliena exundabat. At Christiani, quâ sunt in urbes Italiæ, in populi Romani provincias, in tam nostra diffusi, quæ portenta confingunt?

Qua in tam nostra.] Tertullianus Apolog. cap. 37. Vestra omnia implevimus. urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, senatum, forum.

Toto orbi.] Sic legitur in exemplari.

Pag. 11. *Sic sectæ vestræ non spontaneos cupere.*] Hellenismus. Suidas, ἐπιθυμῶν, γενικῇ, προαιρετικῶς ἔχων.

Non spontaneos, sed electos.] Paulus ad Rom. IX. 16. οὐ τοῦ θέλοντος οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος θεοῦ.

Ipsisne

Ipsisne an innovatis resurgatur. sine corpore. Hoc, quod sciam, neq. M.] Sic legitur in exemplari. nisi quod aliter interpunximus; ut de tribus quæstionibus propositis hæc prima sit: Sine corpore? Sequitur responsio: Hoc, id est, sine corpore resurgere, quod sciam, neque mens, neque anima, nec vita est.

Quis unus ullus ab inferis.] Hoc habet à Minucio Lactantius omissa dictione, ullus. Sed legitur in exemplari. etsi contrarium adfirment qui excerpta sua venditant nimium credulis.

Opere, fame laboratis.] Sic est in exemplari. Nec emendatione opus est ulla. Horatius:

---- diesq;
Longa videtur opus debentibus.

Periculo quateris.] Nam quis ipsa periculi præsentia non quatitur aut commovetur? Facessant ad Nonium cum suo querquero, quibus exemplaris antiqui scriptura displicuit.

Non spectacula visitis, non pompis intersitis.] Ex his conjicere est quo tempore usitari cœperit inter Christianos ritus & formula renunciandi Satanæ, seculo & pompis ejus.

Præcerptos cibos & delibatos altarib. potus.] Idolothyta, sacrificata aut parentata. sacrificales epulas.

Quanquam si philosophandi libido est.] Tota hæc de Socrate periodus, ut est in exemplari, atque etiam in cunctis editionibus, supra modum obscura est & perplexa. Eam vero quisquis attente perleget, mutatis interpunctionibus extricabit ut notulis proxime sequentibus declaratur.

Merito.] Hoc est, Merito Socrates dixit, Quod supra nos, nihil ad nos. Quæ sequuntur ita perducenda sunt: *Ergo de oraculo testimonium meruit prudentiæ singularis, idcirco universis esse præpositum, non quòd omnia comperisset, sed quòd nihil se scire didicisset.* Illud vero, *quod oraculum idem ipse præsensit*, per parenthesin inserendum est, hoc modo: Quanquam si philosophandi libido est, Socratem sapientiæ principem quisque vestrum tantus est si poterit imitetur. Ejus viri quoties de cœlestibus rogabatur nota responsio est: Quod supra nos nihil ad nos. Merito. Ergo de oraculo testimonium meruit prudentiæ singularis, (quod oraculum idem ipse præsensit) idcirco universis esse præpositum, non quòd omnia comperisset, sed quod nihil se scire didicisset. ita confessæ imperitiæ summa prudentia est.

Ne aut anilis inducatur superstitio, aut omnis religio tollatur.] Est enim Pag. 13.

in traditionibus divinis periculum, ne aut neglectis iis impia fraude, aut susceptis anili superstitione obligemur, inquit, Cic. 1. de divin.

Nam indignationis ejus tumorem] Etenim jam ipse sibi satisfecerat.

Homo Plautinæ prosapiæ.] Et tamen adhuc hæret illius animo dicacitas Octavii, Cæcilium tam luculento die impegisse in lapides, eo quod in Ostiensi littore lapidem unctum & effigiatum ethnicorum adorasset. Itaque Octavium suum alio sale defricat; &, Hominen esse dicit Plautinæ prosapiæ. quod prima quidem fronte ad Plautinos tantum jocos referri videatur. At subinde illum ipsum hominem Plautinum in pistrinum trudit, ubi tres fabulas scripsisse M. Accium Plautum Varro & plerique alii tradiderunt. Hoc vero pistrinensis militiæ probrum torquet in Octavium Cæcilius ob religionis Christianæ simplicitatem, cujus sequaces magna pars erant idiotæ & opifices ut pistores, sutores, & id genus alii. Ait igitur Octavium esse quidem inter pistores Christianos præcipuum: at inter philosophos postremum.

Parce in eum plaudere.] Cęcilium Minucius jam repercutit Plautina prosapia. Parce, inquit, in eum plaudere. quasi diceret, Noli in Octavium nostrum latrare cum illa tua Plautina, sive latrante prosapia. Et est jocus duplex. Nam peracta comœdia solent actores plausum petere. hic Cæcilius sibi plaudit in odium & infamiam Octavii. Plausus autem datur complausis sive complosis manibus. & plautiores conchæ dicuntur quæ sunt ad plausum aptiores, & plauti canes quorum aures dependulæ flaccidæ, & latiores applaudunt capiti.

Subtili varietate tua delectarit oratio.] Subtilem Cæcilii varietatem dicit Minucius, quam mox Octavius dicet subtilem variationem & vacillationem, quæ proximè accedat ad cavillationem & versutiam.

Et in incredibili verum.] In exemplari legitur, & incredibili. Sed mens Auctoris poscit, ut duas syllabas intelligamus in unam fuisse contractas antiquario more, quem supra notavimus. Ut inesse in verisimili mendacium dixit Minucius, ita sane dixerit, inesse in incredibili verum. Incredibile est Deum hominem factum esse & crucifixum. Incredibile est fore ut corpora mortuorum sive cremata, sive sepulta, etiam post multa secula reviviscant. Et tamen isthæc, quamvis incredibilia, vera sunt. Rursus; Verisimile est

non

non esse Deum, aut non agere curam rerum humanarum. aut si ageret, fore ut pollueretur tam tristi atque multiplici ministerio. Item, verisimile est morte omnia humana finiri. Et tamen hæc etsi verisimilia sint, falsissima sunt.

Si potes reputare.] In exemplari legitur: si potest reputare. Unde nonnullis placuit, si potest reputari. Pag. 14.

Iam gestientes.] Eloqui, scilicet.

Adnitendum tibi mecum est.] Ambigua oratio, Minucio sit adnitendum, an Cæcilio. Sed vultu gestuque dicentis tolli potuit omnis ambiguitas; si conversus ad Cæcilium hæc dixerit Octavius. quod sane factum videtur.

Amarissimam labem.] Plautinæ prosapiæ & aliorum quæ Cæcilius in Christianorum religionem effudit.

Verborum veracium inlumine.] Sic legitur in exemplari. Adnitendum tibi mecum est, inquit, ut omnes conviciorum maculæ sermonum veracium radiis inluminatæ diluantur. verbis scilicet Christi, verbis vitæ æternæ, veritatis Christianæ lumine. convicia velut sordes & tenebræ Sole veritatis illuminatæ evanescunt. Sane convenientissimum est, quod à quibusdam suggeritur, flumine diluamus. nam & sermo sive oratio fluere dicitur, labes & sordes flumine diluuntur, & Cæcilii ethnici peccata baptismo.

Ita Natalis mei errantem vagam.] Obliqua oratione adfatur Cæcilium Natalem, & mox verbis directis ait, utrum tua eruditio turbata sit. Sic enim legitur in exemplari. qui putarunt sermonem ab Octavio factum ad Minucii personam, scripsere, Utrum sua eruditio turbata sit. ut sua sit pro ejus.

An vacillaverit per errorem.] Ethnicum scilicet. Quam pæne transpositis litteris scripsit, an cavillaverit. ut cavillare seu cavillari dicuntur fontes cum sui copiam non faciunt, cum frustrantur & subterfugiunt. In veteri glossario Vacillator dicitur συκοφάντης.

Incertior responsionis nostræ intentio fundaretur.] In MS. legitur, certio. Restitui compositionem negativam quæ exciderat, & est ad Octavii mentem necessaria. Ait enim Cæcilium subtili vacillatione per ethnicum errorem interdum deos credere, interdum addubitare an ulli sint, ut per hanc variationem & per incertum suæ propositionis, sive per incertam propositionem suam, incertum reddat Octavianæ responsionis fundamentum. Hoc, versutiam mox dicet Octavius.

Procul est ab ejus subtilitate simplici.] In MS. legitur, Procul est

ab ejus ſubtilitate ſimplicitate ſubtilis urbanitas. Mendoſe. Subtilem urbanitatem dixerit, quam ſupra, verſutiam, & ſubtilem varietatem. Verum ne quid diſſimulem, magis conveniret, ſubtilior vanitas, quæ parum diſtat à fraudulento mendacio. cujuſmodi eſt verſutia, quam tantopere avertit & amolitur ab ſuo Natali.

Pag. 15. *Quia viam neſcit.*] Hæc ſcriptura exemplaris.

Iactetur æſtu & fluctuetur.] Sic legitur in exemplari. non video cur mutari debuerit.

Quamvis diverſa ſint quæ dicta ſunt.] Turbata eſt libri veteris ſcriptura, Quamvis diverſa quæ dicta ſunt una veritate confirmata probataque ſint.

In plures una diffunditur.] Sunt qui emendari velint, diffinditur. Sed nihil eſt neceſſe.

Noſtrates pauperes.] Chriſtianos, Fratres. qui communem habent in cœlis patrem. quibus eſt communis patria cœlum.

Pauperes commentos eſſe prudentiam.] Bonæ mentis ſoror eſt paupertas.

Ingenium nec ſtudio parari.] Democrates, πολλοὶ πολυμαθέες νοῦν οὐκ ἔχουσι. & πλουτοῦσι, ὁ πολυμαθὴς ἀσπάζειν χρή. Tertullianus de Chriſtianis pauperibus & idiotis: Deum quilibet opifex Chriſtianus & invenit & oſtendit, & exinde, totum quod in Deo quæritur, re quoque adſignat.

Pag. 16. *Fruſtis quibuſdam temere concurrentib.*] Atomis. Si & atomi corpulentias de coïtu ſuo cogunt, inquit, Tertul. Et lepida eſt illa deſcriptio apud Cic. 1. de nat. deor. Infinita vis innumerabilium volitat atomorum quæ interjecto inani cohæreſcunt tamen inter ſe, & aliæ alias apprehendentes continuantur. Alibi dicit, turbulentam atomorum concurſionem. Quod vero Tullius dixit, continuantur, Minucius ſupra, concinnantur.

Pag. 17. *Luna labore circumagat.*] Defectu. Sol ſpectatorem, niſi cum deficit, non habet. nemo obſervat lunam, niſi laborantem. Seneca.

Hiberna olivitas neceſſaria.] Hoc minime ad Octavii propoſitum facere videtur. nam pleriſque regionibus non proveniunt olivæ, neque eſt neceſſaria olivitas, inepte autem componeretur hiberna olivitas cum autumni maturitate. Figurate igitur Minucius hibernam olivitatem hic poſuit pro hiberna uligine. cum ſcilicet humus per hiemem ipſo ſitu putris glacie per vices regelata & nivibus reſolutis in limum pingueſcit velut olivo perfuſa. hæc ſane

hiberna

hiberna olivitas tam necessaria est quam autumni maturitas grata. etenim agros oblimat & oblimatione mollitos ad serendum aptiores reddit. Ceterum, siquis hic allusum etiam velit ad ipsam olivarum olivitatem quæ fit mense Decembri, facile concedam.

Persas de equorum hinnitu augur. princ.] Sordida Magorum dominatione oppressa, inquit. Valerius Memorabilium VII. Pag. 18.

Et Thebanor. par, mortuam fab.] In membranis antiquis legitur, permortuam fabulam. Haud dubie scripserat Minucius, Thebanorum par. neque aliter legebat Cyprianus cum dixit Thebanorum fratrum germanitatem. Statius, par infandum, & geminis sceptrum exitiale tyrannis, & consanguineum scelus. & unius ingens bellum uteri. Sed cur mortuam fabulam dicit Minucius, paulo ante sua tempora tota Statii Thebaide decantatam? Fortean scripserat, mutuam fabulam. Etenim pacti erant fratres ut mutuis annis regnarent, & mutua pernicies utrisque unde & mutua fabula. Sed exspectanda auctoritas alterius exemplaris.

Generi & soceri bella.] Unde vulgatum illud: Socer generque perdidistis omnia.

Qualem parens omnium diem duxerit.] Sic legitur in exemplari, nisi quod scriptura paulum exerrante apparet, duxerit. Itaque legendum ut edidimus, qualem parens omnium diem duxerit, οἷον ἐπάσχοι ἦμαρ. Talis est mens, qualis dies; quo die mens edita est. Hoc sibi vult Homerus & versio Ciceronis quæ refertur ab Augustino lib. v. de civitate Dei. Pag. 19.

Recenseamus disciplinam philosophor.] Hanc omnem veterum philosophorum disciplinam habet Minucius ex lib. 1. Cicer. de nat. Deor.

Eho, altior & sublimior aquæ & spiritus ratio quam ut ab hom. pot. inveniri. à Deo traditum.] Qui Minucium antehac edidêre, non videntur cepisse Minucii mentem. nec sane perviderant quid vetus exemplar suggereret; editioni Romanæ nimium creduli. etenim secundum eam sic ediderant, Et altior & sublimior aquæ & spiritus ratio, quam ut ab homine poterit inveniri, à Deo tradita. Scriptum est in exemplari, Eo altior, &, à Deo traditum. Reddita aspiratione ac dispunctione rediit sensus clausulæ alias male cohærenti. Postquam apposuit Cæcilio sententiam Thaletis prope consentaneam Mosi de Deo & Mundo condito, subsistit hac interjectione, Eho. ac subinde considerata sublimitate sententiæ

altiorem esse ait quam ut ab homine potuerit inveniri aut cogitari. & continuo pronunciat absolutè; à Deo traditum, per Mosen scilicet à quo Thales acceperat.

Anaxagoræ vero descriptio & motus infinitæ mentis Deus dicitur.] In exemplari legitur, descriptio & metus. Ferrarius, & post Ferrarium editores ceteri, descriptio & modus. belle emendatum rati, quia legerant apud Ciceronem, ubi ejusdem Anaxagoræ sententia refertur, *primus omnium rerum descriptionem & modum mentis infinitæ vi ac ratione designari & confici voluit.* Sed ex iis quæ apud Ciceronem sequuntur, & ex veteris scripturæ Minucianæ vestigiis procul dubio tam Ciceronis quam Minucii editiones emendandæ sunt, legendumque, descriptionem & motum. Verba Ciceronis hoc evincunt apertissime: In quo non vidit, inquit, neque motum sensui conjunctum & continentem in infinito ullum esse posse.

Aristoteles variat.] Cicero: Aristoteles multa turbat. modo enim menti tribuit omnem divinitatem. modo mundum ipsum, Deum dicit esse. modo quendam alium præficit mundo. Quod Tullius dixit, modo, Minucius, interim.

Babylonio etiam Diogeni.] ἐκ Σελευκίας τῆς ἐν Βαβυλῶνι. Athen. v.

Exponendi & disserendi Iovis partum.] Sic etiam philosophatur Sallustius, libello de Diis & Mundo.

Pag. 21. *In publicum dicere impossibile præfatur.*] Platonis verba sunt, εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. Cic. Patrem hujus mundi nominari negat posse. Tertull. Apol. Neque inveniri facilem, & inventum enarrari in omnes difficilem. Chalcidius: Opificem genitoremque universitatis tam invenire difficile est, quam inventum impossibile digne profari.

Nunquam publice, nisi interrogati præd.] prohibiti ab Ethnicis, Christianos publice philosophantes audire erubescentibus aut timentibus.

Centauros equos suis hominib. implexos.] Bimembres dixit Ovidius. & in Centaurea pugna Monychus ipse centaurus sic alloquitur suos:

---- Et quid fortissima rerum
In nobis duplex natura animalia junxit.

Hæc fuit fabula. Re ipsa homines fuere in equis Palæphatus: οὐδὲν γὰρ πρόσεστι ταύρου τοῖς κενταύροις, ἀλλ' ἵππου καὶ ἀνδρὸς ἰδέα ἐστί. Sic unusquisque homo suum equum habuit, & equus quisque suum hominem sibi implexum.

Simili-

Similiter, ac vero erga Deos quoque, majores nostri, improvidi.] Sic interpungenda est hæc veteris exemplaris scriptura.

Dum defunctos eos desiderant in imaginib. videre.] Fulgentius Mythol. 1. ex Diophante Lacedæmonio, de filio Syrophanis cujusdam Ægyptii: Doloris angustia quæ semper inquirit necessitati solatium, filii sibi simulacrum in ædibus, seminarium potius doloris invenit. Tertullianus lib. de Anima, ubi de Achille Patrocli corpus diutius servante, laudat pietatis Homericæ industriam tantopere satagentis circa ejusdem Patrocli sepulturam, ne quis defunctum diu detinens, ipse amplius cum illo maceretur enormitate solatii dolore nutriti.

Lege Stoicor. scripta.] Non bonæ fidei fuisse videntur qui de ve- Pag. 22.
teri exemplari varias lectiones Ioanni Voverio descripsere. is fidem illorum secutus asserit in MS. & Rom. editione legi, Historicorum. Utrumque præ oculis habemus, & utrobique disertissime legitur, Stoicorum. Et inter philosophos quidem Evemerus à Plutarcho censetur, & à Cicerone inter philosophos citatur, ut hic etiam à Minucio nostro, qui Evemero subnectit Prodicum & Persæum philosophantem. Fortean decepti aliqui fuerint eo quod lib. VI. de civ. Dei Augustinus ait, Evemerum, non fabulosa garrulitate, sed historica diligentia tradidisse Iovem & ceteros hujus generis, reges fuisse non Deos. Sed & ipse Augustinus lib. de cons. Euang. de eodem Evemero verba facit tanquam de poëta. cap. 23.

Evemerus exsequitur.] Lib. ἀπίστε ἐ ἀνυπάρκτε μυθολογίας.

Eorum natales, patrias, sepulcra dinumerat.] ἐξανθρωπίζει τὰ θεῖα. Plutarch. libro de Iside.

Prodicus assumptos in Deos loquitur.] In exemplari scriptum est, prodigiis. Corrupte. Cicero lib. 1. de nat. Deor. Quid Prodicus Chius? qui ea, quæ prodessent hominum vitæ, deorum in numero habita esse dixit. quam tandem religionem reliquit.

In eandem sententiam & Persæus philosophatur.] Cicero: At Perseus ejusdem Zenonis auditor, eos dicit esse habitos Deos, à quibus magna utilitas ad vitæ cultum esset inventa. ipsasque res utiles & salutares deorum esse vocabulis nuncupatas.

Alexander ille Magnus Macedo.] Immo Alexander Polyhistor. Deceptus est Minucius cum plerisque aliis quos notavimus ad Pallium Tertull.

A sacerdote.] Augustinus VIII. de civ. D. A magno antistite sacro-

sacrorum Ægyptio quodam Leone. Et in Astronomico Higini citatur Leon qui res Ægyptias conscripsit.

Illic Vulcanum.] In exempl. illi.

De spicis Isidis.] Sic apertissime legitur in exemplari. Ægyptius ille antistes Leo prodidit Alexandro mysteria, & de frumenti spicis, quas gestat Isis sive Ceres factum fuisse dixit sistrum, quod est Isidis & Isiacorum gestamen. spicas vero succussas & collisas sive agitatas crispante brachio sonum edere qualis editur concussione sistri. ejusmodi autem sonum alludere ad garritum hirundinis, cujus formam sumpsisse dicitur Isis. ac denique, de sparsis frumenti granis, quæ sunt velut membra tumuli sive acervi, tumulum Serapidis sive Osiridis inanem fieri. Hæc Ægyptiorum sacrorum ratio, quam Physicam vocant, à Iulio Firmico Materno sic explicatur libro de err. prof. relig. Frugum semina Osirim dicunt esse, Isin terram, Thyphonem calorem. Et quia maturatæ fruges calore ad vitam hominum colliguntur, & rursus appropinquante hyeme seminantur, hanc volunt esse mortem Osiridis, cum fruges reddunt: inventionem vero, cum fruges genitali terræfomento conceptæ nova rursus cœperint procreatione generari.

De spicis Isidis ad hirund. sistrum.] Repetendum est præcedens verbum facit, & aptandum singulis, hoc modo: Illic, id est, eo volumine sive epistola ad matrem Alexander doctus ab Ægyptio illo Leone sacerdote, facit Vulcanum omnium principem. facit postea Iovis gentem. facit de spicis Isidis sistrum ad hirundinem, hoc est, ad Isidem hirundinino garritu querulam. facit denique sparsis membris Osiridis tumulum inanem.

Tui Serapidis.] Hic rursus per derisum objicit Octavius Cæcilio quod simulacro Serapidis obviam sibi notato manum ori admovisset. osculum labiis impressisset, quod est, adorasset, supra,
Pag. 23. pag. 2.

Ne pater audiat vagitus initus eliditur.] Hæc est Regii codicis scriptura. quæ sane recta est, nisi quis malit, vagitus intus eliditur.

Cybelæ Dindyma.] τὰ Δίνδυμα. Nec fuit hic mutandum quicquam. Virgilius ite per alta Dindyma· Servius: Montes matris Deum. Catullus dixit deam Didymi, sive Dindymi.

Mammis multis & uberibus exstructa.] In MS. legitur, Veribus. duabus litteris antiquario more in unam contractis. In archetypo scriptum fortasse fuit, uveribus, quod est, uberibus, ut Juva pro Juba.

Ceres

Ceres mammosa Lucretio, Diana multimammia, πολύμαστος, Hieronymo in proœm. Ep. Pauli ad Ephes. Ceres, Diana, Hecate, sunt unius ejusdemque fabulosi numinis appellationes variæ. Quod autem legitur in MS. veribus exstructa, etsi Virgilio verua dicantur jacula & mucrones teretes, nihilominus impropria locutio fuerit, si quis Dianam dicat exstructam veribus & jaculis. At convenientissime dicetur exstructa uberibus. talis enim cernitur in numis antiquis, ubi sunt exstructa seu disposita ubera & mammæ tanquam cæmenta & lapides in modum columnæ, Diana sive Cerere mammis & pectore tenus superimposita.

Multis manibus horrifica.] Talis cernitur in veteri numismate æreo penes eruditissimum Io. Bap. Altinum.

Convenienter autem manus multas dederunt numini quod est omnia. vetus inscriptio ἐν τῇ Σάει, apud Plutarch. ΕΓΩ ΕΙΜΙ ΤΟ ΠΑΝ. Alia item inscriptio Capuæ: TIBI UNA QUÆ ES OMNIA. DEA ISIS. Ipsa in Apulejana Metamorph. Cujus numen unicum, multiformi specie ritu vario, nomine multijugo totus veneratur orbis.

Modo barbatus locatur.] Collocatur statua in Basi. Phæd.

Æsopo ingentem statuam posuere Attici.
Servulumque collocarunt æterna in basi.

Et cum Feretrius, non auditur.] Non abs re suspectum habuit hunc locum Io. Voverius. Proposuit conjecturam una littera detracta, cum Feretrius non aditur. quæ sane conjectura valde mihi videtur probabilis: verum alio sensu, quam quo Voverius intellexit. Iovem dictum fuisse Feretrium à ferendo discimus ex ea formula qua Romulus opima spolia dicavit, apud Livium lib. 1. Spolia ducis hostium cæsi suspensa fabricato ad id apte ferculo gerens in Capitolium ascendit: simul cum dono designavit templo Iovis fines, cognomenque addidit Deo, Iupiter Feretri, inquit, hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero. Spolia igitur opima ferenda erant ferculo sive feretro Feretrio Iovi. etenim ipse Romulus ita voverat, exstructumque fuerat templum Iovi Feretrio. sedem, ut ait Livius, spoliis opimis quæ posteri ferrent. At subinde Pompilius Numa legem de opimis spoliis condidit, cujus verba exstant apud Festum. & secundum ea Servius Æneide VI. tradidit, præcepisse Pompilium prima opima spolia Iovi Feretrio suspendi, quod jam Romulus fecerat: secunda Marti, quod Cossus fecit: tertia Quirino, quod fe-

cit Marcellus. Ergo Numa Iovem Feretrii cognomine gaudentem despexit. nam exinde aliis quam Feretrio opima spolia ferri voluit. Propterea Minucius dixerit: Iupiter, cum dicitur Feretrius, non aditur. quia scilicet opima spolia Feretrio non ferebantur, sed Marti, sed Quirino Pompiliam legem de opimis spoliis servatam fuisse testatur Virgilius hoc versu, de Marcello.

Tertiaque arma patri suspendet capta Quirino.

Hoc de tertiis quidem. At de secundis, erit quæstio. Etenim Numa dixerat ferenda Marti. & tamen Livius Iovi Feretrio suspensa fuisse narrat, ubi de Cornelio Cosso. Ceterum, scio veteres auctores tradidisse, Feretrium à feriendo dictum. quo sensu possit etiam accipi quod legitur in exemplari Minucii, cum Feretrius, non auditur. quasi hoc in mentem Minucio venerit: Iupiter vocitatur Feretrius quia ferit; & tamen nemo ferientem audit, non auditur ferire, quiescit ignavus: qui alias, quando Feretrius non dicitur, habeat conua, gerat fulmina, cruore perfundatur. Sed priorem interpretationem magis probaverim. Ævo Propertii non fuisse certam hujus cognominis Feretrii causam, ostendunt versus lib. IV.

---- Causa Feretri,
Omine quod certo dux ferit ense ducem.
Seu quia victa suis humeris hæc arma ferebant.
Hinc Feretri dicta est ara superba Iovis.

Nec certiora sunt quæ tradidit Festus. neque etiam ea quæ Plutarchus in Romulo.

Erigone suspensa de laqueo est.] Laqueo sibi mederi compulsa. Lactantius Thebaid. XI. nimio se luctus dolore laqueavit.

Vt virgo inter astra ignita sit.] Veram esse arbitror hanc scripturam, etsi in exemplari legitur, ignata. Astra ignita dixit Minucius, quæ æstum sive æstatem conficiunt, & sunt igneæ sive ardentis naturæ. Statius Theb. IV. vim cœptis indulgent astra, meæque Æstifer Erigones spumat canis. Paulus Alexandrinus Isag. apotelesm. ubi de astro virginis: Ταύτῃ τῇ τελζωδίᾳ ἀπαρτίζειν ἡ τῆς θερινῆς ὥρας τροπὴ, ἥτις καλεῖται πῦρ.

Oetæis ignibus.] In MS. henneis. Dictatum fuerat, Ætnæis, prave, pro Oetæis.

Pag. 24. *Homerum illum inclytum, laudatum.*] Quem Socrates in Ione Platonico dicit esse ἄριστον καὶ θειότατον τῶν ποιητῶν.

De

De civitate ejecit.] Lib. 11. de rep. ubi de fabulis Homericis, ἔτοί γε οἱ λόγοι χαλεποὶ, καὶ ἀλεκτέοι ἐν τῇ ἡμετέρᾳ πόλει.

Quam in sermone instituebat.] Sic legitur in exemplari. In sermone, hoc est, dialogis.

Cruentis imbribus.] αἱματοέσσας ὑὴ ψιάδας κατέχθεν.

Loro veneris illectum.] ἱμάντι, κεστῷ.

Flagrantius quam in adulteras soleat.] Tertul. Fœde subantem in sororem sub commemoratione non ita dilectarum jampridem amicarum.

Ut judiciis hominum quædam auctoritas pararetur.] Hæc scriptura est antiqui exemplaris, satis aperta. Etenim depravato judicio, hominibus male judicantibus, quæ leguntur à diis vitia perpetrata pro virtutibus habentur.

Saturnum enim principem hujus generis.] Tertullianus Apol. & lib. 11. ad Nationes Saturnum Patriarcham deorum nuncupat, à quo census totius divinitatis.

Instrumenta conficere.] Ab ipso primum tabulæ, inquit, Tertul.

Terræ enim & cœli filius.] Hoc de Saturno legitur apud Lactantium lib. 1. divinar. instit. cap. 11. quasi observationis istius auctor esset Minucius. & tamen acceperat ex Tertulliani Apolog. quem librum non legerat Lactantius cum Institutiones suas scriberet. Pag. 25.

Et Iuba Mauris volentibus Deus est.] Cyprianus: Mauri vero manifeste reges suos colunt. nec ullo velamine hoc nomen obtexunt. Tertullianus dixerat: Mauritaniæ reguli sui dii sunt. Utroque argutior Minucius.

Plures totis hominib. Deos haberemus.] Plinius Hist. nat. 11. Major cœlitum populus quam hominum intelligi potest.

Timere se materiem ab artifice illusam.] Lucretius: Quæ finxere timent. Pag. 26.

Cum homo illum voluit.] Sic legitur in exemplari. cum homo illum voluit. nempe esse Deum, cum faber incertus scamnum faceretne Priapum, Maluit esse Deum. Deus inde ego, furum aviumque Maxima formido.

Animalia muta naturaliter judicant.] Intelligunt statuas non esse Deos. Tertul. Apol.

Avaritia consecrata est.] Sic supra, consecrare sacrilegium.

Cruda hieme.] crudeli, aspera.

Eſt quo viro non licet.] Rectiſſima eſt hęc ſcriptura veteris exẽplaris.

Viro non licet.] Teſticuli ſibi conſcius unde fugit mus. Iuven.

Pag.27. *Exta ſunt obſcena demeſſa.*] Correxere, teſta. Sed vetus ſcriptura defendi poteſt. Exta obſcena dicit Minucius illa pondera Catulli, exempta ſuis alveolis ſive folliculis.

Et ipſam errantium turbam.] Iuvenalis in eundem ſenſum:

---- *Iunctaque umbone cohortes &c.*

Sine more rapuit.] Alludit ad Virgilianum illud.

---- *raptas ſine more Sabinas,*

Sine more, ſine exemplo. quod factum antea non fuerat, quod inauditum & inuſitatum antè. ut contra idem Virgil.

---- *lectas de more bidentes.*

Sacrilegium eſt conſecrare.] Conſecrare ſacrilegium, ut ſupra, Avaritia conſecrata eſt.

Pag.28. *Et quos poſt lauream detriumphatos colere cœperunt.*] Sic emendari poſſe cenſemus quod abſque ullo ſenſu legitur in exemplari, & quos poſtulaverant. Apparent priſtinæ ſcripturæ veſtigia: quod poſtulaverant, ſed abraſa eſt littera, d, & ſuperſcripta littera, ſ, ab antiqua etiam manu.

Pilumnus.] Pilumno Deverram adnectit Auguſtinus, lib. VI. de civ. D. cap. 10. Pilumnus à pilo. Deverram à ſcopis.

Volumnus.] In exempl. Polumnus. Tertullianus lib. II. ad Nat. Item Voluntatis. Volumnum & Voletam.

Adverſum ſuos homines.] Sic ſupra, Romanis hominibus cum ſua ſibi natione captivus.

Veſta ſane neſciente.] Turpe eſt deo ſive deæ aliquid ignorare. Sed Veſta mentem non habet. etenim ignis eſt. Ovidius: Nec tu aliud Veſtam, quam vivam intellige flammam, Et tamen in caſu ſimili.

---- *Veſta ſimulacra feruntur.*
Virgineas oculis oppoſuiſſe manus.

Quam fuere fatua illa numinum commenta.

Vbi autem magis quam inter aras & del.] Unde illud Virgilii.

Et quo ſed faciles nympha riſere ſacello.

& Juvenalis: Aut apud Iſiacæ potius ſacraria lenæ.

Et tamen ante eos Deo diſpenſante.] Hoc habet Minucius à Tertul. Videte igitur, ne ille regna diſpenſet, cujus eſt orbis &c. Apolog. cap. 26.

Pag.29. *Solenniſſimum tripudium.*] Solenniſſimum erat Romanos duces

non

non pugnare, nisi avibus addicentibus. parendum igitur fuit religioni, nec patrius mos tam contumaciter repudiandus, inquit, Cic. 11. de divinatione. Itaque solennissimum dixerit Minucius, cui de more patrio parendum fuit. Et tamen apud Ciceronem, eo loci legerat, solistimum. quod in augurali disciplina usitatum erat & solenne. In exemplari legitur solemnissimum tripudium. & Tertullianus dixit, solennissimam eloquii Prophetici formam, &, solennissimum Iudæorum sabbatum.

Φιλιππίζειν Pythiam querebatur.] Cicero interpretatur, quasi cum Philippo facere. lib. de divin. 11.

Plato qui invenire Deum negotium credidit.] Negotium, rem ar- Pag. 30.
duam difficilem. Εὑρεῖν τε ἔργον, κὴ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδιώατον λέγειν.

Substantiam inter mortalem immortalemq. mediam.] τὸ δαιμόνιον μεταξύ ἐστι θεῦ τε κὴ θνητῦ. ἑρμηνεύον δ' διαπορθμεύον θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων.

Movet etiam in nos.] Sequuti sumus vestigia exemplaris: ex qua monet etiam nos.

Procupidinem amoris.] Qualem esse dicebat Epicurus πρόληψιν, quam Cicero dicit esse anteceptam animo rei quandam informationem. lib. 1. de nat. deor.

Omnes inquietant.] Ita legitur in membranis antiquis. Sunt quibus placeat, somnos inquietant. & sic etiam Cyprianus legisse videtur.

Remissis quæ constrinxerant.] Desinunt lædere, ut curasse videantur. Tertull. Apol.

Remissis.] Sic in MS. & sic legebat Cyprianus.

Vates & ipsi absq. templo sic insaniunt.] Tertullianus: Locorum differentia distinguitur, opinor, ut à templis deos æstimetis, quos alibi deos non dicitis. Deinde ostendit, dæmonas etsi templa non habeant, tam esse deos quam ipsi qui in templis sub statuis delitescunt, qui non alii sunt quam dæmones, in eandem vero sententiam Octavius noster ait, furiosos, qui in publicum excurrunt, etiam deos censeri posse & Vates absque templo, quia par est in illis instigatio dæmonis, sed argumentum dispar furoris. Dixerat Tertullianus, Compar exitus furoris, & una ratio est instigationis.

Vt cum equis castores viderentur.] Tertul. phantasmata Casto- Pag. 31.
rum.

Hæc omnia sciunt pleriq. pars vestrum.] Ita scriptum est in membra-

nis antiquis. deinde sequitur: ipso dæmonas de semetipsos confiteri. Unde existet proba lectio hujusmodi, Hæc omnia sciunt plerique, pars vestrum ipsorum, dæmonas de semet ipsos confiteri.

Pars vestrum.] Mox dicet: nonnullis præsertim vestrum.

Pag. 32. *Nec tamen mirum. cum omnium fama.*] Si nihil hic omissum est in exemplari, tota periodus ita cõstituenda est ut aliquis sensus eliciatur. His enim & hujusmodi fabulis iidẽ dæmones ad execrationis horrorem imperitorum aures adversus nos referserunt. nec tamen mirum. cum hominum fama, quæ semper insparsis mendaciis alitur, ostensa veritate consumitur, sic est negotium dæmonum. ab ipsis enim rumor falsus & seritur & fovetur. illa autem verba, cum hominum fama, adnecti debent istis, sic est negotium dæmonum. ut clausula sic accipiatur. Nec tamen mirum. sic est negotium dæmonum cum hominum fama, quæ &c. Hominum intellige, Christianorum. In MS. legitur, omnium.

Cum vestra vel sua Epona.] In exemplari legitur; cum vestra velepona. edidimus: cum vestra vel sua Epona. & veram esse hanc scripturam demonstrant ista Tertulliani, unde sua sumpsit Octavius. Vos tamen, inquit Septimius, non negabitis & jumenta omnia, & totos canterios cum sua Epona coli à vobis. Agebat pro Christianis Septimius apud Romani imperii antistites. cavit igitur ne quid inverecundius diceret,& canteriis ac jumentis suam Eponam, ridiculum numen adsignavit. Hic vero Octavius adhuc memor Cæciliani joci Plautinę prosapię,& familiarius agens apud Minucium suum adversus Cæcilium & alios ethnicos, nominata Epona & asinis dixit, vestra vel sua, ut, vestra, referatur ad Cæcilium & alios ethnicos; sua, ad asinos. Itaque sumpsit illud Tertulliani, cum sua Epona, & addidit, vestra. cum vestra vel sua Epona.

Et eosdem asinos cum Iside religiose decoratis.]Liber MS. devoratis, Mendose. Scripsimus, decoratis, quod proxime accedit ad veterem scripturam. nec absurdum erit opinari asinos illos Isidis gerulos aliqua nobiliori stratura cum Iside fuisse decoratos, cum Apulejus ipse narret Asinum suum istius Deæ gerulum à nonnullis etiam hordeo fuisse religiose donatum. Milet. VIII.

Strepitus per pudenda corporis expressos contremescunt.] Sic habet exemplar. Hic vero usurpare liceat quod Hieronymus lib. XIII. in Esaiam dixit de Pelusiaco cepe, Horribile & formidolosum

fuit

fuit hortensis apud Horatium Dei diffissa nate tonitru, quo decussi Canidiæ dentes, & exturbatum Saganæ caliendrum. & Martialis epigrammate ridetur misellus Aethon qui Iovem salutans in Capitolio pepedit; adfectus ob istud flagitium trinoctiali domicœnio. Cato, oratione de sacrileg. Domi cum auspicamus, inquit, servi, ancillæ, siquis eorum sub centone crepuit, quod ego non sensi, nullum mihi vitium facit. Fatuam admodum circa hæc superstitionem Metroclis Theophrasti discipuli narrat Laërtius. Et est Nicarchi epigramma εἰς πορδὴν, quo dicitur habere jus vitę & necis, ut reges. Inde igitur orta est adorandi religio. πορδὴ ἀποκτείνει πολλοὺς ἀδιέξοδος οὖσα &c.

Id in se mali facinoris admittunt.] Ferrarius & Priscianensis & ceteri omnes ediderunt, pessimi facinoris. Iure id quidem. sed adversus fidem exemplaris, quam etiam hic servari placuit, & nihilominus Malum intelligi tribus vel etiam innumeris superlativis pessimis pejus. Pag. 33.

Adulatio falsa blanditur.] Blanditur falsa, ut suprà, pag. 20. solatia rediviva blanditur.

Cruces nec colimus nec optamus.] Sed cum Apostolo gloriamur in cruce Dn. N. Iesu Christi. καὶ τί ἐστι τὸ καύχημα τοῦ σταυροῦ; ὅτι ὁ χριστὸς δι' ἐμὲ δούλου μορφὴν ἀνέλαβε, καὶ ἔπαθεν ἅπερ ἔπαθε, δι' ἐμὲ τὸν δοῦλον, τὸν ἀγνώμονα Chrysost.

Signa ipsa & Cantabra.] Tertullianus Apolog. Siphara illa vexillorum & Cantabrorum stolæ crucium sunt. & lib. 1. ad Nat. In Cantabris atque vellis, quæ non minore sanctitate militia custodit, Siphara illa vestes crucium sunt. & in l. 2. C. Theod. de Colleg. fit mentio signiferorum & Cantabrariorum. Quod in Glossario quodam legitur. Cantabra, vexilla, pallia; non dubito quin ille, quisquis fuerit glossographus, id scripserit à lectione Tertulliani. Stolas & vestes ibi legerat, adjecit pallia. Quæ autem differentia sit inter vexilla & cantabra, ex illis Septimii locis colligitur. Siphara sive stolas & vestes dicit vexillorum & cantabrorum. Vexilla autem vela sunt parva, colore quæque suo militibus nota. Cantabra quoque vexilla sunt, quæ non tantum colore militibus erant pro signo, sed & carmine seu nomine aliquo inscripta cantabant sive significabant illis aliquid grati & jucundi. Cantabra omnia erant vexilla: sed non omnia vexilla erant cantabra. Valde est notabilis in hanc sententiam locus ex lib. quadragesimo Dionis, ubi de rebus infaustis quæ M. Crasso acciderunt adversus

Parthos

Parthos moventi: σημεῖον δέ πτῶν μεγάλων, πῖς ἰχθύσι ἐοικότων, καὶ φοινικᾶ γεγράμματα πρὸς δήλωσιν ἔ πεφυτῶ ἐξ ἑφτηγὸς σφῶν ἔ αὐτοπεφότος & ἐχόντων, εἰς τὸν ποταμὸν ἐνέπεσε.

Tropæa vestra simplicis crucis faciem imitantur.] Crux simplex, rudis palus, solum staticulum ligni. Itaque ait Tertullianus lib. 1. ad Nationes: Cruces erunt intestina quodammodo tropæorum &c. Pars major crucis est omne robur quod recta statione defigitur. reliquæ partes sunt antenna & sedile. Idem Tertul. ibidem.

Pag. 34. *Ad strangulatos misero mortis genere.*] Pœna præposteræ, incluso spiritu cui quæreretur exitus. Plin. 11. c. 63.

Paricidium faciant antequam pariant.] Infra, dicet eundem sensum: Nec fratres vos, nisi sane ad paricidium, recognoscitis.

Gallum & Gallam sacrificiis viventes obruere.] In MS. sacrificii. Livius, XXII. Ex fatalibus libris sacrificia aliquot extraordinaria facta.

Græcum & Græcam, Gallum & Gallam.] Illos, ut viles ac despicatissimos: istos, ut odiosissimos & infensissimos hostes. in quorum caput omnia quæ execrarentur converti optarent. Inde illud Horatii: Gallis hanc, Philodemus ait.

Bellonam sacrum suum.] Sic legitur in exemplari. Sacro Bellonę tribuit Minucius, quod Tertullianus de sacratis & servientibus Bellonæ dixerat in Apolog. ubi & alia quædam notavimus.

Adversum nos dæmonum coitio mentita est.] In exemplari scriptum est, cotio. Hactenus editum fuit, concio. quasi hoc intelligi debeat de oratione Frontonis.

Pag. 35. *Et tuus Fronto.*] quem supra dixit Cirtensem. Is famosa declamatione Christianos oneraverat probris atrocibus.

Pag. 36. *Nec fratres vos, nisi sane ad paricidium recognoscitis.*] Nefandas libidines objicit Ethnicis. & fratres isti paricidæ noti sunt satis ex Petroniano Critone. Homo est etiam in semine. paricida est qui suum disperdit.

Aras non habemus.] Et tamen libro de Oratione Tertullianus dixerat Aram Dei, mensam convivio Dominico paratam. & aliis passim libris aras & altaria & sacerdotes & sacrificia.

Sit Dei homo ipse simulacrum.] Est quidem Dei figmentum & plasma. sed & dicitur Dei templum & numisma.

Hæc nostra sacrificia.] Notavimus ad Tertullianum in Apolog. & ad Scapulam.

In sole adeo, qui videndi omnib. causa est.] Ita scriptum est in exemplari. & hæc scriptura confirmatur eo quod sequitur paulo post: In sole adeo rursus intende.

Deo cognita, plena sunt.] Hoc est, Deo cognita sunt, Deo plena sunt. Deo sunt cognita, & plena ipso. Pag. 37.

Nec nobis de nostra frequentia blandiamur.] Ut ille apud Iuvenalem Sat. XIII.

Si curant igitur cunctos punire nocentes,
Quando ad me venient?

Plinius Hist. nat. II. Deos agere curam rerum humanarum credi ex usu vitæ est; pœnasque maleficiis aliquando seras, occupato Deo in tanta mole, nunquam autem irritas esse.

Flavii Iosephi, vel Antonii Iuliani.] In MS. scribitur Flavi Iosæpi & abrasæ membranæ superficies ostendit scriptum fuisse Antonini Iuliani.

Ceterum de incendio mundi aut improvisum ignem cadere, aut difficile non credere, vulgaris erroris est.] Hæc quidem est antiqui exemplaris scriptura. sed absque sensu. Nec placet quod in quibusdam editionibus tentatum fuisse video, Aut improvisum ignem cadere aut difficilem credere. Nec tamen arguo mutandi licentiam. nam est sane leviſſima mutatio. sed nihil juvat, nec tollit absurditatem sententiæ. Videamus igitur an restitui vera lectio possit repositis quæ sunt elocata. Ceterum, de incendio mundi, aut improvisum ignem credere, aut difficile non cadere, vulgaris erroris est. Ait Minucius, eos sentire cum vulgo, qui putant non esse provisum ignem idoneum tantæ conflagrationi; aut si fuerit provisus difficulter tot per ætates prohibitum, ne caderet. Hanc sententiam viris cordatis indignam esse docet. cum apud Deum semper in promptu, ac proinde tam facile sustineri & cohiberi, quam non difficile promi. Pag. 38.

Fontium dulces aquas maria nutrire in vim ignis abiturum.] Loci ante hac depravatissimi præclaram emendationem suggessit nobis vetus exemplar. nam sic omnino habet: Fontium dulcis aqua maria nutrire in vim ignis abiturum. Sic autem intelligenda est hæc scriptura, τὸ nutrire abiturum in vim ignis Stoicis constans opinio est. Illa vero quæ sequuntur, Quod consumpto humore mundus hic omnis igneſcat, supervacua sunt & sapiunt notulam de margine abreptam. neque aliud dicunt, quam id quod jam dictum est elegantius: Fontium dulces aquas maria

nutrire abiturum in vim ignis. Id est, maria non amplius nutrient, fontes aquis dulcibus, sed illud nutrire abibit in vim ignis: nutrimentum illud mutabitur in flammas, ebullient ignei torrentes de scaturigine fontium. Plinius Hist. nat. VII. 16. Raros patribus proceriores. consumente ubertatem seminum exustione, in cujus vices nunc vergat ævum. Et lib. II. 106. Natura sævit, exustionem terris denuncians, Heracliti & Hippasi Metapontini opinio fuit, τὸν κόσμον καὶ πάντα τὰ σώματα ἀναλοῦσθαι ἐν τῇ ἐκπυρώσει. Seneca nat. quæst. III. cap. 1. Ignis exitus mundi est. & cap. ult. ubi de diluvio: At illo tempore solutus legibus, sine modo fertur. Qua ratione, inquis? Eâdem qua conflagratio futura est. Utrumque fit cum Deo visum ordiri meliora, vetera finiri.

Loquitur Plato. partes orbis nunc inundare dicit.] Ita distinguendum erit, si retinenda videatur hæc scriptura vetus. Ceterum, malim notam & familiarem Minucio loquendi formam servari detracto inutili verbo, dicit, in hunc modum: Loquitur Plato partes orbis nunc inundare, alternis vicibus ardescere.

Mimico vitio digna ista sententia est.] Sic est in exemplari. Mimico vitio, hoc est, mimico more. uempe, risus undecumque captandi. Huncce morem Minucius austeritate Christiana vitium vocat, & opponit mimicum vitium philosophi studio. Quod in quibusdam editionibus reperitur, mimi convicio, aptius respondere videatur philosophi studio. Sed recte ait Minucius sententiam istam, animas hominum in pecudum & bestiarum corpora redituras, dignam esse mimico vitio. nam inter alia mimicæ artis vitia, illud est sane turpissimum, quod sæpe mimi pecudum & belluarum formas induunt.

Mimico vitio.] Tertullianus Apolog. Multis etiam jocis & otio opus erit, si velimus ad hanc partem lascivire. quis, in quam bestiam reformari velit.

Pag. 39. *De stygia palude sæpius ambientis ardoris.*] Styx novies interfusa. Servius. Novem circuli Stygis inferos, id est terram, cingunt.

Iurat religiose.] ---- ὅς τε μέγιστος ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι.

Illic sapiens ignis.] Sapientissimi artificis jussa exsequens. à sapientissimo artifice datus.

Ignes Ætnæ & Vesuvii.] In MS. hennei montis & lesui montis.

quæ

quæ sunt corrupta & intricata supervacuis interpretamentis.

Nos uxoribus nostris solummodo viri nascimur.] Nam à Fide vita nostra computatur. Pag. 40.

Aut profugus.] Quia jam, eo quod malus esse cupit, desiit esse Christianus. transfugit in castra Ethnicorum.

Disputaturi alias & plenius & uberius.] In MS. scriptum est, verius. quod est uverius, pro uberius. ut pag. 16. veribus. pro uberibus.

Ipsi, qui adversum se sententiam dixit insultat.] In exemplari: ipsi qui adversum se sententiam dixit stultat. Pag. 41.

Nec morte finitur.] Apud Ethnicos omnia morte finiuntur. etiam ipsa mors finitur. Et mori dicunt consumi, finiri, perire. Non item apud Christianos, qui de postuma vita sunt certi.

Miser videri potest, non inveniri.] Non semper ea sunt quæ videntur. At non inveniuntur nisi quæ re vera sunt.

Periisset in hostibus.] Apud hostes. in hostico.

Non dexteram solum, set totum corpus.] In hunc sensum legitur Martialis epigramma de arenario, cui nomen inditum Mucio quod exemplo Mucii Porsenæ focis ardentibus manum imposuisset. Nam cum dicatur tunica præsente molesta Ure manum, plus est dicere, Non facio. Tunc enim totus ardebit, & mortem omnino contempserit, quam vitare cupiebat, per simulatam constantiam manus ultro crematæ.

Perditæ mentes.] Delatores, calumniatores, adulatores, & hujusmodi aliæ generis humani pestes, Suprà, Quis non intelligat male sanos & vanæ & perditæ mentis in ista desipere? Pag. 42.

Licentia potestatis.] ---- Nihil est quod credere de se non possit cum laudatur dIs æqua potestas. Iuven. Sa. IV.

Cum mors sit. Somnio similis.] Felicitas sine Deo, mors est. Felicitas sine Deo somnio similis est.

In ludis currulibus.] Circensibus. nam in iis aurigationes & curricula ---- nempe volucrem Sic laudamus equum facili cui plurima palma Fervet, & exultat rauco victoria circo. Iuven. VIII.

Non minor furor & turpitudo prolixior.] In exemplari legitur, Non minor furore turpitudo prolixior. Quod minime spernendum est. etsi in eodem MS. sæpe coalescant hujusmodi syllabæ furore turpitudo, pro Furor & turpitudo.

Pag. 43. *Capilliſve ſolemus haurire.*] Viderint, inquit Septimius, qui per capillum odorantur. Sed longe plura idem, lib. de cor.

Æternis florib. vividam ſuſtinemus.] Suſtinemus, expectamus. Sic ſæpe apud Tertul. & alios.

Veritas divinitatis noſtri temporis ætate maturuit.] Nato inter homines Chriſto.

Pag. 44. *Vt de toto congruentius.*] Nam in iis tota erit noſtra diſputatio craſtina. Satis eſt quod hodie obtinuerimus id quod erat propoſiti caput.

FINIS.

JACO-

JACOBI OUZELI
AD
M. MINUCII FELICIS
OCTAVIUM
ANIMADVERSIONES.

M. MINUCII FELICIS

OCTAVIUM

ANIMADVERSIONES.

IACOBI OUZELI
AD
M. MINUCII FELICIS
OCTAVIUM
ANIMADVERSIONES.

DE Marci Minucii Felicis genere & ætate, præter ea, quæ ante nos ab aliis jam pridem occupata sunt, in præsenti nihil occurrit. Quod igitur (missis longis præloquiis) felix faustumque sit, aggredimur post exantlatos tot Doctissimorum Virorum labores, cogitationes quasdam nostras ad hunc Auctorem (quanta, dices, audacia!) publico judicio subjicere, quas si benignior aliqua afflaverit aura, nobis fortassis animum majora aliquando tentandi dabit. Interim à doctioribus, si alicubi à vero (quam facile enim hæc ætas talia secum adfert?) deflexerimus, eâ de re, absit modò Livor & Calumnia, admoneri nimium quantum cupimus, iis, pro tali beneficio apud nos posito, maximas grates, quantum quidem in nobis, aliquando persoluturi. Sed ad Minucium.

Fidelissimi contubernalis.] Sic apud Appulejum Milesiarum IX. Pag. 1. *Artissimi contubernalis*, & X. *Artissimo multumq; sibi dilecto contubernali.* Voce autem *contubernalis* quandoque denotantur ii, qui simul ac sub eodem tecto degunt. Plerumque tamen & propriè servorum uxores & liberi contubernales dicuntur, unde & *Contubernium* pro servili connubio. Inter servos enim non matrimonium sed contubernium contrahi dicitur, ut ex Iure Civili notum. In Militiâ quoque *Contubernium* undecim homines faciebant, auctore Vegetio lib. II. *Singula*, inquit, *contubernia, hoc est undecim homines deputantur.* Qui tali contubernio præerat, *Decanus*, ipse scilicet undecimus & caput contubernii, dicebatur. Sic Veget. lib. II. cap. VIII. *Erant Decani denis militibus præpositi; qui nunc caput contubernii vocantur.* In contubernio subjecti Decano à Vegetio *contubernales*, à Spartiano aliisque *commanipulares*, & *com-*

& *commanipulones* appellantur, ut & *contubernium* ipsum *commanipulatio*. Ceterùm Contubernales, & Adtubernales, hoc est, quorum tabernacula juncta sunt, dicti, ut Festus refert, à *Tabernis*. Tabernæ autem fiebant ex tabulis, ut idem ait, *unde & tabernacula dicta sunt licet ex tentis pellibus fiant*. Quomodo hunc locum Nobilissimus Josephus Scaliger legit. Et antiquissimis temporibus Romani tantum tabulatis domiciliis habitabant, ut Festus auctor est. Et Jurisconsultis Tabernæ appellatione omne utile ad habitandum ædificium indicatur. Propriè tamen Tabernæ dicebantur ædiculæ parvæ & plebejæ. Isidorus Orig. lib. XV. cap. 11. *Tabernæ olim vocabantur ædiculæ parvæ, & simplices in vicis, axibus & tabulis clausæ*. Diomedes lib. III. *Secunda species togatarum, quæ tabernariæ dicuntur, humilitate personarum & argumentorum similitudine Comœdiis pares, in quibus non magistratus regesq; sed humiles & privatæ domus inducuntur, quæ quòd olim tabulis regerentur, communiter Tabernariæ vocabantur*. Posteà verò usus obtinuit, ut *Tabernæ* appellatio simpliciter competeret domibus, in quibus merces venales exstabant. Horat. Satyrâ IV. lib. I.

Nulla Taberna meos habeat neque pila libellos.

Catullus.

Salax Taberna, vosq; contubernales
A pileatis nona fratribus pila.

Hinc apud Livium lib. XXVI. habes, *Tabernas argentariorum*, in quibus rei nummariæ negotiatio exercebatur, & etiam fœnebres pecuniæ deponebantur, quæ Romæ circa forum erant. Sic apud Scævol. L. pen. de legat. II. *Taberna ferraria* & alibi Ulpianus dixit *Tabernam caseariam*, pro loco ubi casei væneunt. L. sicut. §. Aristot. D. si servi vendic. Hinc quoque Cicero pro Flacco *Tabernarios* appellat eos qui in tabernis negotiantur: *Opifices*, inquit, *& Tabernarios, atque illam omnem fœcem civitatis, quid & negotii concitare?* Tabernæ etiam dicuntur pro Vinariis, ut Nonius Marcellus notat. Xenophon οἰνῶνας appellat. Vitruvius lib. 6. *Apothecas*. Sic Juvenalis. Sat. III.

---- Nam qui spoliet te
Non deerit, clausis domibus postquam omnis ubique
Fixa catenatæ siluit compago tabernæ.

Eadem velle vel nolle.] Sallustius bello Catilinario: *Idem velle, atque idem nolle, ea demùm firma amicitia est*. Cassianus in Collat. XVI. Abbatis Joseph. cap. 3. *Idcirco in his tantum potest indisrupta dilectio*

lectio permanere, in quibus unum propositum, unum velle, ac nolle consistit. Ennodius Euprepiæ, lib. VI. Epist. 3. *Et dum inter nos unum velle, & unum nolle consistit.* Sic Cicero oratione illâ pro Plancio: *Vetus enim,* inquit, *est lex illa justæ veræq; amicitiæ, quæ mihi cum jamdiu est, ut idem amici semper simus, neque est ullum certius amicitiæ vinculum, quàm consensus & societas consiliorum & voluntatum.* Atque è contrario libro III. in Verrem: *An tu majores ullas inimicitias putas esse, quàm contrarias hominum sententias, ac dissimilitudines studiorum ac voluntatum? Fidem sanctissimam in vitâ qui putat, potest ei non inimicus esse, qui Quæstor Consulem suum, consiliis commissis, pecuniâ traditâ, rebus omnibus creditis spoliare, relinquere, prodere, oppugnare ausus sit? Pudorem & pudicitiam qui colit, potest æquo animo istius cottidiana adulteria, meretriciam disciplinam, domesticum lenocinium videre?* &c. Hinc & Thucydides lib. III. εἰδότες ὅτε φιλίαν ἰδιώταις βέβαιον γιγνομένην, ὅτε κοινωνίαν πόλεσιν ἐς ὅδε, εἰ μὴ μεῖ' ἀρετῆς δοκούσης ἐς ἀλλήλους γίγνοιντο, & τἆλλα ὁμοιότροποι εἶεν.

Crederes unam mentem in duobus fuisse divisam.] Barthius mavult *indivisam*, & adducit hæc ex Corippi libro I. de laudibus Justini.

Divinis animis inerat dolor ille parentis,
Ante pios oculos mitis versatur imago
Illa movet mentem, penitusq; in pectore utroque
Indivisa manens pia numina numine complet.

Sed certè correctione hâc supersedere potuisset Vir Clarissimus. Minucio enim mens una in duobus corporibus divisa, idē est, ac si dixisset, una tantùm anima ambobus infusa, ac quasi inter nos partita erat. Planè ut Horatius lib. II. Od. XVII. ad Mæcenatem ait:

Ah te meæ si partem animæ rapit
Maturior vis, quid morer altera.

Et lib. I. Od. III. de Virgilio.

Et serves animæ dimidium meæ.

Signum verissimæ amicitiæ, à Pythagorâ demanatum, illius enim erat, σώματα μὲν πολλά, ψυχὴ δὲ μία. Quod etiam cumulus scriptorum expressit. Et locis, ab aliis ad Minucium jam observatis, addere hæc poteris. Arator lib. I. Histor. Apostol.

Ecce tot egregiis unum cor inesse catervis
Cernitis, utq; animam populus nanciscitur unam.

Prudentius lib. II. contra Symmachum.

---- Nec enim sit copula Christi
Digna, nisi implicita societ mens unica gentes.

Arnobius lib. II. adversus Ge[illegible]es: *Vosq; cæteri qui estis unius mentis.* Gulielmus Brito lib. III. Philippidos.

---- Mens omnibus una
Conatu toto totas expendere vires.

Nicomachiorum Interpres, vulgò Androm[illegible] τοὺς σφόδρα φίλους δι-λοῦντες, μία ψυχή φασι. Plutarchus in περὶ πολυφιλίας. Τῆς φιλικῆς συμφωνίας καὶ ἁρμονίας οὐδὲν ἀνόμοιον, οὐδὲ ἀνώμαλον μέρος, ἀλλ' ἐξ ἁπάντων ὁμοίως ἐωχόντων, ὁμολογεῖν καὶ ὁμοδοξεῖν &c. ὥσπερ μιᾶς ψυχῆς ἐν πλείοσι διῃρημένης σώμασι. Cyprianus de duplici martyrio. *Quos arctissima jungit amicitia propter summum animorum consensum unus animus esse dicuntur.* Suidas. Ἕνωσις, διὰ τὸ εἰς ἓν συνωθεῖσθαι τὰ πράγματα. γίνεται δὲ κατὰ δέκα τρόπους. κατ' οὐσίαν, ὡς ἐπὶ ψυχῆς καὶ σώματος: κατὰ σχέσιν, ὡς ἐπὶ τῶν γνωμῶν, ὡς ἓν θέλημα, &c. Cassianus I. I. *Cuncti ad significandam sodalitatis sensusq; nostri parilitatem, pronunciant, unam mentem atque animam duobus inesse corporibus.* Virgilius Æneid. III. *Omnibus idem animus.* ---- ubi Servius. *Idem* plus est quàm si diceret *similis.* Vide in Sacris Litteris Iechezkel. cap. XI. com. XIX. Iirmejæ cap. XXXII. com. XXXIX. Psalm. CXXXIII. com. I. Ecclesiast. cap. XXV. com. II. Actor. cap. IV. com. XXXII. Epist. ad Roman. cap. XII. com. XVI. & cap. XV. com. V. I. ad Corinth. cap. I. com. X. ad Philip. cap. I. com. XXVII. & cap. II. com. II. & cap. III. com. XVI. I. Petr. cap. III. com. VIII.

Discussâ caligine.] Seneca in Hercule Oetæo.

---- Nube discussâ diem
Pande, ----

Claudianus de laudibus Stiliconis lib. II.

---- Vultuque sereno
Discussis tenebris in lucem sæcula fudit.

Boëthius de Consolatione lib. I. Metr. III.

Tunc me discussâ liquerunt nocte tenebræ.

Appulejus Milesiar. lib. II. sub initio: *Nocte discussâ sol novus diem fecit.*

Negotii gratiâ Romam contenderat.] Milesiarum scriptor lib. I. *Thessaliam ex negotio petebam.* Ammianus Marcellinus lib. XXII. *Ex negotio fortè apud Constantinopolim repertus.* Et lib. XXIX. *Constantinopoli, quam ex negotio familiari petebat.*

Dimidiata verba tentantibus.] Hæc Prudentius in Martyre Romano *signa verborum* appellavit.

Sic sæpè dixi, dum docenti alluderes,

Et

Et garrulorum signa verborum dares
Isac fuisse parvulum patri unicum.

Loquelam, ipso offensantis linguæ fragmine, dulciorem.] Basilius Seleuc. Oratione VII. in Abrahamum. ὡς γὰρ ηὐξήθη τὸ βρέφος, καὶ ψελλίζμασι τῶν γονέων πόθον ἐτίτρωσκε, σωηυξάνετο τῷ βρέφει τῶν γονέων τὸ φίλτρον. Hujus autem dimidiatæ loquelæ, & ob id dulcioris, specimen exstat apud Salvianum Epistolâ IV. ubi Palladia à parentibus ipsius balbutientem sermonem imitantibus, Donnula vocata. *Advolvor vestris, ô parentes carissimi, pedibus, illa ego vestra Palladia, vestra Gracula, vestra Donnula, cum quâ his tot vocabulis quondam, indulgentissimâ pietate, lusistis. Quæ vobis per varia nomina nunc fuit mater, nunc avicula, nunc domina.*

Gaudio exultaverim.] Servius ad X. Æneid. ℣. 643. *Exultare est gaudere.* Appuleius Metamorph. VIII. *Statim exultantes in gaudium.* Pag. 2.

Cùm jam & aviditatem desiderii frequens assiduitatis usus implêsset.] *Assiduitas* in his verbis, ut rectè Barthius animadvertit, non temporis longinquitatem, (quæ enim hæc poterat censeri duorum dierum spatio confecta?) sed consessum valet. Veteribus enim moris erat, ut collocuturis inter se cuique cathedram ponerent, quâ ante & à tergo quiescere possent. Seneca lib. I. de Clementiâ cap. IX. *Renuntiari autem extemplò amicis, quos in consilium rogaverat, imperavit, & Cinnam unum ad se accersit: dimissisq; omnibus è cubiculo, cùm alteram Cinnæ poni cathedram jussisset: Hoc, inquit, primùm à te peto, ne me loquentem interpelles, ne meo sermone medio proclames: dabitur tibi loquendi liberum tempus.* Sic igitur Minucius *assiduitatis* vocabulo, continuum illum consessum innuit, quod & ipse indicat, addens *placuit Ostiam petere amœnissimam civitatem*, quasi diceret, placuit nobis continuum illum consessum amœnâ quâdam alternatione recreare. Est & alioquin *assiduus*, qui uni rei locoque incumbit, & adhæret. Ita *Assiduus canis* apud Columellam *Erroneo* opponitur.

Quòd esset corpori meo.] Barthius legit *Quoad esset corpori meo.* sed nihil mutandum.

Ad vindemiam feriæ judiciariam curam relaxaverant.] Julio & Augusto mensibus lites & judiciarias res apud veteres foro cessisse notum est. De priori Plinius Junior lib. VIII. Epist. XXI. *Ut qui jam nunc adsuescerent, & ab otiosis, & in triclinio audiri. Julio mense quo maximè lites interquiescunt.* De utrisque Seneca Apolocynt. ubi, intempestivam Claudii diligentiam irridens, quòd etiam tem-

pore messis ac feriato judiciis non abstinuisset, cum ita ad Herculem loquentem effingit: *Nam, si memoriâ repetis, ego eram, qui tibi ante templum tuum jus dicebam totis diebus mense Iulio & Augusto.* Hoc quoque tempus Statius Papinius lib. IV. Silvarum ad Marcellum innuit.

Certè jam Latiæ non miscent jurgia leges,
Et pacem piger annus habet messesq; reverse
Dimisêre forum, nec jam tibi turba reorum
Vestibulo queruliq; rogant exire clientes
Cessat Centeni moderati judicis hasta.

Vulgò hoc *differre*, vel *proferre res* dicitur. Seneca de brevitate Vitæ. cap. VII. *Diripitur ille toto foro patronus, & magno concursu ultrà quàm audiri potest complet. Quando, inquit, res proferentur? Præcipitat quisque vitam suam, & futuri desiderio laborat, præsentium tædio.* Tacitus lib. II. Annal. *Res eo anno prolatas haud referrem, ni prætium foret Cn. Pisonis, & Asinii Galli super eo negotio diversas sententias nosse.* Et licet quidam inter *proferre* & *differre res* distinctionem quandam velint, Tacitus tamen, eodem libro res prolatas, easdem & dilatas vocat: *Magnis utrinque contentionibus acta, sed res dilatæ.* Hanc rerum prolationem Seneca quoque rerum judicandarum vacationem appellat, Apolocynt. ubi Augustus sententiam de Claudio ex tabellâ, more veteri, sic recitat. *Placet mihi in eum severè animadverti, nec illi rerum judicandarum vacationem dari, eumq; quamprimùm exportari, & cœlo intra dies xxx. excedere, Olympo intra diem tertium.*

Uti autem res prolatæ dicebantur, dum lites & fori negotia cessabant, ita rediisse, dum denuò agi incipiebant. Cicero in Oratione post reditum in Senatu. *Quid? ut ad illam diem, res cùm redissent, rogarentur, ut pari studio convenirent?* Et pro P. Sextio. *Decrevit eodem tempore Senatus, ut iis, qui ex Italia salutis meæ causâ convenirent, agerentur gratiæ: atque ut iidem ad res redeuntes, ut venirent, rogarentur.* Hinc etiam apud Plautum in Captivis Act. I. Sc. I. Parasitus inquit:

Prolatis rebus Parasiti venatici
Sumus: quando res redierint Molossici
Odiosiciq;, & multum incommodistici.

Molli vestigio.] Pedi sive plantæ. Hâc enim voce scriptores id quod infra talos est, atque adeò sæpè ipsos pedes denotant. Manilius lib. IV.

Cruraq; defendit juvenis vestigia piscis.

Ovidius

Ovidius lib. v. Metamorph.

---- tenuit vestigia tellus.

Gratius Cynegetico.

Effuge qui latâ pandit vestigia plantâ.

Claudius lib. I. de raptu Proserpinæ.

---- simul procedit Iacchus
Ebria Mæoniis fulcit vestigia thyrsis.

Agellius lib. v. cap. XIV. *Ego stirpem ingentem vestigio pedis ejus inhærentem revelli, conceptamq; saniem vulnere intimo expressi.* Odo Abbas Cluniacensis.

Convivas epuli mundos Deus esse supernè
Vt docet, & servis Dominus vestigia lavit.

Witechindus scriptor ante annos Iɔcc, & Odoni coævus, lib. III. de rebus Saxonicis. *Filius cum genero castra ingressi regalibus vestigiis prosternuntur.*

Manum ori admovens osculum labiis pressit.] In adorationis ritu manum ori admoveri solitam, jam pridem à doctissimis in hoc genere viris notatum est; quorum diligentiæ ac famæ nihil detractum volumus, etiamsi hâc occasione ad Minucium quædam delibemus. Lucianus περὶ θυσιῶν. Ὅδε πένης ἱλάσατο τὸν θεὸν, φιλήσας μόνον τὴν αὐτοῦ δεξιάν.

Idem paullò clariùs περὶ Ὀρχήσεως. Ὅπου καὶ Ἴνδοι, ἐπειδὰν ἕωθεν ἀναστάντες προσεύχονται τὸν ἥλιον οὐκ ὥσπερ ἡμεῖς τὴν χεῖρα κύσαντες, ἡγούμεθα ἐντελῆ ἡμῶν εἶναι τὴν εὐχήν. Sic Appulejus Milesiar. IV. *Et admoventes oribus suis dextram, priore digito in erectum pollicem residente, ut ipsã prorsus Deam Venerem religiosis adorationibus venerabantur.* Idem Apolog. *Nam ut audio percensentibus iis, qui novêre, nulli Deo ad hoc ævi supplicavit, nullum templum frequentavit. Si fanum aliquod prætereat nefas habet adorandi gratiâ manum labris admovere.* Manum verò prius osculari solebant, ac tum demũ eam versus illum, quem adorabant, prorigebant; ut rectè contra Lipsium observat Vir stupendæ & ad miraculum reconditæ eruditionis Excellentissimus Salmasius in Notis ad Flavii Vopisci Probum. Et hoc dicebant *oscula jacere*, & *basia jactare*. Tacitus lib. I. Historiar. *Nec deerat Otho protendens manus, adorare vulgum, jacere oscula, & omnia serviliter pro dominatione.* Juvenalis Satyrâ IV.

Blandaq; devexæ jactaret basia rhedæ.

Phædrus fab. LXXXVII. lib. v. *---- jactat basia*
Tibicen ----

Id est, adorat; jacere autem osculum is propriè dicitur, qui prius manum osculatur, & deinde eam protendit ad eos, quorum honori ac venerationi dat illud osculum. Sic olim Gentiles Deos suos, sic imperatores & principes suos, & imperatorum imagines, æquè ac deorum simulacra adorabant; Denique omnes etiam illos quibus maximum honorem, vel verè, vel etiam adulationis gratiâ tribuere volebant. & ita olim histriones populum in scenâ adorare consueverant. Tacitus lib. XVI. Annal. de Nerone histrionem, & quidem verum, agente: *Postremò genu flexus, & cœtum illum manu veneratus est.* Vetus Epigramma à Salmasio editum.

Ingressus scenam populum saltator adorat.

Vocatur hoc *osculum labratum.* Glossæ veteres *labratum* interpretantur φίλημα βασιλικόν, & ἀσπαστικὸν βασιλέως. Quod non intelligendum, quasi soli tantum imperatores hoc genere *labrati osculi* salutarentur, id est, adorarentur. Constat enim histriones & pantomimos, ac id genus alios, dextrâ labris admotâ, populum adorare solitos; uti &, quod ferè idem est, de aurigis, qui, loco dextræ, flagellum, dextrâ comprehensum, osculabantur, atque hoc modo prætereuntes venerabantur. Ego verò in Glossis ideò φίλημα βασιλικόν, & ἀσπαστικὸν βασιλέως, dici existimo, non, quòd solummodo imperatores & principes tali honore afficiebantur, sed quòd plurimùm, iisque quasi proprius adorationis cultus esset; cùm autẽ ad alios deferebatur, id tralatiè & plerumque blandimenti, vel adulationis ergò fieri solitum. Atque hinc concludo Glossographum denominationem à digniore petiisse. Ceterùm hunc morem deos adorandi sanè antiquissimum, & non solum Romanis, sed & Orienti in usu fuisse, manifestum est ex historiâ Sacrâ Job cap. XXXI. commate. 26, 27. & 28. אם אראה אור כי יהל וירח יקר הולך: ויפת בסתר לבי ותשק ידי לפי: גם הוא עון פלילי כי כחשתי לאל ממעל: id est, *Si vidi Solem cum splendesceret aut Lunam nobiliter incedentem, & seductum est in abscondito cor meum, & admota est manus mea ori, etiam hæc est iniquitas à judice vindicanda, quia sic negâssem Deum supremũ.* Vbi ותשק ידי לפי LXX. reddunt εἰ δὲ χεῖρά μου ἐπιθεὶς ἐπὶ στόματί μου ἐφίλησα, *si manum meam ori admotam deosculatus sum.* Symmachus, καὶ προσεκύνησεν ἡ χεῖρ μου περὶ τὸ στόμα μου: *& adoravit manus mea circum os meum.* Hieronymus, *Et osculatus sum manum meam ore meo.* Sæpiùs verò in Hebræorum phrasi Deosculatio est Adoratio. Hieron. lib. I. contra Ruffinum. *Qui adorant solent deosculari manum, & capita submittere*; & paullò pòst: *Hebræi juxta linguæ suæ proprietatem deosculationem*

lationem pro veneratione ponunt. Hinc & Pſalm. II. נשקו בר Aquila vertit καταφιλήσατε ἐκλεκτῶς, *oſculamini electè.* Symmachus προσκυνήσατε καθαρῶς, *Adorate purè.* nunc redditur *Adorate* vel *Oſculamini filium.* בר enim utrumque & *purum* ſive *electum*, & *filium* denotat. Hieronym. contra Ruffinum. *Bar*, inquit, *& filius dicitur, & electus ac purus. Quid igitur peccavi ſi verbum ambiguum diversâ interpretatione converti? & qui in commentariolis, ubi libertas eſt differendi, dixeram adorate filium, in ipſo corpore, ne violentus viderer interpres & Iudaicæ calumniæ locum darem, dixerim adorate purè ſive electè: quod Aquila quoque & Symmachus tranſtulerunt.* Meliùs tamen illi, qui בר Chald. per *filium* interpretantur, quàm qui à verbo ברר *purificavit* ſive *elegit*, deducunt; præcedit enim com. IX. בני אתה *filius meus es tu.* Et ſic etiam ſumitur Proverbior. cap. XXXI. com. II. ut notat AbenEſra, & ex hoc loco præcedentem exponit, ut utrobique eodem ſenſu בר pro *filio* ponatur. Hæc obiter ἐς ὡς ἐν παρόδῳ, redeamus ad inſtitutum. Ita idem verbum נשק ſumitur Reg. I. cap. XIX. com. XVIII. ubi habetur כל הברכים אשר לא כרעו לבעל וכל הפה אשר לא נשק לו: *Omnia genua quæ non curvaverunt ſeſe ipſi Baal, & omne os quod non oſculatum eſt eum.* LXX vertunt. Πάντα τὰ γόνατα ἃ οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ βαὰλ, καὶ πᾶν στόμα ὃ οὐ προσκυνήσεν αὐτῷ. Apud Hoſeam cap. XIII. com. II. ישקון *Oſculentur*, Symmach. & Theodor. reddiderunt, *adorantes*, Aquila καταφιλοῦντες, *Oſculantes.* Hieronym. *Pro eo quod juxta Symmachum & Theodotionem vertimus adorantes, Aquila interpretatus eſt* καταφιλοῦντες, *id eſt, deoſculantes. Qui enim adorant, ſolent deoſculari manum ſuam, quod Iob feciſſe ſe negat, dicens, ſi oſculatus ſum manum meam apponens ori meo. &c.*

Marce frater.] Fratris nomine non ſolum vocantur germani, ſed etiam qui ſimilibus conveniunt moribus, pareſque per omnia ſunt; & ita Octavius Minucium fratrem appellat. Sic ἀδελφαὶ Græcis. Suidas Ἀδελφαὶ οἰκεῖαι, ἁρμόζοντα. Heſychius, Ἀδελφιζίας, κοινωνίας.

Lateri tuo inhærentem.] Martialis.

Deinde hærere tuo lateri, præcedere ſellam.

Appulejus Mileſiar. lib. II. *Hujus adhærebat lateri ſenex jam gravis annis.* & lib. IX. *Nequiſſima anus adhærens lateri temerarius adulter.* Hieronymus ad Furiam. *Nec procurator calamiſtratus, nec formoſus collactaneus, nec candidulus ac rubicundus aſſecla adhæreat lateribus.*

Lapides unctos.] Unctos vocat lapides Octavius, quia gentibus in more poſitum erat lapides, quos pro Dîs Vialibus & Terminalibus colebant, unguentis delinire. Dii Viales nimirum nonnunquam

quam ex uno lapide, & effigiato; aliquando etiam ex congerie multorum lapidum, sive congeries illa lapidum Dea adorata oleo, ut Dii Viales & Terminales. De unctura vialium, Appulejus lib. 1. Floridorum, ubi & alia similis superstitionis recenset. *Neque enim justius religiosam moram viatori objecerit, aut ara floribus redimita, aut spelunca frondibus, aut quercus cornibus onerata, aut fagus pellibus coronata; vel etiam colliculus sepimine consecratus, vel truncus libamine humigatus, vel lapis unguine delibutus.* Clemens Alexandrin. Stromat. lib. VII. οἱ αὐτὶ δ' ἔτοι πᾶν ξύλον ἢ πέτρα λίθον, τὸ δὴ λεγόμενον, λιπερὸν προσκυνοῦντες. De Terminalibus. Auctores passim de Limitibus agrorum. Quos inter Siculus Flaccus terminorum defigendorum ritum eleganter oppidò describit. *Cùm terminos*, inquit, *disponerent, ipsos quidem lapides in solidam terram collocabant proximè ea loca, quibus fossis factis defixuri eos erant, & unguento velaminibusq; & coronis eos coronabant. In fossis autem quibus posituri eos erant, sacrificio facto, hostiâque immaculatâ cæsâ, facibus ardentibus, in fossâ cooperti sanguine instillabant, eoq; fruges & thura jactabant: favos quoque & vinum, aliaq; quibus consuetudo erat terminis sacrum fieri, in fossâ adjiciebant, consumptisq; omnibus dapibus igne, super calentes reliquias lapides collocabant, atque ita diligenti curâ confirmabant.* Atque hinc plurima scriptorum loca capienda sunt. Tit. Lucretius lib. v.

---- velatum sæpè videri
Vertier ad lapidem ---

Virgil. lib. XII. Æneid. circa exodium.

---- saxum circumspicit ingens
Saxum antiquum, ingens, campo qui fortè jacebat
Limes agro positus, litem ut discerneret arvis.

Papinius lib. v. Theb.

---- rapit ingenti conamine saxum
Quo discretus ager ---

Juvenalis Satyrâ XVI.

Improbus aut campum mihi si vicinus ademit,
Aut sacrum effodit medio de limite saxum.

Seneca Tragicus Hippolito.

---- nullus in campo sacer
Divisit agros arbiter populis lapis.

Aurel. Prudentius lib. II. contra Q. Symmachum.

Exercere manum non pœnitet, & lapis illic
Si stetit antiquus, quem cingere soverat error

Fascio-

Fasciolis, aut gallinæ pulmone rogare,
Frangitur & nullis ejulatur terminus extis.

Sic *terminales lapides* appellat Ammian. Marcellinus lib. XVIII. Eodem sensu & Paulus JC. lib. v. Receptar. sent. tit. XXII. dicit *arbores terminales*. Uti & JCti leg. I. §. 3. D. de Term. moto, indiscriminatim *arbores lapidésve terminales*. Ovid. lib. II. Fastor.

Termine, sive lapis, sive es desertus in agro
Stipes, ab antiquis tu quoque nomen habes.

Tibullus lib. I. Eleg. I. Appulejus in Apologiâ. *Negant se vidisse aut lapidem unctum, aut ramum coronatum in finibus ejus.* Frequentiùs tamen lapis *Terminus* erat. Tibul. lib. I. Eleg. III. Propert. lib. Eleg. IV.

Aut quicunque sacer qualis ubique lapis.

Acervi etiam ex lapide congesto, pro terminis erigebantur, ut χεύμοι *Lapides finales* in Gloss. & Sosipater *Grumi*, οἱ τῶν ὅρων λίθοι. De quibus vide J. Bourdelotium ad illud Petronii, *Grumorum eminentium fragmenta*. Ab auctoribus de agris limitandis vocantur hi acervi *Scorpiones*, quia in metam ac conum desinebant. Quicquid enim in tutulum & fastigium elatum est, à Græcis σκορπὸς dicitur. De unctură autem & cultu congeriei hujus & acervorum Theophrastus περὶ δεισιδαιμον. καὶ τῶν λιπαρῶν λίθων τῶν ἐν ταῖς τριόδοις, παρελὼν ἐκ τῆς ληκύθου ἔλαιον καταχεῖν. καὶ γόνατα πεσὼν καὶ προσκυνήσας, ἀπαλλάττεσθαι. Hi lapidum acervi in proœmio Oraculorum, quæ vulgò Sibyllarum nomine gaudent, quàm benè jam non disputo, vocantur συγχώματα λίθων.

Καὶ λίθινα ξόανα, καὶ ἀγάλματα χειροποίητα,
Κἂν παρόδοισι λίθων συγχώματα ταῦτα σέβεσθε.

Fiebant autem acervi lapidum, Græcis Ἑρμαῖοι λόφοι dicti, in biviis, triviis, quadriviis in honorem Mercurii, ad Hermulas, quas vocabant, hoc est, statuas Mercurii quadratas, ad itinera demonstranda. quos viatorum quisque præteriens crebro jactu lapidū augebat, ut ita facilius viam indicarent. Hâc de causâ est, quòd Mercurium lapidū congeriem dixerint. Isidorus in Glossis: *Mercurii, lapidum congeries in cacumine collium*. De his Corn. Severus in Ætnâ.

--- qualis acervus
Exsilit imparibus jactis ex tempore saxis.

Dicuntur acervi illi Ἕρμακες Nicandro in Theriacis:

Τῶν οἱ μὲν λίθακάς τε, καὶ Ἕρμακας, ἐννεάουλες.

Ubi sic Scholiastes: Ἕρμακας, τοὺς ἑρμαίους καὶ λιθώδεις τόπους. οἱ ἕρ-

μακας, λίθους σεσωρευμένους εἰς τιμὴν τοῦ Ἑρμοῦ. De his etiam Epigramma Antholog. lib. IV. cap. XII. intelligendum est.

Ἱερὸν Ἑρμείῃ με παραστείχοντες ἔχευαν
Ἄνθρωποι λίθινον σωρὸν ----

Et illud Heliodori Æthiopicor. lib. IV. καὶ ἐδόκει ναοῖς ἐπιγράφειν εἰ χωρισθεῖεν, ἢ ἀγάλμασιν ἐπισήμοις, ἑρμαῖς τε καὶ λίθοις ἐπὶ τριόδων. Quam verò rationem gentiles sunt commenti de jactu lapidum à Deorum singulis, cùm Mercurius à Junone ob patratam Argi cædem accusatus, calculum esset subiturus, vide sis apud Didymum, sive alium, ad Odyss. Π. ad illud Poëtæ:

Ἤδη ὑπὲρ πόλιος, ὅθι δ' Ἑρμαῖος λόφος ἐστίν.

Ubi inter alia ait: Ὅθεν καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἄχρι τοῦ νῦν εἰς τιμὴν Ἑρμοῦ κατὰ τὰς ὁδοὺς διὰ τὸ τὸν θεὸν εἶναι τοῦτον καθηγεμόνα, καὶ τρόπον τῶν ἐκδικούντων, σωροὺς ποιεῖν λίθων, καὶ διάγοντας, προβάλλειν λίθους καὶ τούτους καλεῖν Ἑρμαίους λόφους. Ab hoc ritu adagium est apud Hebræos, זורק אבן למרקולים id est, *spargit lapidem in Merkolis*. De quo Drusius proverbiorum classe primâ. lib. II. proverb. XXXIV. Et huc etiam quidam trahunt illud quotquot fuerunt Regis Sapientissimi Salomonis, Proverb. XXVI. com. VIII. כצרור אבן במרגמה כן נותן לכסיל כבוד: Ubi Vulgata, *Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii, ita qui tribuit insipienti honorem*; quanquam illud במרגמה, Interpretes Græci, Chaldæus paraphrastes, recentiorumque plerique *fundam* reddunt. Ceterùm hic jaciendi lapides mos etiam obtinuit apud Indos, & Arabes, hodieque adhuc apud Muhammedanos viget. Quâ de re elegans locus est hominis Christiani, sed qui Arabicè adversus Muhammedanos scripserit. Ejus verba Latinè reddita habentur apud Vincentium Bellovacensem lib. IV. Speculi Historialis: *Duarum Indiæ gentium, quæ vocantur Zechiam & Albarachuma, antiqua consuetudo fuit, nudos & decalvatos, magnisque ululatibus personantes simulachra Dæmonum circum ire, angulos quoque osculari, & projicere lapides in acervum, qui quasi pro honore Diis exstruebatur. Inde est, quòd in libro Salomonis dicitur; Qui projicit lapidem in honorem Mercurii. Faciebant autem hoc bis in anno; Sole scilicet existente in primo gradu arietis, & rursùs, cùm esset in primo gradu Libræ: hoc est, initio Veris & Autumni. Hæc ergo consuetudo cùm ab Indis ad Arabes descendisset; eamque suo tempore apud Mecham in honorem Veneris Mahumed celebrari reperisset: sic illam manere præcepit, cùm tamen cetera idololatriæ vestigia removisset. Illud verò soli Veneri in illâ celebratione dicitur exhiberi solitum, ut lapilli retrò, id est, sub genitalibus membris projicerentur, eò quòd*

Venus

Venus maximè partibus illis dominetur. Vnde id adhuc hodie fit in domo Dei illicitâ quam vocant. Hactenus ille. Nec minus eleganter Bernhard. Breidenbachius ex Petro Alphonso, cujus verba, etsi aliquomodo prolixiora sunt, tamen quia insignem quoque hâc de re lucem adferre possunt, non gravabor ea huc transcribere. Sunt verò ejusmodi: *Hic ergo siste gradum, & ego tibi apertè monstrabo qualis illa domus priùs extiterit* (loquitur de æde Meccana) *quod ibi fuerit sacrum, & cur illucire, &, quæ dicta sunt, Mahumet facere jusserit. Duo filii Loth, Ammon scilicet & Moab, hanc domum honorabant, ibiq; duo colebant Idola, unum ex albo factum lapide, quod Mercurium; alterum ex nigro, quod Camos appellabant. Et istud quidem, ex nigro lapide, in honore Saturni, alterum ex albo in Martis honorem, venerabantur. Et bis in anno ad hæc Idola adoranda eorum ascendebant cultores. Ad Martem quidem quando Sol primum intrat arietis gradum, quoniam aries honor est Martis, in cujus discessione, ut mos erat, lapides jaciebantur. Ad Saturnum verò, quando Sol primum gradum libræ ingrediebatur, quia libra honor erat Saturni; sicq; nudi ac tonsis capitibus thurificabant. Arabes quoque cum Ammonitis & Moabitis hæc Idola adorabant: Longissimo post tempore veniens Mahumet, pristinam gentis consuetudinem nolens tollere, quasi mutato quodammodo more inconsutis, opertos tegumentis domum circumire permisit. Sed ne videretur Idolis sacrificare præcipere Saturni simulachrum in pariete in angulo domus constituit, cujus ne appareret facies, dorsum tantùm extrà posuit. Idolum verò Martis, quod undique erat sculptum, subtus terram misit, lapidesq; supposuit. Hominibus autem, qui ibi ad adorandum conveniunt, lapides istos osculari præcepit, & humiliatis tonsisq; capitibus intra crura lapides retrò jactare, qui & dorsa denudabant, quod est signum pristinæ legis, & ad effugandum dæmones, se hoc modo lapides jacere dicunt, quos clàm in eo ritu potius venerantur. Et hæc est illa præclara Muhammeti industria, imò malitia, ut cùm à ceterorum cultu Idolorum suos inhibuerit, istud tamen in honorem Veneris apud Meccham suam fieri permisit.* Hæc ille, quibus jam acquiesco. Vide tamen sis CL. Buxtorfium Lex. Talmud. voce מרקוליס.

Coronatos.] Simulachra Deorum coronis, sertis floribusque ornare gentibus in more fuisse, passim apud auctores observare licet. Arnobius adversus gentes lib. VII. *Etiamne Dii sertis, coronis afficiuntur, & floribus?* Lactantius Divinar. Institut. lib. II. cap. I. *Postquam deseruit, & pericula recesserunt; tum verò alacres ad deorum templa concurrunt; His libant, His sacrificant; Hos coronant.* Clem. Alexandr. παιδαγ. lib. III. c. VIII. Εἴρηνται πάντων στεφάνων οἱ τῷ λόγῳ

λόγῳ παιδαγωγούμενος. οὐκ ἐπικαταδεῖν δοκοῦσιν τὸν λόγον, ἐν ἐγκεφάλῳ τοῦτον ἱδρυμένον· οὐδ' ὅτι κωμαστικῆς ἀγορωχίας σύμβολον ὁ στέφανος εἴη, ἀλλὰ γὰρ ὅτι τοῖς εἰδώλοις κατωνόμασται. ὁ γοῦν Σοφοκλῆς τὴν νάρκισσον ἀρχαῖον μεγάλων θεῶν στεφάνωμα προσεῖπε, τῶν χθονίων λέγων· ῥόδῳ δὲ τὰς Μούσας Σαπφὼ καταστέφει. Οὐ γὰρ μετέχεις ῥόδων τῶν ἐκ Πιερίας. κρίνῳ δὲ ἥδεσθαι τὴν Ἥραν φασὶ, καὶ τὴν Ἄρτεμιν μυῤῥίνῃ. Tertullianus de Corona militis, cap. VII. *Saturnum Pherecydem ante omnes refert coronatum, Iovem Diodorus post devictos Titanas. Dat & Priapo tænias idem, & Ariadnæ sertum, &c.* ac paullò pòst. *Plura quærentibus, omnia exhibebit præstantissimus in hac quoque materiâ commentator Claudius Saturnius. Nam est illius de Coronis liber, & origines, & caussas, & species, & solennitates earum ita edisserens, ut nullam gratiam floris, nullam lætitiam frondis, nullum cespitem, aut palmitem, non alicujus capiti invenias consecratum.* Sufficiant hæc è Christianis scriptoribus. Plinius lib. XVI. cap. IV. ait, Antiquitùs neminem nisi Deos, coronis ornari solitum. Et lib. XXI. cap. II. *Coronæ Deorum honos erant, & Larium publicorum privatorumq́;.* Cato de Re Rusticâ, cap. CXLIII. *Kalendis, Idibus, Nonis festus dies cum erit coronam in focum indat.* nempe in honorem Laris familiaris. Erant verò hæ coronæ, ut optimè ad hunc Catonis locum Clarissimus Meursius notavit, inusitatæ magnitudinis, quales etiam *Donaticæ* posteà fieri cœperunt. Festus: *Donaticæ coronæ dictæ, quòd his victores in ludis donabantur, quæ posteà magnificentiæ caussâ institutæ sunt, super morem aptarum capitibus, quali amplitudine fiunt cum Lares coronantur.* Quem morem desitum restauravit Augustus, instituitque ut bis facerent in anno, vere, & iterum æstate. Suetonius in ejus Vitâ. *Nonnulla etiam ex antiquis cæremoniis paullatim abolita restituit, ut Salutis augurium, diale flaminium, sacrum lupercale, ludos sæculares & compitalitios.* Et paulò pòst, *Compitalitiis Lares ornari bis in anno instituit, vernis floribus & æstivis.* In Aulularia apud Comicum Act. II. Sc. VIII. Euclio inquit,

Nunc tusculum emi & hasce coronas floreas
Hæc imponentur in foco nostro Lari.

In Trinummo Act. I. Sc. II.

Larem coronâ decorari meum volo.

Quintilianus Declamatione CCCXXI. *Venenum inter Lares suos, inter sacra mensæ, coronatis pariter, quos colebamus, Diis immortalibus, venenum aliquis hilaris hilari dedit.* Huc quoque pertinet locus è Plautinâ Asinariâ, ubi Parasitus è syngrapho, quem conscripserat, legit;

Tum

Tum si coronas, serta unguenta jusserit
Ancillam ferri Veneri aut Cupidini,

Et falluntur alii, dum aliter interpretantur.

In Menæchmis Act. v. Sc. v.

At ego te sacram coronam surripuisse scio Iovis.

Appulejus lib. III. Milesiar. *Eponæ Deæ simulachrum residens ædiculæ, quod accuratè corollis roseis equidem recentibus fuerat ornatum.* Et lib. IV. de Psyche divino honore cultâ. *Iamq; per plateas commeantem populi frequenter floribus sertis & solutis adprecantur.* antea de Sacris Veneris dixerat; *Sacra Deæ deferuntur; templa deformantur; pulvinaria proferuntur, ceremoniæ negliguntur; incoronata simulacra, & aræ viduæ frigido cinere fœdatæ.* Meminit & Artemidorus lib. II. Oneirocrit. cap. XXXIV. Στεφανοῦν, θεοὺς ἄνθεσι καὶ κλάδοις τοῖς προσήκουσι καὶ νενομισμένοις, σημαίνει ἀγαθὸν πᾶσιν. οὐκ ἄνευ μέντοι φροντίδων ἀποβησόμενον. At non solum Dii coronati, sed & qui sacris operabantur, ac ut aliæ arbores Dîs aliis consecratæ erant, ita quoque coronas varias capiti imponebant. Quid? Vasa etiam quibus in sacris utebantur, coronis ornata, & victimis, quæ immolandæ fuerant, coronæ ad collum suspendebantur, earumque cornua inaurabantur, ac vittis coloribus Dîs quibusque gratis innectebantur. Sed de his omnibus alibi fortassis commodior erit dicendi locus.

Lenis unda tendebat.] Proba & recta est hæc scriptura, & malè illi, qui *tundebat* substituunt. Ita & Boëthius de Consolat. lib. II. Metr. VIII.

Vt fluctus avidum mare
Certo fine coerceat,
Ne terris liceat vagis
Latos tendere terminos.

Quamquam etiam sunt, qui hic apud Boëthium legunt, *Latos tundere terminos;* quam lectionem nos rejicimus, scilicet quæ est contra MSS. & antiquissimarum quoque editionum fidem. accedit, quòd sensum planè insulsum hac correctione efficiunt. *Tendere* enim apud utrumque valet *extendere.*

Mare inquietum est.] Tertullianus de Pallio. cap. II. *Sic & mari fides infamis, dum & flabris æquè mutantibus, de tranquillo probum, de flustris temperatum, & extemplò de decumanis inquietat.* Cyprianus Epist. I. cum respectu ad mare, *Inquietantes sæculi turbinibus.*

Canis spumosisq; fluctibus.] Propria epitheta maris, & frequentissimè à scriptoribus conjuncta. Catullus.

Totaq; remigiis ſpumis incanuit unda.

Manilius Aſtronom. lib. v.

Congeritur ſiccum pelagus, merſiq; profundi
Canities emota maris, ſpumæq; rigentis.

Ovidius.

---- ſpumis ſonantibus albet.

Cicero lib. 1. de Divinatione.

Saxaq; cana ſalis niveo ſpumata liquore,

Seneca in Agamemnone.

Sulcata vibrant æquora & latera increpant,
Dirimuntq; cana cærulum ſpuma mare

Idem in Hippolyto.

Et cana ſummum ſpuma Leucatem ferit.

Prudentius Cathemer.

Salſoſq; candens ſpuma tundit ſilices.

Tamen criſpis toroſiſq; ibidem erroribus delectati perquam ſumus.] Ita ſecuti editionem, quam procuravit Doctiſſimus Rigaltius, hunc locum edidimus. In aliis, *tamen criſpis toroſiſq;. Ibidem erroribus delectati perquam ſumus.* Malè; tollenda enim diſtinctio, & verba hæc conjungenda ſunt.

Molliter.] hoc eſt ſenſim, & clementer; eodem modo. uti Minucius hîc de littore, alii hac voce de monte ſeu colle, haud præruptæ vel rigidæ altitudinis, ſed leniter aſcendente, utuntur. Claudianus Epigram. Apon

Alto colle minor, parvis erectior arvis
Conſpicuo clivus molliter orbe tumet.

Ammian. lib. XVI. *Collis molliter editus.* Palladius lib. 1. cap. v. *Campus apertior & humorem pluvium clivo fallente ſubducens, vel collis molliter deductus.* Saxo Grammaticus Daniæ lib. 11.

Inſula non longè eſt præmollibus edita clivis
Collibus æra tegens, & opima conſcia præda.

Hilarius Præfation. Operis de Trinitate: *Nos quoque quædam gradiendi initia ordinantes, arduum hoc intelligentiæ iter clivo quaſi molliore lenivimus.* Eodem ſenſu Silius Italicus lib. 1.

Haud procul Herculei tollunt ſe mœnia muri
Clementer creſcente jugo. ----

Calpurnius Ecl. VIII. *---- & clivos lenè jacentes.*

Appulejus lib. IV. Mileſiar. *Clementi deniq; tranſmiſſo clivulo pervenimus ad locum deſtinatum.* Plinius Junior lib. v. Epiſt. VI. *Clivus ſenſim*

sim fallens, ut eum ascendere non putes scias ascendisse.

Iter fabulis fallentibus.] Virgilius Æneid. VIII. Pag. 3.

---- *varioq; viam sermone levabat*

Appul. Milesiar. I. *Simul jugi quod insurgimus asperitudinem fabularum lepida jucunditas levigabit.* Apollonius VIII. V. apud Philostratum Ἡδίους οἱ καθ' ὁδὸν λόγοι παραπέμψαι βαδίζοντας. ἴωμεν οὖν διαλαλοῦντες. Heliodor. Æthiop. III. Τὸν πόνον ὁδοιπορίας ἐπικουφίζων, καὶ τῷ διηγήματι παραπέμπων.

Legebamus.] hoc est transibamus. Isidorus Originum lib. X. *Lector à legendo dicitur, hoc est, percurrendo; unde & navis dicitur legere quicquid transit.* Servius nauticum esse sermonem notat ad illud Virgilii II. Georgicor.

---- *primi lege littoris oram.*

LEGE, inquit, *nauticus est sermo, qui nunc & ad navigandum, & ad lectionem potest referri.* Et ad Æneid. III.

---- *crebris legimus freta concita terris.*

LEGIMVS, præterimus; ut, Littoraq; Epiri legimus. Tractus autem sermo à nautis, quòd funem legendo, id est colligendo aspera loca prætereunt. Idem ille & ad Æneid. II.

---- *pars cetera Pontum*
Pone legit, sinuatq; immensa volumine terga.

Æneid. III.

Teq; datis linquo ventis palmosa Selinis,
Et vada dura lego saxis Lelybeia cœcis.

Claudianus Panegyr. in III. Consulat. Honor.

Illyria legitur plaga littoris ----

Et in Præfatione lib. I. de Rapt. Proserp.

Littora securo tramite summa legens.

Valer. Flaccus Argonaut. lib. II.

---- *dum littora blando*
Anfractu sinuosa legunt. ----

Et lib. III.

Spumosumq; legunt fractâ Scyllaceon unda.

Papinius lib. III. Thebaid.

---- *viridisq; legit devexa Prosymnæ.*

Hæ Fabulæ.] *Fabulam* rem gestam etiam designare jam pridem monuêre Critici. Ita Plautus Persâ Act. V. Sc. II.

---- *Sed quid ego aspicio?*
Hoc vide quæ hæc Fabula est.

Apud

Apud Petronium habes. *Quanam est, inquit, hæc audacia? aut ubi Fabulas & antecessura latrocinia didicistis.* Item, *Ascyltos jam deficiente Fabularum contextu.* Et deinceps, *Vtrumque tamen tanquam non agnoscerem Fabulam tacui.* Quæ omnia de re gesta capienda sunt. Vide plura apud Cl. Gruterum Susp. lib. XVIII. cap. III.

Roboribus.] Fustibus crassioribus teretibus, quibus subjectis naves trahebantur, vel etiam quibus à terrâ suspensæ subfulciebantur. A Græcis φάλαγγες dicti. Hesychius, Etymolog. Græc. Suidas in φάλαγγες. Jul. Pollux lib. VII. cap. XXXII. §. 9. Τὰ δὲ τῶν νεῶν ξύλα, οἷς ὑποβληθεῖσιν ἐφέλκονται αἱ νῆες, φάλαγγες ἢ φαλάγγια. Latini quoque hos *Palangas* appellant. Non. Marcellus. *Palangæ dicuntur fustes teretes, qui navibus subjiciuntur, cum attrahuntur ad pelagus, vel cum ad littora subducuntur; unde etiam nunc Palangarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus transvehunt.* Varro de Vitâ Popul. Rom. lib. IV. *Cum Pœnus in fretum obviam venisset nostris, & quosdam cepisset, crudelissimè pro Palangis carinis subjecerant, quo metu debilitaret nostros.* Hos etiam *Pulvinos* antiquis dictos, constat ex Isidoro, qui lib. XIX. cap. II. inquit; *Pulvini sunt machinæ quibus naves deducuntur & subducuntur.*

Is lusus est &c.] Ludum hunc puerilem, à Græcis ΕΠΟΣΤΡΑΚΙΣΜΟΝ appellatum, eleganter & plenissimè Minucius hoc loco describit. J. Pollux quoque Onomast. lib. IX. cap. VII. Ὁ δὲ Ἐποστρακισμός, ὅστρακον τῶν θαλαττίων καὶ ξὺν ὕδατι ἐπιπολῆς ἀφιᾶσιν, ἀριθμοῦντες ἅπερ τὰ περὶ τὰ καταδύσεα πηδήματα ἐν τῇ ὑπὲρ τὸ ὕδωρ ἐπιδρομῇ. ἐν ᾧ δὲ πλήθει τῶν ἁλμάτων ἡ νίκη τῷ βάλοντι. Eustathius ad Iliad. σ'. Καὶ ὁ Ἐποστρακισμός. εἶδος ἦν τοῦ παιδιᾶς. καθ' ὃν φασὶν ὀστράκια πλατέα ἐκπεσιμμύα ὑπὸ θαλάσσης περθέντα καὶ τῆς ἐπιφανείας ξὺν ὑγρῷ, καὶ ἐπιτέχνως ἐνίοτε πολλάκις, ἕως ἀπορήσαντα λύσει καὶ θαλάσσης, ἰδίῳ ποιοῦντι πρόσωπον. Etymologici Magni Autor. Ἐποστρακίζειν, παιδιά τις, ᾗ παίζουσιν οἱ παῖδες, ὄστρακα ἀφέντες εἰς θαλάσσαν. Quæ totidem verbis & apud Suidam & Phavorinum habentur.

Dorsum maris.] Servius ad illa Virgilii lib. I. Georg.

---- *Qua susitat æquore terga.*

TERGA, *superficiam. ut Homerus* Νῶτα θαλάσσης. Æneid. I.

Dorsum immane mare summo ----

Æneid. X.

Namque inflicto vadis dorso dum pendet iniquo.

Arno-

Arnobius lib. 1. de Salvatore noſtro, *Calcabat ponti terga undis ipſis ſtupentibus.* Prudentius Præfat. in 11. lib. contra Symmachum.

Siſtitq́, & docet ingredi
Tergum per tumidum freti.

Chryſolog. Sermon. XX. *Mare quod Chriſti pedibus tumentia terga ſubmiſit.* Zeno Veronenſis Sermone de Jonâ. *Hoc igitur è profundo clamans ſimiliter Petrus impetravit à Domino, ut profundi maris lubricos ſinus, inſubditaq́, humanis greſſibus liquidi æquoris terga, quibus viator trepidus abſorbebatur, & perambularet pariter & evaderet.*

Dolere neſcio quid vultu fatebatur.] Vultum Pacatus Panegyr. *animi proditorem* appellat. Et optimè. ex habitu enim oculorum, narium, frontis, ceterarumque faciei partium, numquid animus iraſcentium, mœrentium, gaudentium, aliorumque affectuum indicatur? Audi Hieronymum ad Furiam de ſervandâ Viduitate. *Speculum*, inquit, *mentis eſt facies, & taciti oculi cordis fatentur arcana.* Ita Ovidius lib. 11. de Arte.

---- *In vultu pignora mentis habet.*

Eleganter Juvenalis Sat. IX.

Deprendas animi tormenta latentis in ægro
Corpore; deprendas & gaudia, ſumit utrumq́,
Inde habitum facies. ----

Magnus ille Naturæ Indagator, Plinium dico, Hiſtoriæ ſuæ Naturalis lib. XI. cap. XXXVII. ait; *Frons & aliis; ſed homini tantum triſtitiæ, hilaritatis, clementiæ, ſeveritatis index.* Ibidem paullò pòſt de oculis; *Neque ullâ ex parte majora animi indicia cunctis animalibus, ſed homini maximè, id eſt, moderationis, clementiæ, miſericordiæ, odii, amoris, triſtitiæ, lætitiæ. Contuitu quoque multiformes, truces, torvi, flagrantes, graves, tranſverſi, limi, ſummiſſi, blandi. Profecto in oculis animus habitat.* Nazarius Panegyrico Conſtantino dicto; *In ſerenis frontibus animorum indicia præleguntur.* Achilles Tatius lib. VI. ὁ γὰρ νῦς ἔμοὶ δολεῖ λελέχθαι καλῶς εἶναι ἀόρατος, τὸ σῶμα πᾶν. Φαίνεται γὰρ ἀκριβῶς ὡς ἐν κατόπτρῳ, ἐν τῷ προσώπῳ. Gulielmus Brito lib. 11. Philippidos.

Nam rubor in vultu duplicatus prodit apertè
Quam gravis illuſtrem trahat indignatio mentem.

Hinc etiam eſt quod Veteres ſedem iræ nares eſſe dicebant, quia nempe præcipuè in naribus appareat.

Theocritus Idyll. 1.

Καὶ οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται.

Ita Herodes Poëta ob antiquitatem haud spernendus.

Μὴ δὴ κόρη τὸ τὴν χολὴν ὅτι ῥῖνας
Ἔχ' ὀξύς, ὦ π ῥῆμα μὴ σοφὸν πεύθῃ.

Persius Satyrâ v.

Discе sed ira cadat naso rugosaque sanna.

Plautus Amphitruone, vel potius ei ibidem suppositа.

Fames & mora bilem in naso conciunt.

Hanc quoque causam fortè prisci Hebræorum innuere voluerunt, dum eidem vocabulo ηι & iræ & narium significationem imposuere.

Quam conferere sapientium modo.] Ita optimè Clarissimus Rigaltius distinctione ac levi correctione ineptam anteà lectionem restituit.

Ut me ex tribus medium.] Antiquis medius locus pro honestissimo habebatur, ac idcirco in omnibus cœtibus honoratiorem semper in medio collocabant. Suetonius in Claudio. cap. 23. *De majore negotio acturus in curia medius inter consulum sellas Tribunitio subsellio sedebat.* Sic Sigismeres regius juvenis, narrante Sidonio Apollinare lib. IV. Epist. XX. *Pedes & ipse medius incessit, flammeus cocco, rutilus auro, lacteus serico.* Inde Hadrianus Imperator apud Ælium Spartianum in ejus vitâ, *servo inter duos senatores ambulanti colaphum jussit impingi.* quia iste locus minimè eum, ut servum, decebat. Sic passim poëtæ medium locum pro honestiore ponunt. Virgil. Georg. III.

In medio mihi Cæsar erit, templumq; tenebit.

Æneid. V.

Ille è concilio multis cum millibus ibat
Ad tumulum magnâ medius comitante caterva.

Et paullò pòst.

---- Mediâq; in valle theatri
Circus erat, quo se multis cum millibus heros
Consessu medium tulit ----

Æneid. VI. de Musæo.

Musæum ante omnes, medium nam plurima turba
Hunc habet ----

Æneid. VII. de Rege Latino.

---- solio medius consedit avito

Et Æneid. XI. de eodem.

---- sedet in mediis & maximus ævo.

Sic

Sic & Ovidius Faſtor. lib. v. in limine.

Et medius juvenum non indignantibus ipſis
Ibat.----

Sidon. Apollinar. in Burgo Pontii Leontii.

Ibant Pimpliades pariter mediumq́, noveno
Circumſiſtentes umbrabant ſyrmate currum.

At, ne in profanis ſolummodò hæreamus, in ſacris hoc quoque occurrit. D. Lucas Euangel. cap. II. com. XLVI. de Salvatore humani generis ait; καὶ ἐκάθητο, μεθ' ἡμέρας τρεῖς εὗρον αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ, καθεζόμενον ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων. Quod & in veteri Eccleſiâ à Chriſtianis obſervatum; legitur enim in Concil. Nicæn. cap. *pervenit.* XCIII. diſtinct. *Et Diaconus in medio Presbyterorum ſedere non poteſt.* Et in Concil. Conſtantinop. VI. Act. I. *Nam Imperator in Concilio medius ſedet*, hoc eſt, ſupremum locum occupat. Et etiamnunc apud nos obtinet, ut, cùm plures duobus congregati ſint, medius, uti honeſtior locus, digniori relinquatur.

Arbiter.] Iudex; Feſtus: *Arbiter dicitur judex, quòd totius rei habeat arbitrium & facultatem.* Sic & Eugraphius illud Terentii Heautontimor. *Me cepêre arbitrum*, interpretatur *Me judicem eſſe voluerunt.* Arnobius lib. IV. *Quis quæſitor, quis arbiter cervicibus tantis erit, qui inter perſonas hujuſmodi, aut vindicias juſtas dare, aut ſacramenta conetur pronuntiare non juſta.* Cicero in Oratione pro L. Muræna ſcribit hoc apud veteres Conſultos controverſum fuiſſe, *Iudicem* an *arbitrum* dici oporteret. Horum tamen nominum differentia ex eodem Cicerone Orat. pro Q. Roſcio Comœdo colligi poteſt, quod, qui bonæ fidei judiciis, vel arbitrariis dabatur, *Arbiter*, qui ſtrictis, *Iudex* diceretur. Hic ſub actionum anguſtiſſimâ formulâ, à qua ne latum quidem unguem diſcedere licitum, judicabat; ille liberum arbitrium habebat ſtatuendi, quod ÆQUIUS MELIUS videretur. Hoc quoq; diſcrimen Seneca lib. III. de Benef. cap. VII. perſpicuè declarat. *Quæcunque*, inquit, *in cognitionem cadunt, comprehendi poſſunt, & non dare infinitam licentiam judici, quàm ſi ad arbitrum mittitur quia illum Formula includit, & certos, quos non excedat, terminos ponit; hujus libera & nullis adſtricta vinculis religio, & detrahere aliquid poteſt & adjicere, & ſuam ſententiam non prout lex aut juſtitia ſuadet, ſed prout humanitas, & miſericordia impulit regere.* Idem lib. II. de Clementiâ cap. ult. *Clementia liberum arbitrium habet, non ſub Formulâ, ſed ex æquo & bono judicat.*

Diſceptantes.] Editio Oxonienſis habet, *diſcrepantes.*

Pag. 4. *Inpræsentiarum.*] Usi quoque hâc voce Cato de Re Rusticâ, cap. CXLIV. C. Fannius Annal. I. apud Priscianum lib. XIII. cap. de secundâ declinatione pronominis, Tacitus Historiar. lib. IV. Item Appulejus lib. III. Floridorum, aliique plurimi. Sunt, qui planè voculam hanc damnent, quos inter Caspar Scioppius, quibus cum Clarissimo omnisque generis eruditionis Viro G. I. Vossio, calculum non adjicio. Præfero tamen cum eodem Vossio *in præsenti*, vel *in præsentiâ*. Eique subscribo, cùm existimat, *inpræsentiarum*, corruptum esse ex *in præsentiâ rerum*. Nam *rūm* lineolâ superadditâ, exarabant superioribus seculis, qui scribendi compendio studerent. Adi ipsum lib. I. cap. XXV. & lib. IV. cap. XXXIII. de Vitiis Sermonis fusiùs differentem.

Confidas.] Quicquid Interpretes ad hunc locum illustrandum, de *sedere*, quòd illud judicum propriè sit, dicunt, nihil agunt, nisi quòd nugas garriant. Fateor quidem *sedere* de judicibus dici, cùm causas dissidentium discernunt, sed an *considere alicui* eodem sensu Latinè dicatur Grammaticis discutiendum relinquo. Mihi potius arridet, quod in Editione, quæ Oxoniæ prodiit, invenitur, quæ pro *confidas* habet *confidas*; genuinum, & sententiæ optimè quadrans. Quasi Cęcilius dicat, si mihi vacivas aures, nulloque præjudicio occupatas præbeas, verbisque meis fidem habeas nullum negotium est, &c.

Studiorum rudes, litterarum profanos.] Cæcilius hîc & infra pluribus in locis agit, quod passim gentiles solebant, qui Christianis, litteras seculares phaleraque verborum minus colentibus, uti ad salutem non necessarias, objiciebant imperitiam, ac ruditatem, scriptaque eorum ob stili simplicitatem spernebant, quasi ab indoctis & imperitis hominibus profecta. Lactant. lib. V. cap. I. *Nam hæc inprimis causa est, cur apud sapientes ut doctos & principes hujus seculi, scriptura sancta fide careat, quòd Prophetæ communi, ac simplici sermone, ut ad populum, sunt locuti. Contemnuntur itaque ab iis, qui nihil audire, vel legere, nisi expolitum ac disertum volunt, nec quicquam inhærere animis eorum potest, nisi quòd aures blandiore sono permulcet: illa verò quæ sordida videntur, anilia, inepta, vulgaria existimantur. Adeò nihil verum putant, nisi quod auditu suave est, nihil credibile, nisi quod potest incutere voluptatem: nemo rem veritate ponderat, sed ornatu. Non credunt ergo divinis, quia fuco carent; sed ne illis quidem qui ea interpretantur, quia sunt & ipsi aut omnino rudes, aut certè parum docti.* Et lib. VI. cap. XXI. *Assueti enim dulcibus, & politis sivè orationibus, sive carminibus, divina-*

divinarum litterarum simplicitatem communemq; sermonem pro sordido aspernantur; id enim quærunt, quod sensum demulceat. Arnobius lib. 1. *Sed ab indoctis hominibus, & rudibus scripta sunt.* & posteà. *Barbarismis & solœcismis obsitæ, inquit sunt res vestræ.* Et lib. 11. *Quid est quod vobis tanquam bruti ac stolidi judicemur. &c.* Sic lib. 111. *Hoccine est illud fastidium vestrum, sapientia hæc arrogans quà despuitis nos ut rudes &c.* Isidorus Peluſiota. lib. IV. Epist. XXVII. σκώπτουσι τὴν τῶν ἀποστόλων ἀμαθίαν ἵνα λαμπρότερον οἱ θρυλλούμενοι παρ' αὐτῶν ἑλληνολάθωσι σοφοὶ, ἰδιωτῶν ἀνδρῶν διδασκαλίαν ἡττηθέντος. Et Epist. XXVIII. ἐξαπελίζουσι δὲ τὴν θείαν γραφὴν, ὡς βαρβαρόφωνον, καὶ ὀνοματοπαίαις ξέναις συντεταγμένην, συνδέσμων ἢ ἀναγκαίων ἐλλείπουσαν, καὶ σχημάτων παρενθήκῃ τὸν νοῦν τῶν λεγομένων ἐκπαρέπτουσαν. Vide & Epist. XXX. Theodoretus ad Græcos Sermone V. περὶ φύσεως ἀνθρώπων. καὶ δὴ ἅπαντες τὴν ἀλήθειαν, οἱ κήρυκες σοφῆται φημὶ καὶ ἀπόστολοι, τῆς μὲν ἑλληνικῆς οὐ μετέλαχον εὐγλωττίας. Addit verò rectissimè ἔμπλεοι δὲ τῆς ἀληθινῆς ὄντες σοφίας, πᾶσι τοῖς ἔθνεσι καὶ Ἑλληνικοῖς καὶ βαρβαρικοῖς τὴν θείαν διδασκαλίαν προσήνεγκαν· καὶ πᾶσαν γλῶτταν καὶ γαλάσσαν τῆς ἀρετῆς περὶ καὶ εὐσεβείας συγγράμματων ἐνέπλησαν. Vid. Theophilus ad Autolycum lib. 1. Tacianus contra Græcos initio. Iustinus Apolog. 1. Clemens Recogn. lib. 1. Lactanit. Divinar. Inst. lib. 3. cap. 1. Sicut autem gentes sermonis stribliginem & Verborum vitia Christianis objiciebant, illosque rudes ac agrestes vocitabant, ita Christiani contra, per irrisum eos politos, eloquentes, & doctos appellabant. Arnob. lib. 11. *Vos soli sapientiâ conditi atque intelligentiâ vi merâ, nescio quid aliud videtis & profundum.* &. *Dicite ô festivi, & meraco sapientiæ tincti, & saturi potu.* lib. IV. *Stupetis eloquentiæ viribus.* Lactant. Epitome cap. 111. *Ipsi sunt diserti, aut disertæ legere volunt.* Prudent. Romano Martyre

Vos eruditos miror & doctos viros
Perpensa vitæ quos gubernat regula,
Nescire vel divina vel mortalia.

Litterarum profanos, expertes, artium etiam sordidarum.] Ita ex distinctione Heraldi edidimus hunc locum; Aliæ editiones habent. *Litterarum profanos, expertes artium, nisi sordidarum.* Sensu ferè eodem; Nostrum minus à MS. recedit, & idcirco præferendum. Vid. Not. Heraldi.

Sectarum.] Arnobius lib. 11. *Ipsi denique principes, & prædictarum patres sectarum, nonne ipsa ea quæ dicunt, suis credita suspicionibus dicunt.* & posteà. *Qui per varia sectarum diverticula dissipati, has atque*

illas partes opinionum diversitate fecerunt. Lactant. de Ira. cap. XI. *Platonem quoque ac Socratem fallerent, & Pythagoram, Zenonem, Aristotelem, maximarum sectarum principes.*

Semina.] Ex sententiâ Epicureorum qui ἀτόμους statuunt. Sic enim Latini ἀτόμους vocant, ut Lucretius plurimis in locis. Et ita Servius ad illa Virgilii Eccl. VI. ubi eorum hâc de re doctrinam quam paucis versibus inclusit,

Namque canebat, uti magnum per inane coacta
Semina, terrarumq́, animæq́ marisq́ fuissent
Et liquidi simul ignis: ut his exordia primis
Omnia, & ipse tener mundi concreverit orbis.

SEMINA, inquit, *atomos dicit.* Et sic quoque Statius Papinius lib. III. Thebaid.

--- supera seu conditor aulæ
Sic dedit, effusum Chaos in nova Semina texens.

Claudianus lib. I. in Ruffinum.

--- rursus labefacta cadebat
Relligio, caussæq́ viam non sponte sequebar
Alterius, vacuo quæ currere Semina motu
Affirmat. ---

Pag. 5. *In fontem refluunt.*] Lucretius lib. IV.

Omnia quandoquidem cogit Natura referri
Ac resilire ab rebus ad æquos reddita flexus.

Boëthius lib. IV.

Quia non aliter durare queant
Nisi converso rursus amore
Refluant caussa, quæ dedit esse.

Rutilari fulgura, fulmina præmicare.] Nonius Marcell. *Fulmen, fulgur, his intellectibus discernuntur. Est enim fulmen telum ipsum quod jacitur.* Ut Virg. Georg. lib. I.

Ipse pater, mediâ nimborum in nocte, coruscat.
Fulmina molitur dextra ---

Fulgur ignis qui coruscat, unde & fulgetra dicuntur, & fulgor. Virg. lib. V.

--- Maculosus & aura
Squamam incendebat fulgor.

Cicero de Divinatione lib. II. *Tum & fulgura & tonitrua existere: si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen.* Seneca Natural. Quæst. I. *Nubes mediocriter collisæ fulgurationes efficiunt,*

majore

majore impetu pulsæ fulmina. Sæpè tamen *Fulgur*, pro *fulmine* invenitur. Sueton. Augusto. *Cùm expeditione Cantabricâ per nocturnum iter lecticam ejus fulgur perstrinxisset, servumq; præluccntem examinasset.* Idem in Domitiano. *Continuis octo mensibus tot fulgura facta auditaq; sunt, ut exclamaverit: Feriat jam quem volet.* Sic & Plinius aliquoties usurpat. De fulminis autem & tonitrûs naturâ videndi Aristotel. lib. II. Meteor. cap. ult. & lib. III. cap. I. Seneca lib. I. Natural. Quæst. Plinius lib. II. Hist. Nat. cap. XL. Stobæus Eclog. Phys. cap. 29.

Tempestates varias.] Quodcunque instabile ac mutabile est passim hoc epitheto designant auctores. Sic apud Manilium. *Varia sidera.* Papinium lib. VIII. *Sol varius.* Claudian. l. I. In Ruffin. *Varia Phœbe*, Martian. Capell. lib. VIII.

Et toties variæ flammantia cornua lunæ.

Penes Boëth. Consol. l. I. carm. V. *Varius annus.*

Cum tabe pestiferâ cœli tractus inficitur &c.] Ex infectione aëris morbi oriuntur varii, ac gravissimi, plerumque pestis. Lucret. lib. VI.

---- multarum semina rerum
Esse supra docui, quæ sint vitalia nobis:
Et contrà, quæ sint morbo, mortiq; necesse est,
Multa volare; ea cùm casu sunt fortè coorta,
Et perturbarunt cœlum, fit morbidus aër.
Atque ea vis omnis morborum pestilitasq; &c. vide quæ sequuntur. Arnob. lib. V. *Contagione pestilentiæ corrupisse auras temporum luctuosa cum populi vastitate.* lib. VI. *Non pestilentias non morbos corruptione aëris indicere.* Lib. VII. *Venenatam in perniciem aëris haustus vertit, & pestilentiam, morbos, stragem mortalitatis indixit.* Eusebius Histor. Ecclesiast. lib. IX. cap. VIII.

Non tantum æquatur nequitia melioribus sed & colitur.] Sic Seneca Hercule furente Act. II.

---- Prosperum ac felix scelus
Virtus vocatur, fontibus parent boni,
Ius est in armis, opprimit leges timor.

Boëth. de Consolat. lib. I. Carm. V.

---- Premit insontes
Debita sceleri noxia pœna:
At perversi residcnt celso
Mores solio sanctaq; calcant
Injusta vice colla nocentes.

Salvia-

Salvianus de Gubernat. Dei lib. 1. in principio. *Incurioſus à quibuſdam & quaſi negligens humanorum actuum Deus dicitur, utpote nec bonos cuſtodiens, nec coërcens malos, & ideo in hoc ſeculo bonos plerumq; miſeros, malos beatos eſſe.* Vide omnino quæ ſequuntur, ubi eleganter pertractat, quânam de causâ Deus permittat, ut bonis in hac vitâ mala ſuperveniant.

Sed & colitur.] Quidam *ſed & attollitur.*

Quod ſi mundus divinâ providentiâ & alicujus numinis auctoritate regeretur, nunquam &c.] Tali, quamvis infirmo & per ſeſe ruente, argumento ex eventu rerum deſumpto, ad Dei Providentiam ſubvertendam paſſim gentilium etiam ſapientiſſimi utebantur. Cùm enim animadverterent Tyrannos crudeliſſimos, impios, à cultu divino alieniſſimos, libidine, ſpurcitie, omnibuſque flagitiis ac ſceleribus inquinatos, ſummum Imperii & Reipublicæ gubernaculum tenere, felicibus ſucceſſibus florere, omniaque iis pro lubitu & voluntate ſuccedere; contra bonos, pios, juſtos paſſim deprimi, afflictiones perpeti, malorum tempeſtatibus jactari, cunctiſque miſeriis exantlandis ſolos exponi, concluſionem hinc aſſumebant, nullam prorſus Providentiam divinam eſſe, quâ res humanæ regerentur, neque Deum ullam hominum curam gerere, ſed omnia fortunæ caſibus accidere. Quâ de re notiſſimus Claudiani lib. 1. in Ruffinum locus neminem fugit. Sic etiam ut quiſque, cùm mala ſua penitiùs perſentiſcebat, hunc eundem in modum exclamaverit. Ut Accius Antigonâ:

.--- jam jam neque dii regunt
Neque profecto Deûm ſummus rex omnia curat.

Apud Plautum Rudente Act. 1. Sc. 111. Palæſtra naufraga animo perturbato injuſtos Deos eſſe conqueritur, quòd immerito ſibi piæ adverſa, impiis verò proſpera adveniant, fortunæque tandem omnium horum eventum tranſſcribit. Similis argumenti etiam habes apud Ariſtophanem in Pluto. Act. 11. Sc. v. Plurimis quoque Cicero lib. 111. De naturâ Deorum eandem perſequitur ſententiam; ubi & refert Telamonis ex veteris poëtæ fabulâ verſum: *Telamon autem*, inquit, *uno verſu locum totum conficit, utrum dii homines negligant:*

Nam ſi curent bonis benè ſit, malè malis, quod nunc abeſt.

Sic Ovidius lib. 111. Amor. Eleg. 111.

Eſſe Deos credamne? fidem jurata fefellit,
Et facies illi quæ fuit ante manet.

Et

Et Eleg. VIII.

Cum rapiant mala fata bonos, ignoscite fasso
Sollicitor nullos esse putare Deos.

Lucanus lib. VII.

--- sunt nobis nulla profectò
Numina, cùm cæco rapiantur singula casu
Mentimur regnare Iovem.

Porrò, hæc ex Epicuri scholâ, vel etiam Stoicorum deprompta sunt, qui in universum Deos tollebant, vel si quos esse fatentur, eos nullius quam sui gerere curam censebant, ut Theophilus lib. II. ad Autolycum testis; ἔνιοι μὲν τῶν σοφῶν ἀρχὴν εἶναι τὸ ἐξ ὅλης θεὸν εἶναι· ἢ εἰ ἔστι, μηδενὸς φασι φροντίζειν τὸν θεὸν πλὴν ἑαυτοῦ· καὶ ταῦτα μὲν Ἐπικούρου ἐστὶ Χρυσίππου ἡ ἄνοια ἀπεφήνατο. Seneca quoque ex horum mente Hippol. Act. III.

Res humanas ordine nullo
Fortuna regit, spargitq; manu
Munera cæcâ, pejora fovens.

Et quę sequuntur. Simile ferè apud Sophoclẽ queritur Philoctetes:

Ἀλλ' οὐ φθονεῖλλειν αὐτὰ δαίμονες
Καὶ πῶς τὰ μὲν πανῆργα πολιννοίζει,
Χείρας' ἀναιρέφοντες ἐξ ἅδου. τὰ δ'
Δίκαια, καὶ τὰ χρήσ', ἀποστέλλει αἰεί.
Πῶς χρὴ τίθεσθαι ταῦτα· πῶδ' αἰῶν, ὅταν
Τὰ θεῖ' ἐπαινῶν τὰς θεὰς δύρω κακάς.

Plura, si otium adesset, hanc in sententiam congerere possem; videantur cui vacat Srobæus Sermone CIV. Euripides Hecuba Act. III. in limine. Propert. lib. III. Eleg. v. Pedo Albinovan. Eleg. ad Liviam de morte Drusi. Martialis lib. IV. Epigr. XXI. Lactant. lib. III. cap. XVII. Boëthius de Consolatione lib. I. Prosâ IV. Salvianus in libris de Providentiâ & Gubernatione Dei. Eucherius Paræneticо ad Valerianum. Odo Cluniacensis lib. III. cap. XXLVIII. Collation. Ennodius Declamat. V. Isidor. Pelusiota lib. II. Epist. CXXXVII. Athenagoras περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν. Basilius Magnus in Psal. I. Chrysologus Sermonib. septem de Joanne Baptistâ.

Inde adeò per universa imperia, provincias, oppida, videmus singulos sacrorum ritus habere & Deos colere municipes.] Tertullianus Apologet. cap. XXIV. *Vnicuiq;*, inquit, *Provinciæ & Civitati suus est Deus: ut Syriæ Astarte, ut Arabiæ Disares, ut Noricis Belenus, ut Africæ Cœle-*

stis, *ut Mauritaniæ Reguli sui*, & paullò pòst: *Casinienſium Delventinus, Narnienſium Viſidianus, Æſculanorum Ancaria, Volſinienſium Nurſia, Ocriculanorum Valentia, Sutrinorum Nortia, &c.*
Sic Ovidius lib. III. Faſtorum.

Pallada Cecropiæ, Minoïa Creta Dianam,
Vulcanum Tellus Hypſipilæa colit.
Iunonem Spartæ, Pelopeiadeſq́ Mycenæ,
Pinigerum Fauni Mænalis ora capit
Mars Latio venerandus erat. ----

Huc pertinent quoque illa Poëtæ in Carmine libero.

Dodona eſt tibi Iupiter Sacrata;
Iunoni Samos & Mycena Diti;
Vndæ Tænaros æquoriſq́ Regi;
Pallas Cecropias tuetur arces;
Delphos Pythius Orbis umbilicum,
Creten Delia Cynthioſq́ colleis;
Faunus Mænalon, Arcadumq́ ſilvas;
Eſt tutela Rhodos beata Solis:
Gades Herculis, humidumq́ Tibur.
Cyllene celeri Deo nivoſa:
Tardo gratior æſtuoſa Lemnos.
Ennæa Cererem nurus frequentant,
Raptam Cyzicos oſtreoſa Divam;
Formoſam Venerem Cnidos Paphoſq́.

Ut & Sidonii Apollinaris in docto Panegyrico ad Priſcum Valerianum.

Non divos ſpecialibus faventes.
Agris urbibus inſuliſq́ canto:
Saturnum Latio, Iovemq́ Cretæ,
Iunonemq́ Samo, Rhodoq́ Solem,
Ennæ Perſephonem, Minervam Hymetto,
Vulcanum Lypare, Papho Dionem,
Argis Preſcea, Lampſaco Priapum,
Thebis Euchion, Ilioq́ Veſtam,
Timbræ Delion, Arcadem Liceo,
Martem Thracibus, & Scythis Dianam.

Eleuſinios Cererem.] Cererem Eleuſinii maximè colebant, quia, eum in Atticam veniſſet, ad filiam quærendam, primùm eos frugũ ſationem legeſque docuiſſet. Dicitur autem Ceres, ut Servio quidem

quidem in 1. Georg. placet, à creando, quia frugum creatrix & inventrix. Aliis, ut Varroni lib. v. de L.L. Tullio lib. II. de Nat. Deor. item Arnobio lib. III. videtur *Ceres* nuncupata quasi *Geres*, à gerendis frugibus. Constat verò ex rostratâ Duilii columnâ antiquos C pro G scripsisse. Sed si *Geres* prius dixêre, valdè nobis arridet etymon quod deducitur à voce גָּרֶשׂ, quæ exstat Levit. cap. II. com. XIV. & frumentum contusum, sive contritum designat. Nec tamen omnino displicet eorum opinio qui *Ceres* à חרש, *arare* dictum velint, quia, ut Ovidius L. V. Metamoph. canit.

Prima Ceres unco glebam dimovit aratro.

Sufficiant hæc de Cerere in præsenti, plura inferius suo loco de eâ proferemus.

Phrygas Matrem.] Cybelen maximè à Phrygibus cultam, variisq; eam nominibus appellatam fuisse testis est Strabo lib. X. Οἱ δὲ Βερέκυντες, Φρυγῶν τι φῦλον, καὶ ἁπλῶς οἱ Φρύγες, καὶ τῶν Τρώων οἱ περὶ τὴν Ἴδην κατοικοῦντες Ῥέαν μὲν καὶ αὐτοὶ τιμῶσι, καὶ ὀργιάζουσι, ταύτην μητέρα καλοῦντες θεῶν, καὶ Ἀγδέστιν, (sic optimè emendârunt viri eruditi, pro Αἰέστιν, quod in vulgatis circumfertur) καὶ Φρυγίαν, θεὸν μεγάλην. ἀπὸ δὲ τόπων Ἰδαῖαν, καὶ Δινδυμήνην, καὶ Πυλήνην, καὶ Πισσινουντίδα, καὶ Κυβέλην. Sic Catullus:

---- Simul ite, sequimini
Phrygiam ad Domum, Cybeles Phrygia ad nemora Deæ.

Plura de Cybele ejus sacris inferius dicenda erunt.

Epidaurios Æsculapium.] Æsculapium Epidaurii in Argiâ regione primum inter Deos retulere, eique ob summam medicæ artis peritiam templum consecrarunt, fuitque extra urbem, ut est apud Pausaniam in Corinthiacis. Κατὰ δὲ τὴν λῆσσαν ἔχεται τῆς Ἀργείας ἡ ἐπιδαυρίων. πρὶν δὲ ἢ κατὰ ταύτην γενέσθαι τὴν πόλιν, ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἀφίξῃ τοῦ Ἀσκληπιοῦ. Livius lib. XLV. ait fanum hoc ab urbe Epidauro quinquies M. P. distetisse. Verba ejus: *Inde haud parem opibus Epidaurum, sed inclytam Æsculapii nobili templo: quod quinque millibus passuum ab urbe distans, nunc vestigiis revulsorum donorum, tum donis dives erat, quæ remediorum salutarium ægri mercedem sacraverant Deo.* Quod & secuti Romani, qui ei templum statuere itidem extra urbem in Insulâ Tiberinâ. Quare autem extra urbem ædes ejus posita esset, varias, etsi fictitias, adducit rationes Plutarchus in Quæst. Roman. XCIII. Festus ait; *In Insula Æsculapio facta fuit ædes, quòd ægroti à medicis aquâ maximè sustententur.*

Chaldæos Belum.] Belus, sive potius בעל quod *Dominum* designat,

commune Deorum in Oriente nomen fuit. Chaldæi enim omisso ע, pro בעל dicere בל. Hinc Græcis βῆλος, βῆλ. item βααλ, βᾶλ. *Baal* sive *Bel* idem est ac Sol. Servius quidem ad 1. Æneid. notat *Bal* & *Bel* esse Saturnum, sed & Saturnum eundem esse ac Solem ibidem nos docet: *Assyrios*, inquit, *constat Saturnum (quem eundem & Solem dicunt) Iunonemq; coluisse: quæ numina etiam apud Afros postea culta sunt. Vnde & linguâ Punicâ Bal Deus dicitur. Apud Assyrios Bel dicitur, quâdam sacrorum ratione & Saturnus & Sol.* Sic & Macrobius per Saturnum nullum alium nisi Solem intelligendum esse ait lib. 1. cap. XXII. Quod autem Servius dicit *Bal* Punicè, Deum denotare, egregiè hallucinatur; neque enim, ut rectè Clarissimus Seldenus in de Dîs Syris notavit, *Bal* Deum magis Punicè sonabat, quam *Bel* Chaldaicè, utrumque nimirum Dominum valet. Ipse quoque Deus T. O. M olim à Iudæis Baal nuncupatus est; Hoseæ cap. II. com. XVI. & XVII. והיה ביום ההוא נאם יהוה תקראי אישי ולא תקראי לי עוד בעלי: והסירתי שמות הבעלים מפיה ולא יזכרו עוד בשמם: *Et erit in die illâ, dicit Dominus, vocabis me Ischi, (vir meus) & non vocabis me amplius Baali. (Baal meus) Ego enim auferam nomina Baalim ex ore ejus, & non memorabuntur amplius nomine suo.* Populus enim Dei Baalem suum piè satis eum vocabant, antequam vox illa ad gentilium numina translata esset, eoque à Deo prohibita fuit. Posteà paullatim seculis ad vitia vergentibus, corruptisque moribus, Solem Belum nominavêre, quia eum, ut Sanchoniathon, sive potius Philo Bybliensis ejus Interpres scribit, μόνον Οὐρανῷ θεὸν, solum in Cælis Deum existimabant. Deinde etiam nomine hoc abusi sunt, idque & in simulacra alia sive Astrorum sive Regum traduxerunt. Georgius Cedrenus de Thurra Nini successore loquens: τοῦτο τῷ Ἄρει πρώτῳ φήλῳ ἀνέστησαν οἱ Ἀσσύριοι, καὶ ὡς θεὸν προσκυνοῦσι, Βααλ ὀνομάζοντες, ὁ ἑρμηνεύεται Ἄρης πολέμων θεός. Mars verò idem est ac Sol. Macrob. lib. 1. cap. XIX. *Martem solem esse quis dubitet? Accitani etiam Hispana gens, simulacrum Martis radiis ornatum maximâ religione celebrant, Noton vocantes.* Porrò Belus quoque pro Jove habitus fuit. Herodotus in Euterpe Ζηνὸς Βῆλον vocat. Et Xiphilinus in Caracallâ: ὁ Ζεὺς ὁ Βῆλος ὀνομαζόμενος καὶ ἐν τῇ Ἀπαμείᾳ τῆς Συρίας πιώμενος. Jovem autem eundem quoque ac Solem esse ex Macrobii lib. 1. cap. XXIII. constat. Quin etiam Platonis verba in Phædro satis hoc innuunt; sic enim de Jove scribit. ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς ἐλαύνων πτηνὸν ἅρμα, πρῶτος πορεύεται διακοσμῶν πάντα καὶ ἐπιμελούμενος. τῷ δ' ἕπε-

δ' ἕπεται σφαιρὰ θεῶν καὶ δαιμόνων, ἧς δώδεκα μέρη κεκοσμημένη μένει ἡ Ἑστία ἐν θεῶν οἴκῳ μόνη. Nullus enim alius hoc loco magnus ille Jupiter, nisi Sol; qui velocissimum currum impellit, & convolvens totum stellarum exercitum secum rapit, duodecimque partes Zodiati circumvolvit. Vesta verò, quæ terra est, semper immota in atrio stellarum consistit. Sic quoque Orpheus in Hymno ad Jovem eundem Solem existimat.

Ζεῦ πάτερ, ὑψίδρομον πυραυγέα κόσμον ἑλαύνων.

Clarius verò hocce versu.

Εἷς Ζεὺς, εἷς Ἅιδης, εἷς Ἥλιος, εἷς Διόνυσος.

Et hisce

Ἄγλαε ζεῦ, διόνυσε πάτερ πόντε, πάτερ αἰής
Ἥλιε, παγγενέτωρ, παναίολε, χρύσεο φεγγός.

Cultum verò Beli Babylonici elegantissimis describit versibus Claudianus lib. 1. de Laudibus Stiliconis:

Thuris adorati cumulis, & messe Sabæâ
Pacem conciliant aræ. Penetralibus ignem
Sacratumq; rapuêre adytis rituq; juvencos
Chaldæo stravêre Magi. Rex ipse micantem
Inclinat dextrâ pateram secretaq; Beli,
Et vaga testatur volventem sidera Mithram.

Sic enim juxta certissimam restitutionem Scaligeri in lib. VI. de Emendat. Tempor. versus penultimus, ubi anteà pro *Beli* exstabat *belli*, legendus. Mithram verò sive Solem Belo conjungit, quia Belus idem cum Sole, ut supra dicebamus. Ceterùm à Baal descendunt Punica vocabula hâc voce composita, *Asdrubal*, *Maharbal*, *Adharbal*, *Annibal*, ut & *Belsazer*, quo nomine Daniel juxta nomen Dei sui, ceu Tyrannus apud Daniel. cap. IV. loquitur, dictus fuit. vid. Jos. Scalig. lib. VI. de Emendatione Tempor. Sic & nomina Idolorum *Baalsamen*, (qui ipsissimus Jupiter Olympius est; Ebræis enim בעל שמים *Dominum cæli* denotat,) pro quo Judæi *Beelzebub* dicebant, Item *Baal Peor*, sive *Baal Phegor*; Quin & plurima Europæorum monimenta hinc denominata, ut *Abellio*, *Belenus*, *Belatucadrus*, aliaque, de quibus vide sis Magni Vossii lib. I. & II. de Orig. & Progres. Idololatriæ. Seldenum de Dîs Syris Syntagmate secundo.

Astarten Syros.] Dea quæ vulgo *Astarte* à Græcis Latinisque auctoribus appellatur, 1. Reg. cap. XI. com. v. & XXXIII. dicitur עשתרת *Astoreth*, Sidoniorum Numen. Chaldaicè עשתרתא, *Astarata*,

unde contractè Ἀστάρτη sive *Astarta*. Quia autem עשתרה gregem significat, vel, ceu quidam Rabinorum existimant, oves feminas, eo R. David Kimchi putat simulachrum Astartes fuisse ovis figurâ. Ait enim צלמים עשויים כצורות עשתרות, id est, *Imagines factæ ad formam ovium*. Aliis magis placet eam ita vocari, quia ovis illi immolaretur. Doctissimus, linguarumque Orientalium Peritissimus Vir S. Bochartus in admirando Opere Geograph. Sacr. Chanaan lib. II. cap. II. vocem עשתרות latius patuisse vult, & tam armenta boum quam greges significasse. Ita Deuteron. cap. VII. com. XIII. Chaldæus עשתרות reddit עדרי & Arabs קטאיע quæ vocabula tàm ad armenta quàm greges pertinent. Sic Joël. cap. I. com. XVIII. armenta boum sunt עדרי בקר & greges ovium עדרי הצאן. Et Genes. cap. XXXII. com. XVI. Arabicum קטעה tàm dicitur de camelorum, & asinorum & boum armentis, quàm de ovium & caprarũ gregibus. Et μῆλα Græcis non solũ oves designat, sed & quodvis quadrupes ea voce denotatur, ut ex Homero & Pindaro probat Pindari Scholiastes in Pyth. Od. IV. Atqui hinc etiam, cùm in nomine Astartes, tàm lateat bovis quàm ovis significatio, manifesta fiunt, illa Sanchoniathonis, sive Philonis Byblii apud Eusebium in primo Euangelicæ Præparationis, dum inquit: Ἡ δὲ Ἀστάρτη ἐπέθηκε τῇ ἰδίᾳ κεφαλῇ βασιλείας παράσημον κεφαλὴν ταύρου. nimirum genus stemmatis in taurinum caput efformatum. Quo habitu à Sanchoniathone etiam describitur περινοστοῦσα τὴν οἰκουμένην. Ut videatur esse Græcorum Io, quam in bovem mutatam fingunt varias peragrâsse terras. Quod & Euripides significare videtur cùm de Thebanis & Phœnicibus scribit, quòd Iönem pro communi matre agnoscant; Ita enim in Phœnissis ait:

Κοίνον αἷμα, κοίνον τέκνα
Τὰς κερασφόρου πέφυκε Ἰοῦς.

Ex verbis Sanchoniathonis quoque liquet per *Astartem* designari Lunam. Lunæ enim nota caput taurinum est, cujus cornibus Luna curvata in cornua repræsentetur. Eodem modo ut Ægyptii Isidem cornibus agnoscebant, quæ eadem etiam est cum Lunâ. Herodotus de hâc in Euterpe: Ἴσιος ἄγαλμα, ἐὸν γυναικήϊον, βούκερών ἐστι, κατάπερ Ἕλληνες τὴν Ἰοῦν γράφουσι. Verùm de Iside suo loco. Lucianus quoque in de Deâ Syriâ Astartem dicit esse Lunam: Ἔνι δὲ καὶ ἄλλο ἱρὸν ἐν Φοινίκῃ μέγα. τὸ δὲ Σιδώνιοι ἔχουσι. ὡς μὲν αὐτοὶ λέγουσι, Ἀστάρτης ἐστί. Ἀστάρτην δ' ἐγὼ δοκέω σελήναίην ἔμμεναι. Vide Achill. Tatium lib. α. Astartem verò ex Sanchoniathone

Philo

Philo Byblius apud Eusebium 1. Præp. Euang. ait eandem ac Venerem esse. Verba ejus : Τὴν δὲ Ἀστάρτην Φοίνικες τὴν Ἀφροδίτην εἶναι λέγουσι. Quod & Procopius Gazęus in lib. 1. Reg. cap. VII. affirmat; cùm enim dixisset ubi LXX. habent. τὰ ἄλση Ἀστρωθ, Aquilam vertere τὰς Ἀστάρτης ἀγάλματα; subjungit, Οὕτω δὲ καλοῦσι τὴν Ἀφροδίτην ἐπὶ τῇ ἀστέρι παρονομάζοντες. Ita quoque interpretatur in lib. III. Reg. cap. XVI. & lib. IV. Reg. cap. XXIII. Addităque in III. Reg. cap. XVI. à Sidoniis cultam, ejusq; honori lucos plantaros, quæ ad amussim respondent Græcorum & Latinorum Dianæ. de hâc enim Maro Æneid. IX.

---- nemorum Latonia custos.

Et XI.

---- Nemorum cultrix Latonia virgo.

Ab Horatio quoque Carmine seculari nunc *silvarum potens* dicitur, nunc lib. III. Od. XXII.

Montium custos nemorumq; virgo.

Ut hinc etiam Astarten Dianam sive Lunam esse eluceat. Exstat & apud Suidam : Ἀστάρτη ἡ παρ' Ἕλλησιν Ἀφροδίτη λεγομένη. qui deinceps addit : Αὐτὴς γὰρ εἶναι τὸν ἑωσφόρον μυθολογοῦσιν. Similiter Procopius in 1. Reg. cap. VII. Item Michaël Glycas in II. Annalium parte. At Græcis quidem Venus est Hesperus sive Lucifer: Orienti verò Venus potius est Luna ; ut ita Astarte eadem sit ac Luna. Nec audiendus Franciscus Floridus lib. II. Subsecciv. Lect. cap. VII. dum Lucianum in verbis à nobis supra adductis errâsse ait ; sed certè ipse potius insigniter hallucinatus est, dum nobis suppositicia illa Plauti ex Mercat. Act. IV. Sc. V. pro legitimis & genuinis oggerit.

Diva Astarte, hominum deorumq; vis, vita, salus, rursus eadem quæ est

Pernicies, mors, interitus, mare, tellus, cœlum, sidera

Iovis quacumq; templa colimus, ejus ducuntur nutu, illi obtemperant.

Quæ inquit non Lunæ sed Veneri convenire. Quod verum est, sed licet verba hæc Plauti essent, ceu tamen non sunt, nihilominus non ex Latinis, ut optimè Magnus Vossius loquitur, sed Oriente de Orientis numinibus judicandum. His verò Venus & Juno est Sidus illud, quod in humorem omnem imperium exerit. id verò Lunam esse nemo, nisi qui mentem in calcaneis gesset, inficias ibit, Astarte Phœnicibus etiam dicitur *Baaltis* sive *Beltis*,

tis, quæ eadem est ac Venus sive Luna. Nam ut Jupiter, hoc est Sol cum æthere est Baal; Ita *Baaltis* Juno sive Venus, hoc est, Luna cum aëre. Similiter etiam *Beltis* appellata. Nempe ut Jupiter sive Sol בל *Bel*, unde Βῆλος; sic Juno sive Diana בלה *Bela*, unde Βῆλις. Hanc innuit Hesychius in illis: Βήληις, ἡ Ἥρα ἡ Ἀφροδίτη. & ceu בעל שמים est Jupiter Olympius, ita בעלת שמים est Juno Olympia, hoc est, *Domina* seu *Regina Cœli*; Quomodo & eam, si B. Hieronymi interpretationem sequimur, appellat Prophera Jirmejas cap. VII. com. XVIII. & cap. XLIV. com. XVII. XVIII. XIX. XXV; quæ opinio haud displicet. Quanquam enim nonnulli מלכת השמים vertant *Militiam Cœli*. LXX. tamen nunc στρατιὰν, nunc Βασίλισσαν τοῦ οὐρανοῦ reddunt. quod nomen Junoni & Astarte propriè convenit; Nec Sol magis Rex Cœli quàm Luna Regina. Sacra vero solennia hujus Deæ erant thymiamata & libationes, sic enim ex supra citatis Jirmejæ locis apparet.

Dianam Taurios.] Al. *Tauros*, vel *Tauricos*. De hâc Deâ vide quæ infra notavimus.

Gallos Mercurium.] De Gallis Cæsar lib. VI. Comment. de Bello Gallico: *Deum maximè Mercurium colunt: hujus sunt plurima simulacra; Hunc omnium inventorem artium ferunt; hunc viarum atque itinerum ducem: hunc ad quæstus pecuniæ mercaturasq; habere vim maximam arbitrantur.* Sic Tacit. in lib. de morib. Germanorum. *Deorum maximè Mercurium colunt.* Quod & ex Annal. XII. liquet. Et hic dicebatur illis Teutates. Apud Livium lib XXVI. utrumq; nomen conjunctum legitur: *Quod ubi versus Scipio in tumulum, quem Mercurium Teutatem appellant. &c.* Tumulus verò hic repertus juxta novam Carthaginem, quod nemini mirum videri debet; Hispanis enim, Gallis & Celtarum aliis, multa in cultu numinum communia fuêre. Galli autem per Teutatem Solem significabant; & hinc Vir Incomparabilis Magnus Vossius in de Idololatriæ Orig. & Progres. lib. II. cap. XIII. censet parum appositè nomen hoc à Romanis vocabulo Mercurii expressum, qui Latinè qui loquerentur, non Solem, sed omnino alium ex planetis per Mercurium intelligerent; ea verò, quæ ab antiquissimis hominibus prodita essent de Mercurii cultu ad Solem reduci, pauxilli scirent; nempe non nisi homines eruditissimi, & qui arcana omnis Theologiæ penetrâssent. Quare satiùs fuerat retinere appellationem barbaram. Vim verò vocis existimat rectiùs Romani per Jovis, aut Apollinis nomen expressissent. Idem judicium quoque esto

de

de Heso, qui Gallis itidem erat Sol. Romani verò per Martem reddiderunt.

Vniversa Romanos. Sic eorum potestas, &c. dum undiq; hospites Deos quærunt & suos faciunt.] Romani quotquot provincias, urbes, populos edomabant eorum omnium Deos, partim publicè consecrabant, partim privatim per familias spargebant, ut luculēter eâ de re Arnobius lib. III. *Cincius numina peregrinâ, ipsâ ex novitate dicta pronunciat. Nam solere Romanos religiones urbium superatarum, partim privatim per familias spargere, partim publicè consecrare. Ac ne aliquid Deorum multitudine aut ignorantiâ præteriretur, brevitatis & compendii caussâ uno pariter cunctos nomine Novensiles invocare.* Prudent. lib. II. contra Symmachum.

Innumeros post deinde Deos virtute subactis
Vrbibus, ex claris peperit sibi Roma triumphis,
Inter fumantes templorum armata ruinas
Dextera victoris simulacra hostilia cepit,
Et captiva domum, venerans ceu numina vexit
Roma triumphantis quoties ducis inclyta currum
Plausibus excepit, toties altaria divûm
Addidit, & spoliis sibimet nova numina fecit.

Ab hâc mente capiendus Tertullian. Apologet. cap. X. *Nec ego per singulos decurram, tot ac tantos novos, veteres, Barbaros, Græcos, Romanos, peregrinos, captivos, adoptivos.* Et falluntur interpretes dum *captivos Deos* alios accipiunt. Hinc autem factum ut omnium superstitionum colluvies Romam confluxerit, ibique Dii ex toto quasi Terrarum orbe collecti, commorabantur. Unde merito Theophilus Romam appellavit ἐπιτομὴν τῆς δεισιδαιμονίας. Ita sibi comparârunt Junonem Carthagine, Sicilia Venerem Pessenunte Rheam, Naxo Bacchum, ut tot ad extremum exstarent Romæ fana quot in orbe sepulcra, id quod insigniter narrat Prudentius lib. I. contra Symmachum.

Hæc Italos induxit avos vel fama vel error,
Martia Romuleo celebrarent ut sacra campo.
Vtque Palatinis Capitolia condita saxis
Signarent titulo proavi Iovis, atque Pelasgæ
Palladis & Libycâ Iunonem ex arce vocarent,
Cognatos det Sparta Deos. Veneris quoque nudum
Accirent proceres Erycino è vertice signum.
Vtque Deûm mater Phrygiâ veheretur ab Idâ,

Bacchica de viridi peterentur ut orgia Naxo.
Facta est terrigenæ domus unica Majestatis,
Et tot templa Deûm Romæ, quot in orbe sepulcra
Heroum numerare licet quos fabula inanis
Nobilitat, noster populus veneratus adorat.

Solebant autem Romani cùm urbem aliquam illustrem, puta caput alicujus Regni, obsiderent, nominatim Deos evocare, ampliori in urbe loco habitationi promisso, ut disertim Plinius Histor. Natur. lib. XXVIII. cap. II. ex Verrio Flacco refert. Verba ejus: *Verrius Flaccus autores ponit, quibus credat, in oppugnationibus ante omnia solitum à Romanis sacerdotibus evocari Deum, cujus in tutelâ id oppidum esset: promittiq; illi eundem, aut ampliorem locum apud Romanos, cultumve*: additque ideo occul-occultatum, in cujus Dei tutelâ Roma esset, ne quod sæpe adversus hostium urbes feciisse se noverant, idem ipsi quoque hostili evocatione paterentur, si tutelæ suæ nomen divulgaretur. Formula talis Evocationis à Romanis usurpari solita, exstat apud Macrobium lib. III. Saturnal. cap. IX. eamque non gravabor huc transcribere. SI. DEUS. SI. DEA. EST. CUI. POPOLUS. CIVITAS. QUE. KARTHAGINENSIS. EST, IN. TUTELA. TE. QUE. MAXIME. ILLE. QUI. URBIS. HUIUS. POPOLI. QUE. TUTELAM. RECEPISTI. PRECOR. VENEROR. QUE. VENIAM. QUE. A. VOBIS. PETO. UT. VOS. POPOLUM. CIVITATEM. QUE. KARTHAGINENSEM. DESERATIS. LOCA. TEMPLA. SACRA. URBEM. QUE. EORUM. RELINQUATIS. ABSQUE. HIS. ABEATIS. EI. QUE. POPOLO. CIVITATI. QUE. METUM. FORMIDINEM. OBLIVIONEM. INIICIATIS. PRODITI. QUE. ROMAM. AD. ME. MEOS. QUE. VENIATIS. NOSTRA. QUE. VOBIS. LOCA. TEMPLA. SACRA. URBS. ACCEPTIOR. PROBATIOR. QUE. SIT. MIHI. QUE. POPOLO. QUE. ROMANO. MILITIBUS. QUE. MEIS. PRÆPOSITI. SITIS. UT. SCIAMUS. INTELLIGAMUS. QUE. SI. ITA. FECERITIS. VOVEO. VOBIS. TEMPLA. LUDOS. QUE. FACTURUM.

Et urbem metu hostili liberavit.] Livius lib. XXVII. *Quandocunque hostis alienigena terræ Italiæ bellum intulisset, cum pelli Italiâ, vinciq; posse, si mater Idæa Pessinunte Romam advecta esset.* Arnob. lib. VII. *Sed & Magna,* inquit, *mater accita ex Phrygio Pessinunte, jussis consimiliter vatum, salutaris populo & magnarum causa lætitiarum fuit,* &c. August. de Civitat. Dei. lib. III. c. XII. Cicero de Aruspicum Responsis.

Majores nostri aut observandis Auguriis.] Auguria olim non solum

apud

apud illos qui humaniores audiebant, uti Græci & Romani, sed & Barbaras quasque Nationes magno in pretio & æstimatione fuisse liquet ex Æliano l. II. c. XXXI. Variar. Hist. λέγουσι δὲ τῶν βαρβάρων οἱ προειρημένοι, καὶ εἶναι θεοὺς, καὶ προνοεῖν ἡμῶν, καὶ προσημαίνειν τὰ μέλλοντα, καὶ διὰ ὀρνίθων, καὶ διὰ συμβόλων, καὶ διὰ σπλάγχνων, καὶ δι' ἄλλων τινῶν μαθημάτων τε, καὶ διδαγμάτων. Quisnam augurandi scientiam primus invenerit non convenit inter autores.. Suidas in voce τηλέγονος. inventorem Telegonum esse vult. Plinius verò lib. VII. cap. LVI. ait esse inventum ejus Caris, à quo Caria nomen accepit. Apud Æschilum in Prometh. sibi ipsi inter alia augurii inventionem quoque tribuit Prometheus.

Κἄκρινα πρῶτος ἐξ ὀνειράτων ἃ χρὴ
ὑπαργενέσθαι, κληδόνας τε δισκρίτους
ἐγνώρισ' αὐτοῖς ἐννοδίους τε συμβόλους,
γαμψανύχων τε πτῆσιν οἰωνῶν σκεθρῶς
διώρισ', οἵτινές τε δεξιοὶ φύσιν,
εὐώνομοί τε, καὶ δίαιταν ἣν τινα
ἔχουσ' ἕκαστοι, καὶ πρὸς ἀλλήλους τίνες
ἔχθραι τε καὶ τάργηθρα καὶ συνεδρίαι.

Alii in Etruriâ repertam volunt, authoremque extitisse Tagen quendam. Ovid. l. XV. Met.

Indigenæ dixere Tagen qui primus Etruscam
Edocuit gentem casus aperire futuros.

Vid. M. T. Cicero l. II. de Divinat. Fest. in Tages. Censorin. de Die Natali c. IV. Ammian. Marcellin. l. XXI. Arnob. II. Columella lib. X. de cultu Hortorum. Martian. Capella l. II. & l. VI. Isidor. l. VIII. Orig. c. IX. J. Salisberiens. l. I. Policr. cap. XII. Serv. ad l. II. Æneid. Lucan. l. I. Pharsal. ℣. 635. Ex Fulgentio de vocibus antiquis colligi quoque videtur posse, Tagen auguralē hanc artem scriptis mandâsse. Nam in voce *Præsegmina*, citat Tagetem in Aruspicinis dicentem; *Præsegminibus amputatis.* Censorinus tamen dicto loco non à Tagete ipso, sed ab incolis Etruriæ scriptis hanc artem complexam ait: *Nec non in agro Tarquiniensi puer dicitur divinitus exaratus nomine Tages, qui disciplinam cecinerit extispicii: quam Lucumones, tum Etruriæ potentes, exscripserunt.* Sed fabula hæc est de Tagete, orta, ut opinor, ex eo, quod in Etruriâ quidem erant Augures, Aruspices, Vaticinatoresque quamplurimi, harumque rerum peritissimi, unde & Romani illos præ cæteris fide dignos habebant, quippe qui ex Etruriâ super-

Nec pes officium ſtandi tenet ----

Et paſſim ſcriptores, præſertim Poëtæ, Equis generoſis, & animos ſuos vix capientibus, igneum quidpiam adſcribunt, in eorumque flatu id agnoſcere ſibi videntur. Gratius:

Os magnum ex patulis agitatos naribus ignes
Spirent ----

Claudianus Quarto Conſulatu Honorii.

Vtque tuis primum ſonipes calcaribus arſit
Igneſcunt patulæ nares, non ſentit arenas
Vngula, ----

Aliique quorum tranſcriptione nunc ſuperſedeo, Sedati tamen Epiſcopi locum elegantem, qui exſtat Epiſt. XIX. ad Ruirium non poſſum non ſubjicere: *Equum priuſquam viderem cum Epiſtolas veſtras relego, illorum de gente Credidi ---- quos Dædala Circe Suppoſita de matre notos furata creavit: Putabam illum calidum animis, acrem curſibus ignem cùm exhiberetur, elatis naribus efflaturum, concuſſurum ſolido cornu campos, celeritate ventos & flumina præcurſurum.* Hactenus ille.

Allia nomen infauſtum.] Quo die pugnata Alienſis ſit pugna, in hiſtoriis ambiguum. Tacitus enim XV. Annal. A. D. XIV. Kalend. Sextil. quo die in Kalendario Farneſſano Romæ effoſſo: LUCARIA notantur, quæ à Romanis in luco celebrabantur, qui permagnus inter viam Salariam & Tiberim fuit, quòd victi à Gallis fugientes è prœlio ibi ſe occultaverant, & N F. hoc eſt Nefaſtus poſtremâ parte diei ſignatur. Mentio quoque apud Macrob. lib. I. Saturnal. c. IV. Et Feſt. in Lucaria. Tit. Livius lib. VI. & Plutarch. in Camillo, A. D. XV. Kal. Sextil. cladem Alienſem perpeſſam ſcribunt. Auctor de Viris Illuſtribus, A. D. XVI. Kal. Aug. Cui præ aliis cum A. Schotto, hâc de re aſſentior, idque potiſſimum, quia pridie ejus diei, hoc eſt, poſtridie EID. QUINCTIL. pro proſpero ac fauſto ejus pugnæ ſucceſſu rebus divinis operam datam eſſe prodidit Agellius lib. V. cap. XVII. Macrobius I. Saturnal. cap. XVI. ac Verrius Flaccus lib. IV. de Verbor. ſignific. *Vrbe*, inquit, *à Gallis Senonibus recuperata L. Attilius in Senatu verba fecit, Q. Sulpitium* TR. MIL. *ad Aliam adverſus Gallos pugnaturum rem divinam dimicandi gratiâ poſtridiè* EIDUS *feciſſe: hinc exercitum pop. Rom. occiſione occiſum, & poſt diem tertium ejus diei urbem præter Capitolium captam eſſe. Hinc dies qui ſunt poſtridie Kal. Non. Eid. atros dictos & habitos.* Hinc Afranius in Fratriis à Nonio Marcello adductus dict. *Atri dies.*

Septem-

tembris heri Kalendæ, hodie atri dies.

Dicti etiam hi dies Religiosi. Agell. lib. IV. cap. IX. *Religiosi dies dicuntur tristi omine infames impeditiq; in quibus & res divinas facere, & rem quampiam novam exordiri temporandum est. quos multitudo imperitorum pravè & perperàm nefastos appellant. itaque M. Cicero in libro epistolarum nono ad Atticum, Majores, inquit, nostri funestiorem diem esse voluerunt Alliensis pugnæ, quàm urbis captæ; quod hoc malum ex illo. itaque alter Religiosus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus.* Itaque omnia quæ iisdem diebus peragebantur, infelicem habere successum putabantur. Tacit. lib. II. Hist. *Funesti*, inquit, *ominis loco acceptum est quòd maximum pontificatum adeptus Vitellius, de Ceremoniis* XV. *Kal. August. edixisset, antiquitus infausto die Cremerensi Alliensiq; cladibus.* Ceterùm de diebus faustis ac infaustis quædam P. Hospinianus lib. II. de fest. Gentil. cap. I. quem vide sis.

De Deorum natalibus.] Ex hoc Minucii aliorumque locis videre est, Natalem non solum hominibus sed & Dîs tribui. Ita Arnobius lib. VII. *Telluris*, inquit, *natalis est*; *Dii enim ex uteris prodeunt, & habent dies lætos, quibus eis asscriptum est, auram usurpare vitalem.* Idem eodem libro: *Dies nobis natalitii sunt, & potentias cœlites dies autumant habere natales.*

Sic Acron ad Horat. lib. II. od. XII. *Natalis Dianæ à virginibus celebrabatur, sicut Apollinis à pueris.* Martialis lib. III. Epigr. LXVIII.

Majæ Mercurium creastis Idus.

Tertullianus de Idolol.; *Idem*, inquit, *fit idoli natali omni Diaboli pompâ frequentatur.* Sed quoniam Auctor noster jam nos ad Natales Deorum deduxit, fortasse non ingratum juventuti erit, si, hâc occasione, quædam etiam de hominum natalibus adtexamus, ac priscum ejus celebrandi ritum nonnihil illustremus. Observo autem præter Deorum Natales, antiquitus & principum, & urbium, & privatorum hominum in veneratione summâ fuisse. Primùm vero de urbium natali liquet ex Cicerone pro Flacco, ubi Romæ natalis mentio: *O Nonæ illæ Decembres, quæ me Consule fuistis; quem ego Diis Natalem, verè hujus urbis, aut certe salutarem appellare possum.* Idem lib. II. de Divinat. *Etiamne urbis natalis dies, ad vim stellarum pertinebat?* Et Plinius lib. XIV. cap. IV. *Ea cœli temperies fulsit, quam coctiram vocant solis opere natali urbis* IↃCCCXXXIV. Sic L. II. Cod. de feriis. *Natalitii dies urbium maximarum Romæ & Constantinopolis.* De Principum natali videmus apud Suetonium in Augusto cap. LVII. ubi dicit. Natalibus Augusti ludi equestres

unde contractè Ἀστάρτη sive *Astarta*. Quia autem עשתרת gregem significat, vel, ceu quidam Rabinorum existimant, oves feminas, eo R. David Kimchi putat simulachrum Astartes fuisse ovis figurâ. Ait enim צלמים עשויים בצורות עשתרות, id est, *Imagines factæ ad formam ovium*. Aliis magis placet eam ita vocari, quia ovis illi immolaretur. Doctissimus, linguarumque Orientalium Peritissimus Vir S. Bochartus in admirando Opere Geograph. Sacr. Chanaan lib. II. cap. II. vocem עשתרות latius patuisse vult, & tam armenta boum quam greges significasse. Ita Deuteron. cap. VII. com. XIII. Chaldæus עשתרות reddit עדרי & Arabs קטאיע quæ vocabula tàm ad armenta quàm greges pertinent. Sic Joël. cap. I. com. XVIII. armenta boum sunt עדרי בקר & greges ovium עדרי הצאן. Et Genes. cap. XXXII. com. XVI. Arabicum קטערת tàm dicitur de camelorum, & asinorum & boum armentis, quàm de ovium & caprarũ gregibus. Et μῆλα Græcis non solũ oves designat, sed & quodvis quadrupes ea voce denotatur, ut ex Homero & Pindaro probat Pindari Scholiastes in Pyth. Od. IV. Atqui hinc etiam, cùm in nomine Astartes, tàm lateat bovis quàm ovis significatio, manifesta fiunt, illa Sanchoniathonis, sive Philonis Byblii apud Eusebium in primo Euangelicæ Præparationis, dum inquit; Ἡ δὲ Ἀστάρτη ἐπέθηκε τῇ ἰδίᾳ κεφαλῇ βασιλείας παρόσημον κεφαλὴν ταύρου. nimirum genus stemmatis in taurinum caput efformatum. Quo habitu à Sanchoniathone etiam describitur περιοδεία τῆς οἰκουμένης. Ut videatur esse Græcorum Io, quam in bovem mutatam fingunt varias peragrâsse terras. Quod & Euripides significare videtur cùm de Thebanis & Phœnicibus scribit, quòd Iõnem pro communi matre agnoscant; Ita enim in Phœnissis ait:

Κοινὸν αἷμα, κοινὸν τέκνα
Τὰς κερασφόρου πέφυκε Ἴδος.

Ex verbis Sanchoniathonis quoque liquet per *Astartem* designari Lunam. Lunæ enim nota caput taurinum est, cujus cornibus Luna curvata in cornua repræsentetur. Eodem modo ut Ægyptii Isidem cornibus agnoscebant, quæ eadem etiam est cum Lunâ. Herodotus de hâc in Euterpe: Ἴσιος ἄγαλμα, ἐὸν γυναικήιον, βούκερών ἐστι, κατάπερ Ἕλληνες τὴν Ἰοῦν γράφουσι. Verùm de Iside suo loco. Lucianus quoque in de Deâ Syriâ Astartem dicit esse Lunam: Ἐνι δὲ καὶ ἄλλο ἱρὸν ἐν Φοινίκῃ μέγα. τὸ δὲ Σιδώνιοι ἔχουσι. ὡς μὲν αὐτοὶ λέγουσι, Ἀστάρτης ἐστί. Ἀστάρτην δ' ἐγὼ δοκέω σελήνην εἶναι. Vide Achill. Tatium lib. α. Astartem verò ex Sanchoniathone

Philo

Philo Byblius apud Euſebium 1. Præp. Euang. ait eandem ac Venerem eſſe. Verba ejus : Τῷ δὴ Ἀστάρτῃ Φοίνικες τὴν Ἀφροδίτην εἶναι λέγουσι. Quod & Procopius Gazęus in lib. 1. Reg. cap. VII. affirmat; cùm enim dixiſſet ubi LXX. habent. τὰ ἄλση Ἀστάρωθ, Aquilam vertere τὰς Ἀστάρτης ἀγάλματα; ſubjungit, Οὕτω δὲ καλοῦσι τὴν Ἀφροδίτην ἐπὶ τῇ ἀστέρι παρονομάζαντες. Ita quoque interpretatur in lib. III. Reg. cap. XVI. & lib. IV. Reg. cap. XXIII. Additque in III. Reg. cap. XVI. à Sidoniis cultam, ejuſq; honori lucos plantaros, quæ ad amuſſim reſpondent Græcorum & Latinorum Dianæ. de hâc enim Maro Æneid. IX.

---- nemorum Latonia cuſtos.

Et XI.

---- Nemorum cultrix Latonia virgo.

Ab Horatio quoque Carmine ſeculari nunc *ſilvarum potens* dicitur, nunc lib. III. Od. XXII.

Montium cuſtos nemorumq; virgo.

Ut hinc etiam Aſtarten Dianam ſive Lunam eſſe eluceat. Exſtat & apud Suidam : Ἀστάρτη ἡ παρ' Ἕλλησιν Ἀφροδίτη λεγομένη. qui deinceps addit : Αὐτὴν δὲ εἶναι τὸν ἑωσφόρον μυθολογοῦσιν. Similiter Procopius in 1. Reg. cap. VII. Item Michaël Glycas in II. Annalium parte. At Græcis quidem Venus eſt Heſperus ſive Lucifer: Orienti verò Venus potius eſt Luna ; ut ita Aſtarte eadem ſit ac Luna. Nec audiendus Franciſcus Floridus lib. II. Subſeciv. Lect. cap. VII. dum Lucianum in verbis à nobis ſupra adductis errâſſe ait ; ſed certè ipſe potius inſigniter hallucinatus eſt, dum nobis ſuppoſiticia illa Plauti ex Mercat. Act. IV. Sc. V. pro legitimis & genuinis oggerit.

Diva Aſtarte, hominum deorumq; vis, vita, ſalus, rurſus eadem quæ eſt
Pernicies, mors, interitus, mare, tellus, cœlum, ſidera
Iovis quacumq; templa colimus, ejus ducuntur nutu, illi obtemperant.

Quæ inquit non Lunæ ſed Veneri convenire. Quod verum eſt, ſed licet verba hæc Plauti eſſent, ceu tamen non ſunt, nihilominus non ex Latinis, ut optimè Magnus Voſſius loquitur, ſed Oriente de Orientis numinibus judicandum. His vero Venus & Juno eſt Sidus illud, quod in humorem omnem imperium exerit. id verò Lunam eſſe nemo, niſi qui mentem in calcaneis geſſet, inficias ibit, Aſtarte Phœnicibus etiam dicitur *Baaltis* ſive *Beltis*,

tis, quæ eadem est ac Venus sive Luna. Nam ut Jupiter, hoc est Sol cum æthere est Baal; Ita *Baaltis* Juno sive Venus, hoc est, Luna cum aëre. Similiter etiam *Beltis* appellata. Nempe ut Jupiter sive Sol בל *Bel*, unde Βῆλος; sic Juno sive Diana בלה *Bela*, unde Βῆλις. Hanc innuit Hesychius in illis: Βήλθης, ἡ Ἥρα ἡ Ἀφροδίτη. & ceu בעל שמים est Jupiter Olympius, ita בעלת שמים est Juno Olympia, hoc est, *Domina* seu *Regina Cœli*; Quomodo & eam, si B. Hieronymi interpretationem sequimur, appellat Prophera Jirmejas cap. VII. com. XVIII. & cap. XLIV. com. XVII. XVIII. XIX. XXV; quæ opinio haud displicet. Quanquam enim nonnulli מלכת השמים vertant *Militiam Cœli*. LXX. tamen nunc στρατιὰν, nunc Βασίλισσαν τοῦ οὐρανοῦ reddunt, quod nomen Junoni & Astarte propriè convenit; Nec Sol magis Rex Cœli quàm Luna Regina. Sacra vero solennia hujus Deæ erant thymiamata & libationes, sic enim ex supra citatis Jirmejæ locis apparet.

Dianam Taurios.] Al. *Tauros*, vel *Tauricos*. De hâc Deâ vide quæ infra notavimus.

Gallos Mercurium.] De Gallis Cæsar lib. VI. Comment. de Bello Gallico: *Deum maximè Mercurium colunt: hujus sunt plurima simulacra; Hunc omnium inventorem artium ferunt; hunc viarum atque itinerum ducem: hunc ad quæstus pecuniæ mercaturasq; habere vim maximam arbitrantur.* Sic Tacit. in lib. de morib. Germanorum. *Deorum maximè Mercurium colunt.* Quod & ex Annal. XII. liquet. Et hic dicebatur illis Teutates. Apud Livium lib XXVI. utrumq; nomen conjunctum legitur: *Quod ubi versus Scipio in tumulum, quem Mercurium Teutatem appellant. &c.* Tumulus verò hic repertus juxta novam Carthaginem, quod nemini mirum videri debet; Hispanis enim, Gallis & Celtarum aliis, multa in cultu numinum communia fuêre. Galli autem per Teutatem Solem significabant; & hinc Vir Incomparabilis Magnus Vossius in de Idololatriæ Orig. & Progres. lib. II. cap. XIII. censet parum appositè nomen hoc à Romanis vocabulo Mercurii expressum, qui Latinè qui loquerentur, non Solem, sed omnino alium ex planetis per Mercurium intelligerent; ea verò, quæ ab antiquissimis hominibus prodita essent de Mercurii cultu ad Solem reduci, pauxilli scirent; nempe non nisi homines eruditissimi, & qui arcana omnis Theologiæ penetrâssent. Quare satiùs fuerat retinere appellationem barbaram. Vim verò vocis existimat rectiùs Romani per Jovis, aut Apollinis nomen expressissent. Idem judicium quoque esto

de

de Heso, qui Gallis itidem erat Sol. Romani verò per Martem reddiderunt.

Vniversa Romanos. Sic eorum potestas, &c. dum undiq; hospites Deos quærunt & suos faciunt.] Romani quotquot provincias, urbes, populos edomabant eorum omnium Deos, partim publicè consecrabant, partim privatim per familias spargebant, ut luculēter eâ de re Arnobius lib. III. *Cincius numina peregrinâ, ipsâ ex novitate dicta pronunciat. Nam solere Romanos religiones urbium superatarum, partim privatim per familias spargere, partim publicè consecrare. Ac ne aliquid Deorum multitudine aut ignorantiâ præteriretur, brevitatis & compendii caussâ uno pariter cunctos nomine Novensiles invocare.* Prudent. lib. II. contra Symmachum.

Innumeros post deinde Deos virtute subactis
Vrbibus, ex claris peperit sibi Roma triumphis,
Inter fumantes templorum armata ruinas
Dextera victoris simulacra hostilia cepit,
Et captiva domum, venerans ceu numina vexit
Roma triumphantis quoties ducis inclyta currum
Plausibus excepit, toties altaria divûm
Addidit, & spoliis sibimet nova numina fecit.

Ab hâc mente capiendus Tertullian. Apologet. cap. X. *Nec ego per singulos decurram, tot ac tantos novos, veteres, Barbaros, Græcos, Romanos, peregrinos, captivos, adoptivos.* Et falluntur interpretes dum *captivos Deos* alios accipiunt. Hinc autem factum ut omnium superstitionum colluvies Romam confluxerit, ibique Dii ex toto quasi Terrarum orbe collecti, commorabantur. Unde merito Theophilus Romam appellavit ἐπιτομὴν τῆς δεισιδαιμονίας. Ita sibi comparârunt Junonem Carthagine, Siciliâ Venerem Pessenunte Rheam, Naxo Bacchum, ut tot ad extremum exstarent Romæ fana quot in orbe sepulcra, id quod insigniter narrat Prudentius lib. I. contra Symmachum.

Hæc Italos induxit avos vel fama vel error,
Martia Romuleo celebrarent ut sacra campo.
Vtque Palatinis Capitolia condita saxis
Signarent titulo proavi Iovis, atque Pelasgæ
Palladis & Libycâ Iunonem ex arce vocarent,
Cognatos det Sparta Deos. Veneris quoque nudum
Accirent proceres Erycino è vertice signum.
Vtque Deûm mater Phrygiâ veheretur ab Idâ,

Bacchica de viridi peterentur ut orgia Naxo.
Facta est terrigenæ domus unica Majestatis,
Et tot templa Deûm Romæ, quot in orbe sepulcra
Heroum numeres licet quos fabula inanis
Nobilitat, noster populus veneratus adorat.

Solebant autem Romani cùm urbem aliquam illustrem, puta caput alicujus Regni, obsiderent, nominatim Deos evocare, ampliori in urbe loco habitationi promisso, ut disertim Plinius Histor. Natur. lib. XXVIII. cap. II. ex Verrio Flacco refert. Verba ejus: *Verrius Flaccus autores ponit, quibus credat, in oppugnationibus ante omnia solitum à Romanis sacerdotibus evocari Deum, cujus in tutelâ id oppidum esset: promittiq; illi eundem, aut ampliorem locum apud Romanos, cultumve*: additque ideo occul-occultatum, in cujus Dei tutelâ Roma esset, ne quod sæpe adversus hostium urbes feciſſe se noverant, idem ipsi quoque hostili evocatione paterentur, si tutelæ suæ nomen divulgaretur. Formula talis Evocationis à Romanis usurpari solita, extat apud Macrobium lib. III. Saturnal. cap. IX. eamque non gravabor huc transcribere. SI. DEUS. SI. DEA. EST. CUI. POPOLUS. CIVITAS. QUE. KARTHAGINENSIS. EST, IN. TUTELA. TE. QUE. MAXIME. ILLE. QUI. URBIS. HUIUS. POPOLI. QUE. TUTELAM. RECEPISTI. PRECOR. VENEROR. QUE. VENIAM. QUE. A. VOBIS. PETO. UT. VOS. POPOLUM. CIVITATEM. QUE. KARTHAGINENSEM. DESERATIS. LOCA. TEMPLA. SACRA. URBEM. QUE. EORUM. RELINQUATIS. ABSQUE. HIS. ABEATIS. EI. QUE. POPOLO. CIVITATI. QUE. METUM. FORMIDINEM. OBLIVIONEM. INIICIATIS. PRODITI. QUE. ROMAM. AD. ME. MEOS. QUE. VENIATIS. NOSTRA. QUE. VOBIS. LOCA. TEMPLA. SACRA. URBS. ACCEPTIOR. PROBATIOR. QUE. SIT. MIHI. QUE. POPOLO. QUE. ROMANO. MILITIBUS. QUE. MEIS. PRÆPOSITI. SITIS. UT. SCIAMUS. INTELLIGAMUS. QUE. SI. ITA. FECERITIS. VOVEO. VOBIS. TEMPLA. LUDOS. QUE. FACTURUM.

Et urbem metu hostili liberavit.] Livius lib. XXVII. *Quandocunque hostis alienigena terræ Italiæ bellum intulisset, eum pelli Italiâ, vinciq; posse, si mater Idæa Pessinunte Romam advecta esset.* Arnob. lib. VII. *Sed & Magna*, inquit, *mater accita ex Phrygio Pessinunte, jussis consimiliter vatum, salutaris populo & magnarum causa lætitiarum fuit*, &c. Auguſt. de Civitat. Dei. lib. III. c. XII. Cicero de Aruspicum Responsis.

Majores nostri aut observandis Auguriis.] Auguria olim non solum apud

apud illos qui humaniores audiebant, uti Græci & Romani, sed & Barbaras quasque Nationes magno in pretio & æstimatione fuisse liquet ex Æliano l. II. c. XXXI. Variar. Hist. λέγουσι δὲ τῶν βαρβάρων οἱ προειρημένοι, καὶ εἶναι θεοὺς, καὶ προνοεῖν ἡμῶν, καὶ προσημαίνειν τὰ μέλλοντα, καὶ διὰ ὀρνίθων, καὶ διὰ συμβόλων, καὶ διὰ σπλάγχνων, καὶ δι' ἄλλων τινῶν μαθημάτων τε, καὶ διδαγμάτων. Quisnam augurandi scientiam primus invenerit non convenit inter autores.. Suidas in voce τηλέγονος. inventorem Telegonum esse vult. Plinius verò lib. VII. cap. LVI. ait esse inventum ejus Caris, à quo Caria nomen accepit. Apud Æschilum in Prometh. sibi ipsi inter alia augurii inventionem quoque tribuit Prometheus.

Κἄκρινα πρῶτος ἐξ ὀνειράτων ἃ χρὴ
ὑπαργεύεσθαι, κληδόνας τε δισκρίτους
ἐγνώρισ' αὐτοῖς ἐννοδίους τε συμβόλους,
γαμψανύχων τε πτῆσιν οἰωνῶν σκεθρῶς
διώρισ', οἵτινές τε δεξιοὶ φύσιν,
εὐώνομοί τε, καὶ δίαιταν ἥν τινα
ἔχουσ' ἕκαστοι, καὶ πρὸς ἀλλήλους τίνες
ἔχθραι τε καὶ τάργηθρα καὶ συνεδρίαι.

Alii in Etruriâ repertam volunt, authoremque extitisse Tagen quendam. Ovid. l. XV. Met.

Indigenæ dixere Tagen qui primus Etruscam
Edocuit gentem casus aperire futuros.

Vid. M. T. Cicero l. II. de Divinat. Fest. in Tages. Censorin. de Die Natali c. IV. Ammian. Marcellin. l. XXI. Arnob. II. Columella lib. X. de cultu Hortorum. Martian. Capella l. II. & l. VI. Isidor. l. VIII. Orig. c. IX. J. Salisberiens. l. I. Policr. cap. XII. Serv. ad l. II. Æneid. Lucan. l. I. Pharsal. ℣. 635. Ex Fulgentio de vocibus antiquis colligi quoque videtur posse, Tagen auguralē hanc artem scriptis mandâsse. Nam in voce *Præsegmina*, citat Tagetem in Aruspicinis dicentem; *Præsegminibus amputatis.* Censorinus tamen dicto loco non à Tagete ipso, sed ab incolis Etruriæ scriptis hanc artem complexam ait: *Nec non in agro Tarquiniensi puer dicitur divinitus exaratus nomine Tages, qui disciplinam cecinerit extispicii: quam Lucumones, tum Etruriæ potentes, exscripserunt.* Sed fabula hæc est de Tagete, orta, ut opinor, ex eo, quod in Etruriâ quidem erant Augures, Aruspices, Vaticinatoresque quamplurimi, harumque rerum peritissimi, unde & Romani illos præ cæteris fide dignos habebant, quippe qui ex Etruriâ super-

stitionum leges, Ceremonias, carmina plurima hauserint, etiam fulgurum curæ, idque genus alia. Sidonius:

Fulgura si Thuscus novit si gramina Colchus.

Idem alibi.

Quid, rogo, Bisseno mihi vulture Thuscus aruspex
Portendit? ---

De extispiciis Tibullus lib. II.

Vera monent divi venturæ nuncia sortis:
Vera monent Thuscis exta probata viris.

Et erant etiam vulgò Etrusci talium periti. Livius l. I. manifeste: *Tanaquil perita, ut vulgo Etrusci, cœlestium prodigiorum mulier.* Accersebanturq; ideò tempore prodigiorum rebusque dubiis, sed publicis non verò privatis, à Romanis ex Etruriâ Vates. Lucan. l. I. Pharsal.

Hæc propter placuit Thuscos de more vetusto
Acciri vates. ---

Livius lib. I. *Hæc agenti portentum terribile visum anguis ex columnâ ligneâ elapsus, cum terrorem fugamq; in Regiam fecisset, ipsius Regis non tam subito pavore perculit pectus, quam animis implevit curis. Itaq; cum ad publica prodigia Etrusci tantum vates adhiberentur, hoc, velut domestico exterritus viso Delphos mittere statuit.* Horum autem maximi natu præ cæteris in honore habebantur, sententiaque primo loco ab iis rogabatur. Lucan. l. I. Pharsal.

--- quorum qui maximus ævo
Arruns, in coluit deserta Mœonia luna.

Appian. l. IV. Civilium. *His procurandis Senatus Aruspices ac vates accersivit ab Etruriâ: quorum natu maximus rediturum ait regnum quale priscis temporibus fuerat, cunctosq; servituros, se uno excepto. Simulq; spiritum compressit donec exanimaretur.* Plura de Auguriis si voles, videatur Augustinus Niphus libro, quem de Auguriis inscripsit, Alexander ab Alexandro lib. V. Genial. dierum, cap. XIII. Peucerus de Divinat. Georg. Raguseius lib. II. de Divinat. Epist. IX.

Delubris.] Glossæ Veteres, *Delubrum*, καθίδρυμα, ξόανον, ἀνάθημα. Festus ait; *Delubrum fuisse dicebant fustem delibratum, hoc est, decorticatum, quem venerabantur pro Deo.* Quod Asconius Pedianus in Divination. Cicer. reprehendit, ubi etiam inquit. *Sunt qui templa esse dicant singulorum Diis attributorum locorum, delubra multarum aliorum sub uno tecto à deluvio pluviæ munitarum. Alii delubra dicunt ea templa, in quibus sunt labra corporum abluendorum mortuorum, ut*

Dodonæi

Dodonæi Iovis, aut Apollinis Delphici, in quorum delubris lebetes tripodesq; visuntur. Hactenus ille. Serv. in Æneid. II. *Delubrum*, inquit, *dicitur, quod uno tecto plura complectitur numina, quia uno tecto diluitur: ut Capitolium in quo est Minerva, Iupiter, Iuno. Alii, ut Cincius delubrum esse locum ante templum, ubi aqua currit, à diluendo.* & paullò pòst: *Delubrum effigies à delibratione corticis, nam antiqui felicium arborum ramos, cortice detracto, in effigies deorum formabant, unde Græci ξόανον dicunt.* Apud Macrob. l. III. Saturnal. Cap. IV. Varro lib. VII. Rer. Divinar. *Delubrum*, ait, *alios æstimare, in quo præter ædem sit area assumpta Deûm causâ, ut est in circo Flaminio Iovis Statoris; alios in quo loco Dei simulacrum dedicatum est.* & adjecit: *sicut locum in quo figerent candelam candelabrum appellatur, ita in quo Deum ponerent nominatum delubrum.* ubi subnectit Macrobius: *His à Varrone præscriptis intelligere possumus id potissimùm ab eo probatum, quod ex suâ consuetudine in ultimo posuit, ut à Dei dedicato simulachro delubrum cœpit nuncupari. Virgilius tamen utramq; rationem diligenter est exsecutus.* Vide quę sequuntur, ut & Serv. ad III. Æneid.

Principio delubra adeunt, pacemq; per aras
Exquirunt.----

Spumantibus equis.] Virgil. Æneid. XI.

Insignis longe Phrygiis fulgebat in armis
Spumantemq; agitabat equum.

Et lib. XII.

Objecit sese ad currum & spumantia frenis
Ora citatorum dextra contorsit equorum.

Ibidem paulò post.

---- Medius volat ecce per hostes
Vectus equo spumante----

Claudian. lib. II. in Rufinum.

---- Spumis igneſcere frena,
Pulveris extolli nimbos---

Heroicè Papinius lib. VI.

Qui dominis idem ardor equis: face lumina surgunt;
Ora sonant morsu, spumisq; & sanguine ferrum
Vritur, impulsi nequeunt obsistere postes.

Equis fumantibus.] Papinius de Equo Domitiani

Fumat & ingenti propellit Strymona flatu.

Nemesianus Cyneget.

Fumant humenteis calida de nare vapores,

Nec pes officium ſtandi tenet ----

Et paſſim ſcriptores, præſertim Poëtæ, Equis generoſis, & animos ſuos vix capientibus, igneum quidpiam adſcribunt, in eorumque flatu id agnoſcere ſibi videntur. Gratius:

Os magnum ex patulis agitatos naribus ignes
Spirent ----

Claudianus Quarto Conſulatu Honorii.

Vtque tuis primum ſonipes calcaribus arſit
Igneſcunt patulæ nares, non ſentit arenas
Vngula, ----

Aliique quorum tranſcriptione nunc ſupersedeo, Sedati tamen Epiſcopi locum elegantem, qui exſtat Epiſt. XIX. ad Ruricium non poſſum non ſubjicere: *Equum priuſquam viderem cum Epiſtolas veſtras relego, illorum de gente Credidi ---- quos Dædala Circe Suppoſitæ de matre notos furata creavit: Putabam illum calidum animis, acrem curſibus ignem cùm exhiberetur, elatis naribus efflaturum, concuſſurum ſolido cornu campos, celeritate ventos & flumina præcurſurum.* Hactenus ille.

Allia nomen infauſtum.] Quo die pugnata Alienſis ſit pugna, in hiſtoriis ambiguum. Tacitus enim XV. Annal. A. D. XIV. Kalend. Sextil. quo die in Kalendario Farneſſano Romæ effoſſo: LUCARIA notantur, quæ à Romanis in luco celebrabantur, qui permagnus inter viam Salariam & Tiberim fuit, quòd victi à Gallis fugientes è prœlio ibi ſe occultaverant, & N F. hoc eſt Nefaſtus poſtremâ parte diei ſignatur. Mentio quoque apud Macrob. lib. I. Saturnal. c. IV. Et Feſt. in Lucaria. Tit. Livius lib. VI. & Plutarch. in Camillo, A. D. XV. Kal. Sextil. cladem Alienſem perpeſſam ſcribunt. Auctor de Viris Illuſtribus, A. D. XVI. Kal. Aug. Cui præ aliis cum A. Schotto, hâc de re aſſentior, idque potiſſimum, quia pridie ejus diei, hoc eſt, poſtridie EID. QUINCTIL. pro proſpero ac fauſto ejus pugnæ ſucceſſu rebus divinis operam datam eſſe prodidit Agellius lib. V. cap. XVII. Macrobius I. Saturnal. cap. XVI. ac Verrius Flaccus lib. IV. de Verbor. ſignific. *Vrbe*, inquit, *à Gallis Senonibus recuperata L. Attilius in Senatu verba fecit, Q. Sulpitium* TR. MIL. *ad Aliam adverſus Gallos pugnaturum rem divinam dimicandi gratiâ poſtridiè* EIDUS *feciſſe: hinc exercitum pop. Rom. occiſione occiſum, & poſt diem tertium ejus diei urbem præter Capitolium captam eſſe. Hinc dies qui ſunt poſtridie Kal. Non. Eid. atros dictos & habitos.* Hinc Afranius in Fratriis à Nonio Marcello adductus dicit. *Atri dies.*

Septem-

tembris heri Kalendæ, hodie atri dies.

Dicti etiam hi dies Religiosi. Agell. lib. IV. cap. IX. *Religiosi dies dicuntur tristi omine infames impeditiq; in quibus & res divinas facere, & rem quampiam novam exordiri temporandum est. quos multitudo imperitorum pravè & perperàm nefastos appellant. itaque M. Cicero in libro epistolarum nono ad Atticum, Majores, inquit, nostri funestiorem diem esse voluerunt Aliensis pugnæ, quàm urbis captæ; quod hoc malum ex illo. itaque alter Religiosus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus.* Itaque omnia quæ iisdem diebus peragebantur, infelicem habere successum putabantur. Tacit. lib. II. Hist. *Funesti*, inquit, *ominis loco acceptum est quòd maximum pontificatum adeptus Vitellius, de Ceremoniis* XV. *Kal. August. edixisset, antiquitus infausto die Cremerensi Alienstq; cladibus.* Ceterùm de diebus fastis ac infastis quædam P. Hospinianus lib. II. de fest. Gentil. cap. I. quem vide sis.

De Deorum natalibus.] Ex hoc Minucii aliorumque locis videre est, Natalem non solum hominibus sed & Dîs tribui. Ita Arnobius lib. VII. *Telluris*, inquit, *natalis est*; *Dii enim ex uteris prodeunt, & habent dies lætos, quibus eis asscriptum est, auram usurpare vitalem.* Idem eodem libro: *Dies nobis natalitii sunt, & potentias cœlites dies autumant habere natales.*

Sic Acron ad Horat. lib. II. od. XII. *Natalis Dianæ à virginibus celebrabatur, sicut Apollinis à pueris.* Martialis lib. III. Epigr. LXVIII.

Majæ Mercurium creastis Idus.

Tertullianus de Idolol.; *Idem*, inquit, *fit idoli natali omni Diaboli pompâ frequentatur.* Sed quoniam Auctor noster jam nos ad Natales Deorum deduxit, fortasse non ingratum juventuti erit, si, hâc occasione, quædam etiam de hominum natalibus adtexamus, ac priscum ejus celebrandi ritum nonnihil illustremus. Observo autem præter Deorum Natales, antiquitus & principum, & urbium, & privatorum hominum in veneratione summâ fuisse. Primùm vero de urbium natali liquet ex Ciceronc pro Flacco, ubi Romæ natalis mentio: *O Nonæ illæ Decembres, quæ me Consule fuistis; quem ego Diis Natalem, verè hujus urbis, aut certe salutarem appellare possum.* Idem lib. II. de Divinat. *Etiamne urbis natalis dies, ad vim stellarum pertinebat?* Et Plinius lib. XIV. cap. IV. *Ea cœli temperies fulsit, quam coctura vocant solis opere natali urbis* IↃCCCXXXIV. Sic L. II. Cod. de feriis. *Natalitii dies urbium maximarum Romæ & Constantinopolis.* De Principum natali videmus apud Suetonium in Augusto cap. LVII. ubi dicit. Natalibus Augusti ludi

equestres

equestres fuisse, etiam spontè & biduo. De Natali Tiberii in ejus vitâ cap. XXVI. ait: *Natalem suum plebejis incurrentem Circensibus, vix unius bigæ adjectione honorari passus est.* Sic Dio lib.... scribit quòd Claudius Consulibus Magistratum abrogârit, quòd ferias in suum natalem non indixissent, quin prætores eo equestrem decursionem exhibuissent. Et Horatius de natali Cæsaris Augusti:

---- Cras nato Cæsare festus
Dat veniam somnumq; dies; impune licebit
Æstivam sermone benignam tendere noctem.

Ita Herodiani celebrabant diem natalem Herodis, ut & Sabbata: quo die lucernas accensas & violis coronatas in fenestras ponebant, ut notat Vetus Persii Scholiastes, ad illa Sat. v.

---- at cum
Herodis venere dies, unctáque fenestra
Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

Ridiculus verò hâc in parte est Vir quidam eruditus, dum in novis suis ad Taciti Annales cogitationibus, hoc de Herode Attico interpretatur, laudatque Agellium auctorem lib. XV. apud quem ne χὺ quidem. Mirum autem Virum illum ita cæcutiisse, cùm Persii scholiastes expressè addit de Herode qui apud Judæos temporibus Augusti in partibus Syriæ regnavit. Unde Judæi qui Herodem pro Christo colebant Herodiani dicti. Videmus quoque in Sacrâ paginâ Genes. XL. de Pharaone, quod natalem suum celebrârit. Uti & in Novo Instrumento Natalis Herodis memoratur. De quo D. Hieronym. lib. II. in Matthæum ad caput ejus XIII. ita scribit: *Nullum alium invenimus* (scilicet in S. Scripturâ) *observâsse diem natalis sui, nisi Herodem & Pharaonem; ut quorum erat par impietas, esset & una solemnitas.* Diogenes Laërtius in Arcesilao, ait, Hieronymum Peripateticum amicos cogere consuevisse ad natalem diem Alcyonei Antigoni filii. Et Machab. II. cap. VI. de Judæis scribitur, quod cum amarâ necessitate in die natalis regis Antiochi, ad sacrificia ducerentur. Moris quoque veteribus erat magnorum virorum natales celebrare: Seneca Epistola LXIV. *Quidni ego magnorum virorum imagines habeam, & natalitia celebrem?* Sic Horatius de Mœcenatis natali lib. IV. od. XI.

Iure solennis mihi, sanctiorq;
Pænè natali proprio, quod ex hâc
Luce Mœcenas meus affluentes
Ordinat annos.

Epi-

Epicurus etiam testamento cavit ut dies ejus natalis, & parentum, fratrumque quotannis solenniter agerentur, ut Laërtius in ejus vitâ prodit. Sic Plinius Junior lib. III. Epist. VII. ait, Silium poëtam Virgilii natalem religiosiùs quàm suam colere consuevisse. Et videntur quoque veteres Jureconsulti natalem Papiniani, in Jure facilè principis, celebrâsse; ut ex verbis Justiniani præfat. in Digest. hauriri fortassè possit; dum inquit; *Ut ejus* (Papiniani) *reminiscentes & lætificentur & festum diem, quem cum primùm leges ejus accipiebant, celebrare solebant, peragant.*

Accedamus jam ad privatorum Natales de quibus multa apud multos. Virgil. Ecl. III.

Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola.

Juvenalis Sat. XII.

Natali, Corvine, die mihi dulcior hæc lux.

Persius Sat. II.

Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo,
Qui tibi labentes opponit candidus annos:

Plautus in Pseudolo.

Mihi hodiè natalis dies est, decet eum vos omnes concelebrare.

Sic Agellius lib. XIX. cap. IX. *Adolescens ex terrâ Asiâ, de equestri loco, lætæ indolis, moribusq; & fortunâ benè ornatus, & ad rem musicam facili ingenio, ac libenti, cœnam dabat amicis, ac magistris, sub urbe in ruruscülo, celebrandæ lucis annuæ, quam principem suæ vitæ habuerat.* Solebant verò veteres Natalem suum quotannis celebrare. Censorinus cap. III. *Genio potissimùm per omnem ætatem quotannis sacrificamus.* Illoque die amici invicem, & clientes patronis munera mittebant. Petronius Arbiter. *Vestimenta mea cubitoria perdidit, quæ mihi natali die donaverat cliens quidam.* Plaut. Curcul. Act. V. Sc. II.

Hic (anulus) *est quem ego tibi misi natali die.*

Epidic. Act. V. Sc. I.

Non meministi me auream ad te adferre natali die?

In Pseudolo Act. I. Sc II. Leno ait:

Facite hodie ut mihi munera multa huc ab amatoribus conveniant.
Nam nisi penus annuus hodie convenit, cras prostituam vos.
Natalem scitis mihi diem esse hunc.

Et in Rudente:

Bulla aurea est, pater quam mihi dedit natali die.

Martialis lib. IX. Epig. CLIV.

Natali mihi, Quinte, tuo dare parva volebam

Munera: tu prohibes, imperiosus homo es.

Symmach. l. VI. Epist. XLVIII. *Natalitio munere quod frequentari à nobis per multos annos communis felicitas faciet, nostrum hilarastis animum.* Censorin. de die Natal. cap. I. *Quare cùm dona pretiosa neq; tibi per animi virtutem desint, neq; mihi per rei tenuitatem supersint, quodcunque hoc libri est, meis opibus comparatum, Natalitii titulo tibi misi.* Inter munera quoque mittebantur aves. Huc pertinet illud Martialis lib. IX. Epigr. LVI.

Luce propinquorum quâ plurima mittitur ales,
Dum Stellæ turdos, dum tibi Flacce paro.

Vide Terent. Phorm. Act. I. Sc. I. Plin. lib. IV. Epist. IX. Juvenal. Satyra IX. Martial. l. VIII. Epigr. LXIV. l. X. Epigr. XXIV. & XXCVII. Symmach. l. I. Epist. XI. & l. VI. Epist. LXXX. LXXXI. L. *sed si vir.* 31. §. *si vir uxori munus.* D. de donat inter vir. & uxor. L. *inter donum.* 194. D. de verbor. signif. Sacrificabant verò eâdem die veteres, mares quidem Genio, feminæ autem Iunoni, mero, thure, atque corollis. Pers. Sat. VI. in limine:

Funde merum Genio. ----

Ovid. Trist. l. III. El. XIII.

Fumida cingantur florentibus ara coronis,
Micaq; solenni thuris in igne sonet.

Et lib. V. Trist. Eleg. V. Genio sacra peragens, inquit:

Da mihi thura puer pingues facientia flammas
Quodq; pio fusum stridat in igne merum.

Horat. lib. II. Epist. I.

Tellurem porco, Sylvanum lacte piabant,
Floribus & vino Genium, memorem brevis ævi.

Tibullus. l. IV. El. V. de Natali Cherinthi.

Magne Geni cape thura libens, votisq; faveto,
Si modo cùm de me cogitat, ille valet.

Paulinus in natali Sancti Felicis.

Spargite flore solum, prætexite limina sertis.

Et non in aram tantummodò merum & thus fundebatur, verùm etiam in ipsum Genii caput, quod & pariter cum ejus collo sertis ornatum. inque ejus honorem ludi & chorei instituti. Tibullus lib. I. Eleg. VII.

Huc ades & centum ludis, Genium choreis
Concelebra, & multo tempora funde mero.
Illius è nitido stillent unguenta capillo.
Et capite & collo mollia serta gerat.

Et

Et lib. II. Eleg. II.

Dicamus bona verba, venit natalis ad aras,
Quisquis ades linguâ vir mulierq; fave.
Vrantur pia thura focis, urantur odores,
Quos tener à terrâ divite mittit Arabs.
Ipse suos Genius adsit visurus honores,
Cui decorent sanctas florea serta comas.
Illius è puro destillent tempora nardo.
Atque satur libo sit, madeatq; mero.

Huc quoque pertinet L. *Nullus.* XII. C. Th. de pag. sacrif. vulgò corrupta quidem, sed à Doctiss. H. Lindenbrogio hunc in modum restituta. *Nullus omnino ex quolibet genere, ordine, hominum, dignitatum, vel in potestate positus, vel honore perfunctus, sive potens sorte nascendi, seu humilis genere, conditione, fortunâ, in nullo penitus loco, in nullâ urbe, sensu carentibus simulacris, vel insontem victimam cædat, vel secretiore piaculo Larem igne, mero Genium, Penates odore veneratus, accendat lumina, imponat thura, serta suspendat.* De fœminis, quæ Junoni munus annale solverent, sic Tibull. l. IV. Eleg. VI.

Natalis Iuno sanctos cape thuris honores,
Quos tibi dat tenerâ docta puella manu.

Celebrantur quoque Natales læto ac nitido cultu; Nam tum cives Romani incedebant pexi, annulati, & in albâ veste. Persius Satyrâ I.

---- pexusq; togaq; recenti
Et natalitia tandem cum sardonyche albus.

Ubi Vetus ejus Scholiastes: *Quidam habent annulos quos die tantum natali gerunt.* De albâ veste Ovidius:

Scilicet exspectas solitum tibi moris honorem,
Pendeat ex humeris vestis ut alba meis.

Abstinebant eâdem die à cæde & sanguinis effusione, nullamque hostiam in honorem Genii mactabant, ne die, ut Censorinus ex Varrone refert, quâ ipsi lucem accepissent, aliis demerent. Quod tamen ita generatim non est accipiendum, obstant enim multa auctorum loca, quæ contrarium planè affirmant, & fallitur Doctissimus. J. Casaubonus, * (ignoscent mihi ejus manes) dum ait nusquam apud auctores legi, quòd unquam à veteribus die natali victima Genio mactata sit; fallitur, inquam. nam Horatius l. IV. Od. XI. Phyllidem ad natalem Mœcenatis celebrandum invitans, ait;

* *Com. ad Pers. Sat. 2.*

Ridet argento domus: ara, castis
Vincta verbenis, avet immolato
Spargier agno.

Sic Lamprid. in Alexandro Severo inquit: *Cùm natalem diem commendaret, hostia cruenta effugit: & ut se civiliter gerebat, ac permixtus populo erat, albam ejus vestem cum quâ constiterat, cruentavit.* Et Spart. in Ant. Getâ. *Nam cùm infantis Getæ natalem Severus commendare vellet, hostiam popa nomine Antoninus percussit.* Ad superiorem verò Censorini locum, cujus ille togatorum Doctissimus fulcrum, dicendum, uti priscis quidem illis temporibus id observatum fuisse non negamus, quòd à cæde & sanguine se temperarent, ita volventibus annis illud posteà in desuetudinem abiisse. Totâ hâc die nihil præter hilaritatem cogitabant. Tibullus:

Transeat hic sine nube dies, stent aëre nubes,
Ponat & in sicco molliter unda minas.
Aspiciam nullos hodiernâ luce dolores,
Et Niobe lacrymas supprimat ipse lapis.

Moris itaque erat ut ille, cui natalis erat, genialiter eo die & amicos & se reciperet. Hinc Plaut. Pseudulo:

Mihi hodie natalis dies est, decet eum omnes vos concelebrare
Pernam, callum, glandium sumen, facito in aqua jaciant. satin' audis?
Magnificè volo enim summos viros accipere.

Martialis lib. II. Epigr. LXVI.

Sexcenti cœnant à te Iustine vocati,
Lucis ad officium quæ tibi prima fuit.

Idem lib. X. Epig. XXVII.

Natali, Diodore, tuo conviva Senatus
Accubat, & rarus non adhibetur eques.

Cicero Philip. II. *Hodie non ascendit Antonius. Cur? dat natalitia in hortis. Cui? neminem nominabo. Putatote cùm Phormioni alicui, tùm Ballioni, tùm Ballioni.* Plaut. in Captiv.

Num quæ feras vocatus ad cœnam? PAR. *Nusquam equidem quòd sciam*
Sed quid tu id quæris? HEC. *Quia mihi natalis est dies.*

Adeò quidem, ut non privatum, sed publicum sæpè convivium daretur. Atque hoc est quod Marcianus notat in L. XXIII. D. de ann. leg. *Cùm quidam decurionibus divisiones dari voluisset die natalis sui; Divi Severus & Antoninus rescripserunt, non esse verisimile, testatorem de uno anno sensisse, sed de perpetuo legato. Divisiones* appellat viscera-

viscerationem, crustula & mulsum, quæ viritim convivis dividebantur: ut patet ex inscriptione quæ Spoleti est: TRIB. MILIT. LEG. XV. APOLLINARIS. ET. LEG. V. MACED. HIC. LEGAVIT. TESTAMENTO. MUNICIPIBUS. HS. LXVI. G. MONET. UT. EX. REDITU. EIUS. SUMMÆ. QUOT. ANNIS. VIII. IDUS. NOVEMB. NATALE. SUO MUNICIPIB. EPULUM. ET. CRUST. ET. MULSUM. DARETUR. Item aliâ veteri Reatinâ.

HIC. ARCÆ. AUGUSTALIUM. SE.
VIVO. HS. SE. VIVO. DEDIT.
XX.
UT. EX. REDITU. EIUS. SUMMÆ.
DIE. NATALI. SUO. IIII. KAL. FEBRU.
PRÆSENTES. VESCERENTUR. ET. OB.
DEDICATIONEM. STATUÆ. DECURIONIBUS.
ET. SEVIRIS. ET. IUVENIBUS.
SPORTULAS. ET. POPULO. EPULUM. ET.
OLEUM. EADEM. DIE. DEDIT.

Eo die quoque liberalius poculis se invicem excipiebant. Seneca lib. VI. de Ira, cap. XXXIII. *Potiones vix honestas natalibus liberorum, podagricus senex hauriebat.* Sic etiam, ut frugaliores die natali solutiores, nec sumptibus parcerent. Pers. Satyra. VI.

---- Solis natalibus est qui
Tingat olus siccum muria vafer in calice empta,
Ipse sacrum irrorans patinæ piper.

Merum bibebant. Martialis.

Vt liquidum potet parcus Alauda merum.

Vescebantur etiam in natalitiis pulte fitillâ. Plin. lib. XVIII. cap. VIII. *Et hodiè*, inquit, *sacra prisca atque natalium pulte fitillâ conficiuntur.* Uti & libis, de quibus amicis tum fortè absentibus permittebant. Ovid. l. I. de Arte amandi.

Quid quasi natali cum poscit munera libo
Et quoties opus est nascitur ille sibi.

Idem lib. III. Trist. Eleg. XIII.

Libaq; dem pro te genitale notantia tempus.
Concipiamq; bonas ore favente preces.

Et lib. IV. El. X.

Lucifer amborum natalibus adfuit idem:

Vna celebrata per duo liba dies.

Sic & lib. I. Amor. Eleg. VIII. Tibull. lib. I. Eleg. VII.

Sic venias hodierne, tibi dem thuris honores,
Liba & Mopsopojo dulcia melle feram.

Et lib. II. Eleg. II.

Illius puro destillent tempora nardo,
Atque satur libo sit, madeatq; mero.

Denique amici solenne votum persolvebant, nimirum ut dies ille sæpissimè bonis & faustis avibus rediret. Dionys. Halicarn. τέχνη. tit. μεθοδ. γλυεθλ. ἐν τούτῳ ἢ γλυόμθνοι, ὅτι ἀπὸ τόπου ἐν ποιοῦμθν, καὶ ἀγχόμθνοι τοῖς τε ἄλλοις, καὶ τοῖς γλυεθλίοις, ὠφελί ξ μέλλοντ ξ βίου, ἔ ξ ἀμείνω ἢ παρεληλυθότος γλυέθη τοῦτον, ἔ πολλὰς ὠφελίας χρόνων τελέσαντα εἰς λιπαρὸν ἔ ἄδακμον γῆρας παρελθεῖν. Sic Plinius lib. x. Epist. Trajano: *Opto Domine & hunc natalem, & plurimos alios annos quàm felicissimè agas, æternâq; laude florentem virtutis tuæ gloriam, & incolumis, & fortis aliis super alia operibus augeas.* Tibul. lib. I. Eleg. VII.

At tu natalis multos celebrande per annos
Candidior semper, candidiorq; veni.

Videatur Ovid. lib. v. Trist. Eleg. v. Symmach. lib. VI. Epist. XXC. XXCI. & LXXXII.

Coronidis loco non possum quoque non addere antiquos diem natalem non solùm celebrâsse, sed & primo lustro infantium munera Dis obtulisse. Martialis lib. IV. Epigr. XLV.

Hic tibi pro nato plenâ dat lætus acerrâ,
Phœbe, Palatinus munera Parthenius.
Vt qui prima novo signat quinquennia lustro,
Impleat innumeras Burrus Olympiadas.

Pleni & mixti Deo vates.] Sic *plenum numine ac potestate Dei*, apud Arnobium lib. v. Claudian.

---- totum spirant præcordia Phœbum.

Lucan. lib. v.

---- artus
Phœbados irrupit Pæan, mentemq; priorem
Expulit, atque hominem toto sibi credere jussit
Pectore ----

Val. Flac. lib. IV.

---- mea quòd vates insedit Apollo
Pectora ----

Et lib. VI.

---- *Mole Dei, quem pectore toto*

Iam tenet. ----

Apud Senecam Suasor. III. Ovidius.

Feror huc & illuc ut plena Deo.

Pollux lib. I. cap. I. de oraculis & vaticinatoribus agens. θεοῦ πλήρης, & θεοῦ πληρωθῆναι. Appulejus lib. VIII. Miles. *Numinis divino spiritu repletus.* Jul. Paulus recept. sentent. V. XXI. *Vaticinatores, qui se plenos Deo simulant.* Isidorus Orig. lib. VIII. cap. IX. *Divinitate se plenos simulant, & astutiâ quâdam fraudulentâ hominibus futura conjectant.*

Etiam per quietem Deos videmus.] Cicero lib. I. de Divinat. *Matrem Phalaridis scribit Ponticus Heraclides, doctus vir, auditor & discipulus Platonis visam esse videre in somniis simulacra Deorum.* Idem paullò pòst. *Adjungam philosophis doctissimum hominem, poëtam quidem divinum, Sophoclem: qui, cùm ex æde Herculis patera aurea gravis surrepta esset, in somnis vidit ipsum Deum dicentem, qui id fecisset.* Ita & Petronius: *Videbatur mihi secundùm quietem Priapus dicere.*

Negamus, nolumus, pejeramus.] Clarissimus J. F. Gronovius emendat, *ejeramus*. vide quomodo se explicat Observat. in Eccles. Scriptor. cap. VI.

Theodorus Cyrenæus.] Suidas in Θεόδωρος. De hoc verò, ut & de Diagorâ, & Protagorâ, an Athei appellandi fuerint? adi disserentem Magnum Vossium de Orig. & Progressu Idololat. lib. I. cap. I. Pag. 8.

Diagoras Melius.] Suidas in Διαγόρας. Vixit autem Diagoras, juxta Eusebium, Olymp. LXXIV. & deinceps: Vir perspicacissimi ingenii Clariss. Vossius, existimat, eundem esse Diagoram Atheniensem, qui reliquit sermones Phrygios. Tatianus contra Græcos: Διαγόρας Ἀθηναῖος ἦν ἀλλὰ τοῦτον, ἐξορχησάμενον τὰ παρ' Ἀθηναίοις μυστήρια, τετιμορήκατε· καὶ τοῖς Φρυγίοις αὐτοῦ λόγοις ἐντυγχάνοντες, ἡμᾶς μεμισήκατε. Hi Phrygii Sermones fuisse videntur historia eorum, quæ ad Cybellen, sive matrem Phrygiam, & ejus sacra pertinerent. ab ipso autem eo fine conscriptos, ut homines à sacris illius averteret.

Abderitem Protagoram.] Suidas in Πρωταγόρας. οὗ δὲ πρωταγόρου τὰ βιβλία, ὑπὸ ἀθηναίων ἐκαύθη. διότι λόγον ποτὲ εἶπεν οὕτως ἀρξάμενος. περὶ θεῶν, οὐκ ἔχω εἰδέναι, οὔτε ὡς εἰσὶν, οὔτε ὡς οὐκ εἰσί.

Homines, inquam, deploratæ, inlicitæ, ac desperatæ factionis grassari in Deos non ingemiscendum est.] Vox *factionis* mala & maximè odiosa.

sa. Tertullian. Apologet. *Illis nomen factionis accommodandum est, qui in odium bonorum & proborum conspirant.* Sueton. in Augusto: *Plurimæ factionis titulo collegii novi ad nullius non facinoris societatem coibant.* propriè quidem usurpatur de seditiosorum, grassatorum, aut latronum societatibus: Appul. Milesiar. lib. II. *Nam vesana factio nobilissimorum juvenum pacem publicam infecit: & passim trucidatos per medias plateas videbis jacere.* lib. III. *Globus latronum invadit omnia, & singula domus membra cingit armata factio.* lib. IV. *Latrones remeant* &c. *factionis suæ cunctis viribus.* lib. VIII. *Factionibus latronum sociatus.* lib. IX. *Si prælium capessiturus, vel latronum factionem persecuturus, utiles nec processus sciscitaretur.* Ita conjurationes & conspirationes in Principes *factionis* nomine indigitabant. Capitolinus in Commodo: *Pervenit eum, & factioni mortis ejus interfuit.* Et in Pertinace: *Prodita est factio quæ illi concinata fuerat.* Flav. Vopiscus in D. Aureliano: *Dicitur præterea hujus fuisse crudelitatis ut plerisq; senatoribus simulatam ingereret factionem conjurationis ac tyrannidis, quò facilius eos posset occidere.* Hîc apud Minucium *factionis* nomine Christianorum secta appellatur, quòd eos putarent inter sese conjurâsse, & de abolendis Deorum ceremoniis conspirâsse.

Desperatæ factionis.] Ita à Gentilibus Christiani vocabantur, ob eorum generosam & præclaram Constantiam. Lactant. lib. V. cap. IX. *Qui autem cultores se Dei non abnegaverint, in eos totis carnificinæ suis viribus, veluti sanguinem sitiant, incumbunt, & desperatos vocant; quia corpori suo minimè parcunt.* In Edicto Maxim. apud Euseb. lib. VIII. cap. XII. καὶ ἐπειδὰν τῶν πολλῶν τῇ αὐτῇ ἀπονοίᾳ διαμενόντων ἑωρῶμεν μήτε τοῖς θεοῖς ἐπουρανίοις τὴν ὀφειλομένην θρησκείαν προσάγειν αὐτούς &c.

Deos despuunt.] Ampliùs dicit, quàm si dixisset *respuunt.* Consputatio enim extremi contemptus & contumeliæ signum. Seneca de Injuriâ Sapientis, cap. I. *Tibi indignum videbatur quòd illi, dissuasuro legem, toga in foro esset erepta; quodq; à rostris usque ad arcum Fabianum per seditiosæ manus factionis tractus, voces improbas & sputa, & omnes alias insanæ contumelias pertulisset.* Petronius Satyrico. *Nec contenta mulier tam gravi injuriâ meâ, convocat omnes quasillarias, & familiæ sordidissimam partem, ac me conspui jubet.* Hieronymus ad Domnionem: *Quoties me iste in Circulis stomachari fecit; & adduxit ad Coleram. Quoties conspuit, & consputus abscessit.* Nilus de Caussis Dessens. Eccles. lib. I. καὶ μαρτυροῦσι τούτοις πολλοὶ μὲν τῶν ἐκεῖ, διαπτύσαντες κόσμον, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν μόνον φλέποντες. Idem lib. II. de

Prima-

Primatu Papæ. ἡ ἡδήτις μικροψυχίαν τῶν βασιλέων καλεγνωκὼς ταῦτα λέγω, ἀλλὰ τὸ τῆς Ἐκκλησίας ἀγαθὸν, τὰ φαινόμενα καλὴ Δραπλύον, πρὸς τὰ ἐν τοῖς ἱερανοῖς ἀμιλλᾶται. Odo Cluniacens. Collat. lib. II. cap. XXIII. *At verò de Luxuriâ, gulæ ſuggeſtrice, quis aliquid loqui vellet, quod illi non deſpuantur, qui ejus flammis inſaniunt.* Sic in Euangelicâ Hiſtoriâ cruci damnandus Salvator noſter, à nequiſſimis Judæis conſpuitur. Chriſtiani itaque Gentilium Deorum ſimulacra ſputamentis oblinebant, ut tanto magis eorum exſecrationem manifeſtiſſimis ſignis teſtarentur.

Ita illis pavor & fallax ſpes ſolatio redivivo blanditur.] Neque hæc lectio ſana, nec illa quam MS. repræſentat: *Ita illis pavorem ſpes fallax ſolatia rediviva blanditur.* Ac fruſtrà hic eſt Rigaltius. Lego: *Ita illis pavorem fallax ſpes ſolatio redivivo blanditur.* Hoc eſt, pavorem & conſternationem, quam Chriſtiani, ex crudeliſſimis gentilium tormentis ſubinde conciperent, ſpes (fallax, ut eam jam quidem Cęcilius vocat) ſolatio illo, quòd aliquando maximâ cum gloriâ reſurrecturi ſint, efficit, ut pavorem illum nihili ducant.

Ac ſe promiſcuè appellant fratres & ſorores.] Haud abs re Cęcilius Chriſtianos ait ſeſe appellare fratres ac ſorores; nomina enim hæc gentilibus etiam inter laſciva & ἐρωτικὰ erant. Ita Petronius: *Si non faſtidis, feminam ornatam, & hoc primùm anno virum expertam; concilio, tibi, ô juvenis, ſororem. Habes & tu quidem Fratrem, neque me piguit quærere, ſed quid prohibet & Sororem adoptare.* & paſſim apud illum. Martialis. pag. 9.

Quare deſicne me vocare Fratrem,
Ne te Carmenion vocem Sororem.

Sic apud Tragicum Phædra, cùm amorem ſuum verecundè indicare vellet, ait:

Matris ſuperbum eſt nomen, & nimium potens,
Noſtros humilius nomen affectus decet;
Me vel Sororem Hippolyte, vel famulam voca.

At multò aliter ſeſe res cum Chriſtianis habebat, qui, non libidinis, ſed communis regenerationis, & mutuæ charitatis cauſsâ hiſce nominibus utebantur.

Et honore præfanda ſagax fama loqueretur.] Arnobius lib. v. *Quas inter aures caſtas ſine veniâ nefas eſt, ac ſine honoribus appellare præfatis.* Quintilian. Declamat. III. *Tuis honor ſit habitus ſanctiſſimis auribus.*

Turpiſſimæ pecudis caput aſini conſecratum.] Quod Cęcilius hîc veris Chriſtianis objicit, verum quidem eſt de Gnoſticorum exſe-

crandá hæresi; horum enim nonnulli Deum Sabaoth Asini, alii Porci figurâ expresserunt. De quo sic Epiphanius: φασὶ δὲ τὸν Σαβαὼθ οἱ μὲν, Ὄνου μορφὴν ἔχειν· οἱ δὲ χοίρου. Unde Gentiles, qui passim horum aliorumque hæreticorum detestanda flagitia, in veros Christianos traducebant, opinionem de cultu Asini hausêre. Atque inde etiam Orthodoxi dicti sunt, *asinarii*, sic etiam ut in eorum opprobrium à spurcissimo quodam nebulone Christus pictus auribus asininis, pede altero ungulatus, librum gestans, & togatus, addita ejusmodi inscriptione, DEUS CHRISTIANORUM ONONYCHITES. ut legere est apud Tertullianum Apologet. cap. XVI. & adversus Nationes lib. I. cap. XI. Et jam anteà etiam Asini cultus Judæis à Gentilibus objectus, quasi illi Asini caput colerent. De cujus cultu sic Democritus Historicus apud Suidam in Ἰουδας: χρυσὴν ὄνου κεφαλὴν προσεκύνουν, καὶ τριετίαν ξένον ἀγρεύοντες προσέφερον, καὶ καὶ λεπτὸν τὰς σάρκας διέξαινον καὶ οὕτως ἀνῄρουν. Appion quoque illustris ille grammaticus spurcissimas hâc de re fabulas iis objecit, quas habes apud Flavium Josephum, opere eo, quod contra Appionem scripsit, qui ibidem satis abundè eum refellit. Nec minus impium est, quod in Excerptis è Diodori Siculi libro XXXIV. legitur. Antiochum nempè Epiphanem, Judæis subactis, in Templi Ierosolymitani adytis, ingressum fuisse, ibique statuam lapideam, formam viri barbâ promissâ referentem, Aselloque insidentem, reperisse, quam Mosis esse judicabat nefarius ille Tyrannus. Caussam verò, quare Judæi Asinum colerent, hanc Tacitus Histor. V. refert: *Effigiem animalis, quo monstrante errorem sitimq; depulerant, penetrali sacravere.* Quam rationem etiam Plutarchus lib. IV. Sympos. quæst. V. adducit. Quæ quamvis misera & imbecillis, non ita tamē inconcinnè conjectavit Nicolaus Fullerus Miscellaneor. Sacror. lib. III. cap. VIII. unde forte fortuna eam hauserint Gentes; Moses enim Geneseos cap. XXXVI. com. XXIV. Horæorum principum genus describens, *Is est,* (inquit) *Ana qui invenit* את הימים *in deserto, cùm pasceret asinos Sibeonis patris sui.* Hîc, quia vocabulū Hebreum non ita facilis esset interpretationis, LXX. Aquila, Symmachus, Thedotio, idem ipsum ἰαμεὶν (terminatione Syrâ) litteris Græcis expressum, retinuerunt. Alii interpretationem dare voluerunt. De quibus sic Hieronymus Quæstionibus Hebr. in Genesin: *Multa & varia apud Hebræos de hoc capitulo disputantur: apud Græcos quippe & nostros super hoc silentium est. Alii putant* JAMIM *maria appellata, iisdem enim litteris scribuntur maria, quibus*

bus & nunc hic sermo descriptus est. Et volunt illum dum pascit asinos patris sui in deserto, aquarum congregationes reperisse: quæ juxta idioma linguæ Hebraicæ, Maria nuncupantur, quòd scilicet stagnum repererit. Cujus rei inventio in Eremo difficilis est. Nonnulli putant Aquas calidas, juxta Punicæ linguæ viciniam, quæ Hebrææ contermina est hoc vocabulo signari. Atque ita, quisque ille tandem sit, habet auctor vulgatæ Latinæ versionis, cui hæc ultima sententia arrisit. Diodorus quoque Tarsensis, expositione in Genesin, ait: Ὁ Σύρος δὲ Ἑβραῖος τὸν ἰαμεὶν ὕδωρ βάλοντα λεγεῖν· ἀντὶ τοῦ εὗρε πηγὴν ἐν ἐρήμῳ. Hæc interpretatio si non displicet (nam alii יְמִים *Mulos*, secundum puncta hodiernis nostris codicibus adscripta, exponunt, & asini cum equâ congressum ab Horæo principe repertum arbitrantur, quod & Hieronymus paullò pòst ibidem subjungit: *Plerique putant*, inquit, *quod equarum greges ab asinis in deserto ipses fecerit primus ascendi, ut mulorum inde nova contra naturam animalia nascerentur.*) necesse sit dicamus, quod de aquis ab Ana inventis proditum erat à Mose, id Judæorum Legislatori Mosi ineptissimè & spisso errore attributum.

Certè occultis ac nocturnis sacris apposita suspicio.] Nam, ut Romani maximus auctor eloquii inquit, *Omnia rectè facta in luce se collocari volunt, id est, appetunt sciri.* Et rectè Julius Bassus apud Senecam lib. VII. Controvers. v. *Minore licentiâ, quæ non videmus, agimus. Et quamvis non minor sit atrocitas facinoris, formido minor est.* Sic Chrysostom. homil. XVIII. supra v. Ephes. οἶδεν γὰρ τὸν ἄληπτον κρύπτειν βίον. Τὰ δὲ κρυπτόμενα διὰ τὸ ἐσκολιῶσθαι κρύπτεται. vide infra ad illa Minucii, *Cum honesta semper publico gaudeant, scelera secreta sint*, plura hanc in mentem.

Hominem summo supplicio pro facinore punitum.] Gentiles insultare solebant, & velut opprobrium objicere Christianis, quod hominem crucifixum, ac infamissimâ morte defunctum, colebant. Lactant. lib. IV. cap. XVI. *Venio nunc ad ipsam passionem quæ velut opprobrium nobis objectare solet, quod & hominem, & ab hominibus insigni supplicio adfectum, & excruciatum colamus.* Idem cap. XXVI. *Cur autem summus pater id potissimum genus mortis elegerit, quo affici eum sineret, hæc ratio est: Dicat enim fortasse aliquis, cur si Deus fuit, & mori voluit, non saltem honesto aliquo mortis genere affectus est? cur potissimum cruce? & cur infami genere supplicii? quod etiam homini libero, quamvis nocente, videatur indignum.* Augustin. de Conversione Pauli Sermone I. *Nolo erubescamus de Christi nomine. Insultetur nobis quod credi-*

mus in crucifixum, occisum. Idem Serm. VIII. de verbis Apostoli. *Humanus sermo & omni acceptione dignus est, &c. De cruce Christi nobis insultant sapientes hujus mundi & dicunt: Quale cor habetis qui Deum colitis crucifixum.* Hinc Anselmus de Virginitate Christianos Crucicolas appellatos ait. *Temporibus Diocletiani & Maximiani Olympiade* LXVII. *edictis crudelibus Catholicæ fidei cultores, quos Christicolas & Crucicolas nuncupabant, ad thurificandum statuis Ethnicorum cogebantur.* Vide Isidor. Pelusiotam lib. IV. Epist. XXIX. Euseb. de Vita Constantini lib. III. cap. I.

Passim omnes loquuntur.] Appulejus Milet. I. *Passim per ora populi sermo jactatur quæ palim gesta sunt.* Et VI. *Per omnium ora populorum discurrens.* Phædrus.

Vt est vulgatus ordo narratæ rei
Omnes scierunt.----

Aristides Rhodiaca. ὅτε γὰρ ἀφανὲς τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ τὸ μέγεθος. Achilles Tatius ἐν ὄψει τὰ γινόμενα, ἃ πολλοὶ μάρτυρες. Philostratus IV. IX. γιγνώσκουσι πλείους αὐτὸν, (λόγον,) ἅτε καθ' Ἑλλάδα μέσῳ πραχθέντα. Lepidus apud Sallustium. *Itaque verborum satis dictum est, neque enim ignorantia rem claudit.* Simile Demosthenis illud, Ταῦτα δὲ πάλαι ἐστὶ γεγνημένα, ὥστε ἀγνοεῖν ὑμᾶς. & Ciceronis: *Non enim fuit aut mediocre obscurum, aut ejusmodi quod silentio posset præterire.*

Et incestæ libidinis fervor ebrietate exarsit.] Scholiastes Vetus Horatii ad Epist. lib. I. *Inter omnia quæ vino accidunt & illud est maximum, quod vires in Venerem præstat.* Isidor. Orig. lib. VIII. cap. XI. de Libero. *Attributas ei mulieres dicunt & vinum propter excitandam libidinem.* Sic Appulejus Milet. I. *Vinum istud sorbeamus hodie omne, quod nobis &c. alacrem vigorem libidinis incutiat.* Et lib. X. *Vino &c. copioso memet madefeceram & unguento fragrantissimo prolubium libidinis uscitâram.* Variant autem hoc loco Editiones; Quædam, *Et incestæ libidinis ebrietatis fervor exarsit.* Rigaltii, *Et incestæ libidini ebrietatis fervor exarsit.*

Incertum sortis.] Uti hic noster *incertum sortis* ait, Ita Quintilianus Declamat. VII. *incertum accusationis.* VIII. *incertum orbitatis.* XIV. *incertum interpretationis.* In Codic. Theod. de Equ. currul. *incertum contentionis.* Et passim in Juris nostri libris *Incertum conditionis, cautionis, successionis.* Apud Veterem Bibliorum Interpretem. I. Timoth cap. VI. com. XVII. *incertum divitiarum.* Scholiasten ad 2. Carm. Horat *incertum maris.* Sic rectè etiam Beroaldus restituit in Appul. Milet. IV. *Sub incerto salutis*, pro, quod

in vulgatis circumfertur, *sub incerta salutis.* Idem enim eodem modo inferiùs usurpat. *Venerationis incertum sustinebo.*

Scelera secreta sint.] Ovid. Metamorph. II. Pag. 10.

---- conscia culpæ,
Conspectum, lucemq; fugit, tenebrisq; pudorem
Celat. ----

Prudent. Hymn. Matut.

Versuta fraus & callida
Amat tenebris obtegi.

Philo lib. περὶ ὀνείρων. Νυκτὸς ἄξιον τὸ κακόν. Euang. Joan. cap. III. com. XX. & XXI. quem locum Nonnus sic παραφράσει.

---- Καὶ πᾶς τις ἀνὴρ ἀθεμίστια ῥέζων,
Ἄξια νυκτὸς ἔχων, συνέει φάος, ἅπτε βαίνει
Εἰς φάος ἀγχικέλευθος, ὅπως μὴ φέγγος ἐλέγξῃ
Ἔργα, τάπερ τελέει κροφίῃ κεκαλυμμένα σιγῇ.
Ὃς δὲ θεοδείῃσιν ἐτήτυμα πάντα φυλάσσει,
Ἴξεται αὐτοκέλευστος ὅπῃ φάος, ὄφρα φανείῃ
Ἔργα, τάπερ πίησε θεοῦ τελεσμένα βουλῇ.

Cur nullas aras habent, templa nulla, nulla nota simulachra.] Origines contra Celsum lib. VIII. μὴ ταῦτα δὲ ὁ Κέλσος φησὶν ἡμᾶς βωμοὺς, ἀγάλματα, ἢ νεὼς ἱδρύσθαι φάσκειν. Prioribus quidem Ecclesiæ temporibus, Christianis à Gentilibus objiciebatur, nulla iis esse templa venerationis ad officium constructa, quia tum temporis adhuc tenuiores minusque stabiles res erant Christianorum, quàm ut superbas illas ædificiorum moles erigere quirent. Habebant ergo tantum sua conventicula, ubi conveniebant, neque ea, ob persecutionum sævitias, semper fixa erant; tum enim latebras quærebant Christiani, ac ædibus privatis, denique quibuscunque poterant locis congregabantur. De his Conventiculis Arnobius lib. IV. *Nam nostra quidem scripta cur ignibus meruerunt dari? cur immaniter conventicula dirui? in quibus summus oratur Deus.* Lactantius lib. V. cap. XI. *Aliqui ad occidendum præcipites exstiterunt; sicut unus in Phrygiâ, qui universum populum, cum ipso pariter conventiculo concremavit.* Orosius lib. VII. cap. XII. *Trajanus Plinii Secundi, qui inter ceteros judices persecutor datus fuerat, relatu admonitus, Christianos præter confessionem Christi, honestaq; conventicula nihil contrarium Romanis legibus facere.* Ammianus Marcellinus lib. XXVII. *Constatq; in basilicâ Sicinni, ubi ritus Christiani est conventiculum, uno die centum triginta septem reperta cadavera peremtorum.* Hæc vero Conventicula

Græcis οἶκοι & ἐκκλησιῶν οἶκοι appellatione generali dicebantur, quia nihil ab ædibus privatis cultu differrent. Maximian. Imperat. apud Eusebium Historiæ Eccles. lib. VIII. cap. XIV. Καὶ ἐπειδὴ τῶν πολλῶν τῇ αὐτῇ ἀπονοίᾳ ἀμαυρούντων ἐωρῶμεν μήτε τοῖς θεοῖς τοῖς ἐπουρανίοις πλὴν ὀφειλομένην θρησκείαν προσάγειν αὐτοὺς, μήτε τῷ τῶν Χριστιανῶν προσέχειν, ἀφορῶντες εἰς τὴν ἡμετέραν φιλανθρωπίαν τὴν διηνεκῆ σωτηρίαν, δι' ἧς εἰώθαμεν ἅπασιν ἀνθρώποις συγγνώμην νέμειν, προθυμότατα ἐν τούτῳ συγχώρησιν τὴν ἡμετέραν ἐπικεῖσθαι δεῖν ἐνομίσαμεν. ἵνα αὖθις ὦσι Χριστιανοὶ, καὶ τοὺς ΟΙΚΟΥΣ ἐν οἷς συνήγοντο συνθῶσιν ὅπως ὥστε μηδὲν ἐναντίον τῆς ἐπιτιμίας αὐτοὺς πράττειν. Paullò ante conventicula ea dixerat ἐκκλησίας. νόμῳ τε καὶ δόματι βασιλικῷ τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν οἰκοδομεῖν προστάττει. Sic etiam Zeno Veronensis sermone de Continentiâ: *Proponimus itaque, ut sæpè contingit, in unum sibimet convenire diversæ religionis diem, quo tibi Ecclesia, illi adeunda sunt templa.* Distinguit enim inter Ecclesiam & templum; illam Christianis, hoc Gentibus tribuens. Christiani quippe ipsam templorũ appellationem, quasi ab Ethnicis & eorum idololatriâ profectam, respuebant. Ἐκκλησίας vero appellabant, quia ibi συνήγετο ἡ ἐκκλησία. Unde οἶκος ἐκκλησιῶν dicunt alibi. Idem Eusebius cap. XIII. ejusdem libri, de Constantio Constantini patre quem à Diocletianæ persequutionis invidiâ liberat, καὶ μήτε τῶν ἐκκλησιῶν σὺν οἴκοις καθελών. Ita & lib. IX. cap. IX. alibique. Latini quandoque appellatione *domus Dei* ea insigniebant. Tertullian. lib. de Idololatr. cap. VII. *Totâ die ad hanc partem zelus fidei perorabit ingemens Christianum ab idolis in Ecclesiam venire; de adversariâ officinâ in domum Dei venire.* Augustin. Epist. LXIV. ad Aurelium vocat *domus orationum.* Atque hæc de conventiculis Christianorum. Florescentibus autem eorum rebus suas habuére basilicas, quæ, licet non minus superbæ, summisque fastigiis elatæ, ac pleraque Gentilium templa essent, templi tamen appellationem Nationibus reliquisse Christiani videntur. Atque hinc D. Hieronymus Epist. ad Riparium presbyterum, adversus Vigilantium, capiendus. *Mortuo cadaveri, atque polluto præbebant excubias, ut post multa secula Dormitantius somniaret, imo eructaret immundissimam crapulam, & cum Iuliano persequutore sanctorum basilicas, aut destrueret, aut in templa converteret.* Quod etiam Zeno Veronensis loco superiùs à nobis laudato confirmat.

At Christiani, quænam monstra, quæ portenta &c.] Scribe *quæ monstra*, ut ita sequentibus cohæreat. Minucium enim ita scripsisse

arguit

arguit etiam Octavii responsio, *quasi Christiani monstra colerent, infantes vorarent &c.* Lectio, quam Rigaltius hic substituit, *qua in tam nostra*, certe illa mihi (quod pace tanti viri dixerim) nimis longè petita videtur.

Renasci se ferunt post mortem.] Solenne Gentilibus Christianos, quòd carnis resurrectionem assererent, irrisionibus cachinnisque excipere. Arnobius lib. II. *Audetis ridere nos, quod mortuorum dicamus resurrectionem futuram.* Origenes contra Celsum lib. I. Καὶ μὲν νοηθὲν τὸ περὶ τῆς ἀναστάσεως μυστήριον, θρυλλεῖται γελώμενον ὑπὸ τῶν ἀπείστων. De iisdem Lucianus. Πεπείκασιν αὐτοὺς οἱ κακοδαίμονες, τὸ μὲν ἀθάνατοι ἔσεσθαι, καὶ βιώσεσθαι τὸν ἀεὶ χρόνον. Irridebant autem, ut solent ii, qui quæ audiunt, aut non facta esse, aut omninò non posse fieri arbitrantur. Plutarchus Niciâ. Τοῖς δὲ Ἀθηναίοις ἐπῆλθε γελάσαι μᾶλλον ἢ πιστεῦσαι. Appul. Miles. I. *Alter exerto cachinno, Parce inquit in verba isthæc tam absurda tamq́; immania mentiendo.* Idem alibi ubi de medico Asclepiade qui pollinctum elatumque hominem, deprehensis quibusdam signis vivere affirmavit: *Murmur intereà exortum, partim medico credendum, partim irridere Medicinam.* Sic Sara cùm se parituram subaudiisset Genes. XVIII. com. XIII. ותצחק *Risit.* Ita & Salvatorem nostrum Matth. IX. com. XXIV. puellam haud mortuam esse sed vivere dicentem, κατεγέλων αὐτοῦ.

Post cineres & favillas.] Nota loquendi genus *post cineres & favillas.* Sic Persius Satyrâ VI.

Hæc cinere ulterior metuas?

id est, cum fueris fato functus. Græci eodem modo περαιτέρω κόνεως, *ultra cineres* dicunt. Theophylactus Epist. ultimâ: Εἰ λύπης ἐθέλεις κρατεῖν περιπόλει σοῦ τάφους, καὶ τοῦ πάθους ἕξεις τὸ φάρμακον· καὶ τὰς μεγίστας τῶν ἀνθρώπων εὐδαιμονίας ἐπόψει περαιτέρω κόνεως οὐ κεκτημένας τὸ φύσημα. Ita certissimè summus Casaubonus particulam negativam οὐ, quæ in vulgatis abest, inseruit.

Corpus nec intersit utrum feræ deripiant, an maria consumant, &c.] Pag. 11. Seneca de fortuit. Remed. *Quid interest ignis me an fera consumat, an tempus omnium sepultura.* Teles. τί ἐπιφέρει ὑπὸ πυρὸς κατακαυθῆναι, ἢ ἀπὸ κυνὸς καταβροσθῆναι, ἢ ἐπάνω τῆς γῆς ὄντα ὑπὸ κοράκων, ἢ κατορυχθέντα ὑπὸ σκωλήπων. Lucifer. Calarit. lib. Moriendum esse pro Dei filio: *Quantum ad exitum nihil interest, clavo an lanceâ moriar, &c.* Prudent. Romano Martyre.

Nam membra parvipendo quo pacta cadant,
Casura certâ lege naturæ suæ.

Instat

Instat ruina, quod resolvendum est, ruat.
Nec distat ignes & fidiculæ sæviant,
An corpus ægrum languor asper torqueat.

His paria Lucanus lib. VII. in Cæsarem, qui insepultos cives in Pharsaliâ reliquit:

Nil agis hac irâ. tabésne cadavera solvat
An rogus haud refert. ----

Fato tribui.] De fato cùm Gentili, tùm Christiano adi Magnum Vossium lib. de Orig. & progressu Idololatriæ cap. XLV. & sequentibus egregiè ac prolixè disserentem.

Hoc, quòd sciam.] Id est, *certè*, aut, *ni fallor*. Tertullianus Apologet. cap. XXIII. *Colitis illos, quòd sciam, etiam de sanguine Christianorum.* Idem lib. II. ad uxor. cap. III. *Quòd sciam non sumus nostri, sed pretio empti.* Et sæpiùs ille. Locutio Plautina est.

Menechme vigila. Vigilo herclè quòd sciam.

Ibidem.

Est tibi Menechmo nomen tamen quòd sciam.

Sic Appulejus Milesi. II. *Quòd sciam, templis & lavacris, & ceteris operibus longè cunctas civitates antecèllimus.* lib. V. *Quòd sciam, fidei atque parciloquii mei documenta perpendisti.* VI. *Quòd sciam, soles periclitantibus ultrò subvenire.* IX. *Non enim ovum, quòd scimus, illud &c. sed pinnis & unguibus partum perfectum edidit.* Quintilianus Declam. IX. *Quòd sciam, victis etiam gladiatores parcunt.*

Cassa vota.] Virgil. Æneid. XII.

Dixit opemq; Dei non cassa in vota vocavit.

Ubi Servius: *Non ad inania vota poscit auxilium.* Ut Minucius *Cassa vota*, ita Prudentius Rom. Martyre *cassa pericula.*

Pag. 12. *Et Deus patitur, dissimulat.*] Hoc argumento plurimùm utebantur gentes adversus Christianos, ut constat ex scriptoribus Ecclesiasticis; Illi enim cum viderent Christianos malis multis diversisque miseriis opprimi, sæpius insultabant eorum innocentiæ, dicendo: Si cordi estis Deo Omnipotenti, isque curam vestri gerit, cur perpeti patitur vos persecutiones tam acerbas. Sic enim apud Arnobium lib. II. *Cùm ergò, inquitis, omnipotenti servitis Deo, & eum habere confiditis salutis atque incolumitatis vestræ curam, cur persecutiones patitur perpeti vos tantas, atque omnia genera pœnarum & supplicíorum subire?* Sed optimè illis à Christianis occurrebatur; Annectit enim Arnobius: *Requirimus & nos contrà, cur & vos, cùm tantos & tam innumeros colatis Deos cumq; illis sedes constituatis sacras, simulacra*

effingatis

effingatis ex auro, animantium mactetis greges, acerras omnes turis plenis conjiciatis altaribus, cur non immunes agitis tot discriminibus, & procellis, quibus cottidiè vos agunt exitiabiles multiplicesq́; fortunæ? Cur, inquam, Dii vestri ceant à vobis avertere tot morborum & valetudinum genera, naufragia, ruinas, incendia, pestilentias, sterilitatem, amissionem pignorum, & proscriptionem bonorum, discordias, bella, simultates, captivitates urbium, & sublatis ingenuitatibus servitutes? Ita Augustinus lib. 1. de Civit. Dei. cap. XXIX. *Pagani qui probitati Christianorum insultant, illisq́; dicunt, cùm fortè in aliqua temporalia mala devenerint: ubi est Deus tuus? ipsi dicant, ubi sunt dii eorum, cum talia patiuntur, pro quibus evitandis eos vel colunt, vel colendos esse contendunt.* Christiani autem se maximè à Deo tum diligi dicebant, cùm ab ipso castigarentur. vide Lactant. lib. v. cap. XXII. aliosque inter patres.

Febribus ureris] Basilius M. Protrept. in Sac. Baptism. ὅτε πυκνῷ ἄσθματι καὶ ξηρῷ συνεχόμενος, πυρετοῦ λάβρου διακαίοντος τὰ ἔνδον καὶ ὑποσμύχοντος, στενάξεις μὲν ἀπὸ μέσης καρδίας, τὸν δὲ συλλυπούμενον οὐχ εὑρήσεις.

Honestis voluptatibus.] Isidorus Orig. lib. XVIII. cap. XVI. *Spectacula nominantur voluptates.* Vopiscus in Aureliano: *Erat rarus in voluptatibus.* ubi summus Casaubonus: *Spectaculis ludorum rarò intererat.* Cyprianus. *Homo occiditur in hominis voluntatem.* Ita apud Scriptorem de Excid. Hierosolymit. *theatrales voluptates.* Sic Appulejus aliquoties, Miles. 1. *Dum voluptatem gladiatorii spectaculi, &c.* IV. *Digno fortunæ suæ splendore publicas voluptates instruebat.* Ibidem. *Ille tam clarus tamq́; splendidus publicæ voluptatis apparatus, &c.*

Non floribus caput nectitis, non corpus odoribus honestatis.] Clemens Alexandr. lib. II. Pædag. cap. VIII. Στεφάνων δὲ ἡμῖν καὶ μύρων χρῆσις οὐκ ἀναγκαία. ἐξοκείλει γὰρ εἰς ἡδονὰς καὶ ῥαθυμίας. Tertullian. de Coronâ. *Cur major efficitur ratio Christianarum observationum, cùm illas etiam natura defendit, quæ prima omnium disciplina est. Ideoq́; hæc prima præscribit coronam capiti non convenire.*

Reservatis unguenta funeribus.] Mos ungendi cadavera sanè antiquissimus est, videturque ab Ægyptiis originem traxisse, ex horum enim ritu in sacrâ paginâ legitur, Josephum pollinctoribus suis præcepisse, ut patrem Jacobum vitâ functum aromatibus condirent. Et paullò pòst Josephus ipse simili ritu ab Ægyptiis conditus legitur Geneseos capite extremo: וימת יוסף בן מאה ועשר שנים ויחנטו אתו ויישם בארון במצרים: *Et mortuus est Ioseph natus centum & decem annos, & cùm condiissent eum aromatibus, repositus est in arcâ in*

Ægypto. Quomodo autem Ægyptii corpora defunctorum condierint, multis referunt Herodotus lib. II. & Diodorus Siculus Biblioth. Hist. lib. II. cap. V. Apud Judæos quoque uncturam obtinuisse constat ex Joanne Euangelista cap. XIX. com. XXXIX. ἦλθε δὲ καὶ Νικόδημος ὁ ἐλθὼν πρὸς τὸν Ἰησοῦν νυκτὸς τὸ πρῶτον φέρων μίγμα σμύρνης καὶ ἀλόης, ὡς λίτρας ἑκατόν. ἔλαβον οὖν τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ καὶ ἔδησαν αὐτὸ ὀθονίοις μετὰ τῶν ἀρωμάτων, καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς Ἰουδαίοις. Et ex Matthæo cap. XXVI. com. X. & XII. ubi Christus Mariæ peccatricis, à quâ unguento perfusus, pietatem laudans: ἔργον, inquit, καλὸν εἰργάσατο εἰς ἐμέ. βαλοῦσα γὰρ αὕτη τὸ μύρον τοῦτο ἐπὶ τοῦ σώματός μου, πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με ἐποίησεν. Transiit is mos deinde & ad Christianos, & sæpissimè à patribus tangitur. Tertullianus Apolog cap. XLII. *Thura planè non emimus. Si Arabiæ queruntur, sciant Sabæi pluris & carius suas merces Christianis sepeliendis profligari, quàm Diis fumigandis.* Idem de Resurrectione carnis: *Proinde enim & corpora medicata condimentis sepulturæ mausoleis, & monumentis sequestrantur.* Et in de Idololatriâ loquens de aromatis. *Etiam hominibus,* ait, *ad pigmenta medicinalia, nobis quoque insuper ad solatia sepulturæ usui sunt.* Clemens Alexandr. lib. II. Pædag. cap. VIII. αἱ γὰρ ὑπέρμετροι χρίσεις τῶν μύρων, κηδείας, οὐ συμβιώσεως, ἀποπνέουσιν. Romanis quoque uncturam mortuorum in usu fuisse, ex eorum scriptoribus observare licet, cujusmodi unctionis præter alios meminerunt Plinius Secundus lib. V. Epist. XVI. *Non possum exprimere verbis, quantum animo vulnus acceperim, cùm audivi, Fundanum ipsum præcipientem, quod in Vestes, Margaritas, Gemmas fuerat irrogaturus, hoc in Tura & Vnguenta & Odores impenderetur.* Ovidius IV. Fastor.

Osculáq; adplicuit posito suprema feretro
Atque ait: Invito frater ademte Vale.
Arsurosq; artus unxit ----

Macer libro I. ad Legem vicesimam Hæreditatum: *Funeris sumptus accipitur quicquid corporis causâ, velut unguentorum, erogatum est.* Hinc in XII Tabulis: SERVILIS. UNCTURA. CIRCOMPOTATIOQUE. QUOM. FONUS. EXSEQUIANTOR. VINEIVE. RESPERSIONEI. FUAT. &c. apud Ciceronem lib. de Legibus. Ubi *Servilis unctura,* ut quibusdam placet, nihil aliud, ac Pollinctorum familia, quibus officium erat cadavera polluta ungere & curare. Alii dicunt legem vetare *Vnctionem* in servorum corporibus. De uncturâ loquitur quoque Appulejus Apolog. *Etsi tus & casiam & myrrham, ceterosq; id genus odores funeri tantum emptos arbitreris, cùm & medica-*

medicamento parentur & sacrificio. Allusit huc festivissimus poëta Martialis:

Vnguentum fateor bonum dedisti
Convivis, here, sed nihil scidisti:
Res salsa est, benè olere & esurire;
Qui non cœnat, & ungitur Fabulle,
Hic vero mihi mortuus videtur.

Alibi:

Vnguentum hæredi nunquam, nec Vina relinquas:
Ille habeat Nummos; hæc tibi tota dato.

Nec solummodò ungi verùm etiam lavari solebant corpora decessorum. Hinc Virgilius *Ablutionem* & *Vncturam* conjungit Æneid. VI.

Corpusq́ lavant frigentis & ungunt.

Sic apud Euripidem in Phœnissis Creon Jocasten accersit, ut filium suum defunctum abluat.

---- ἐγὼ δ' ἥκω μεταστέλλων
Ἀδελφὴν Ἰοκάστην, ὅπως
Λούσῃ, πρόθηται δ' οὐκέθ' ὄντα παῖδ' ἐμόν.

Appulejus Milesiarum VIII. *Tunc properè familiares, miseræ Charites accuratissimè corpus ablutum unitâ sepulturâ ibidem marito perpetuam conjugem reddidêre.* Qui abluendi ritus etiam in primitivâ Ecclesiâ inter Christianos obtinuit. Legitur enim Actor. IX. com. XXXVII. Tabitham vitâ functam confestim lotam fuisse. Et Tertullianus Apolog. cap. XLII. hinc quoque capiendus. *Non lavor diluculo Saturnalibus ne & noctem & diem perdam. Attamen lavor honestâ horâ, & salubri, quæ mihi & colorem & sanguinem servet. Rigere & pallere post lavacrum mortuus possum.*

Coronas etiam sepulchris denegatis.] Antiquiores quidem Christiani à coronarum florumque in sepulcra sparsione penitùs abhorruerunt, idque hîc à Cæcilio inter crimina objicitur. Quod etiam ex Justino Martyre videre licet, qui lib. II. Apolog. sic ait: ὅπερ μόνον ἐγκαλεῖν ἡμῖν ἔχετε, ὅτι μὴ σὺν αὐτοὺς ὑμῖν σέβομεν θεοὺς, μηδὲ τοῖς ἀποθανοῦσι χοὰς καὶ χνίσσας καὶ ἐν ταφαῖς στεφάνους, ut legit Clariss. Meursius, καὶ θυσίας φέρομεν. Posteà tamen Christianos ab hâc simplicitate recessisse, ac rosis, violis, liliis aliisque floribus defunctorum tumulos adspersisse liquet ex Prudentio hymno in Exsequiis Sanctorum:

Nos tecta fovebimus ossa
Violis & fronde frequenti

Tituluma, & frigida saxa.
Liquido spargemus odore.

Quod & testatur Hieronymus Epistolâ illâ, quam ad Pammachium super obitu uxoris Paulinæ dedit. *Ceteri mariti super tumulos conjugum spargunt violas, rosas, lilia, purpureosq; flores & dolorem pectoris his officiis consolantur.* Solenne autem fuit Gentilibus Coronis, floribus, sertisque mortuorum sepulchra ornare, quòd infinitis pœnè scriptorum locis probari possit; Leonidas:

Μὴ μύρα, μὴ στεφάνους λιθίναις στήλαισι χαρίζου
Μηδὲ τὸ πῦρ φλέξῃς, εἰς κενὸν ἡ δαπάνη.

Ausonius in Epitaph. Carm. XXXVI.

Sparge mero Cineres, & odoro perlue nardo
Hospes & adde rosis Balsama puniceis.

Virgilius in Copâ.

Quid Cineri ingrato servas bene olentia serta?
Anne coronato vis lapide ista tegi.

Sic Euripides Oreste:

Ὦ παῖ θεοῦ τ' ἦκεις τ' ἐλυτρωμένης τάφον
Στέψασα, καὶ προσείσασα νερτέροις χοάς.

Lucianus Scythâ: ὑμέγα τὸ χῶμα, καὶ ἡ στήλη χαμαὶ πέπτωκε, ἀλλ' ἐσπίλας γε ἀεί. Idem in Nigrino: ἔνιοι δὲ καὶ στέφειν τὰς στήλας ἄνθεσιν.

Edylus lib. II. Antholog. cap. XXII.

Ἄγις Ἀριστοφάνει ὅτ' ἔκλυσεν, ὅτ' ἔθιγ' αὐτοῦ,
Ἀλλ' ὅσον εἰσῆλθεν, κώχετ' Ἀριστοφάνης.
Πᾶσι τοῖσι ἀνθρώποις ἔχει φύσιν ὦ σκοπηοὶ
Ἄγιν ἐμίησας βάλλετε καὶ στεφάνοις.

Dioscorides Antholog. lib. III. cap. VI.

Βάλλετ' ὑπὲρ τύμβου πόλια χείνα, καὶ τὰ σωθῆ
Τύμπανα δηὶ στήλη ῥήσετ' Ἀναξιμένης.

Eodem libro cap. XXVII. Leonidas.

Εἴαρι δὲ πρώτῳ λειμώνιον ἄνθος ἀμέρσας
Χαρίτης στεφέτω τύμβον ἐμὸν στεφάνῳ.

Herodian. lib. IV. ἐπελθὼν ἦ πάντα τὰ τῆς πόλεως λείψανα ἦκεν ἐπὶ τὸ Ἀχιλλέως τάφον, στεφάνοις τε κοσμήσας καὶ ἄνθεσι πολυτελῶς, πάλιν Ἀχιλλέα ἐμιμεῖτο. Ita Ælianus Variar. Histor. lib. XII. cap. VII. ait. Ὅτι Ἀλέξανδρος τὸν Ἀχιλλέως τάφον ἐστεφάνωσε. Quod & Plutarch. in Alexandro refert; ubi eandem historiam habet: τὸν Ἀχιλλέως στήλην ἀλειψάμενος λίπα, καὶ μετὰ τῶν ἑταίρων σταδραμὼν γυμνὸς, ὥσπερ ἔθος ἐστὶν, ἐστεφάνωσεν. Sic Octavius Alexandrum veneratus

neratus est, de quo Sueton. cap. XVIII. *Per idem tempus conditorium & corpus Magni Alexandri, cùm prolatum è penetrali subjecisset oculis, coronâ aureâ imposita ac floribus aspersis veneratus est.* Quomodo & Curtius lib. X. cap. I. de Alexandro. *Cùm sepulcrum Cyri inspiceret: Coronâ aureâ, impositâ amiculo, cui adsueverat, ipse, solium, in quo corpus jacebat, velavit.* Redeo ad Poëtas, quos inter Ovidius lib. II. Trist. Eleg. III.

Tu tamen extincto feralia munera semper,
Deque tuis lacrymis humida serta dato.

Tibullus lib. II. Eleg. IV.

Atque aliquis senior veteres veneratus amores
Annua constructo serta dabit tumulo.

Propertius lib. III. Eleg. XV.

Asserret huc unguenta mihi sertisq; sepulcrum
Ornabit custos, ad mea busta sedens.

Virgilius lib. V. Æneid.

Hic duo ritè mero libans carchesia Baccho
Fundit humi: duo lacte novo de sanguine sacro
Purpureosq; jacit flores ac talia fatur:
Salve sancte parens iterum, &c.

Et lib. VI.

Tu Marcellus eris. manibus date lilia plenis
Purpureosq; spargam flores animamq; nepotis
His saltem accumulem donis. ----

Juvenalis Satyrâ VIII.

Dii majorem umbris tenuem & sine pondere terram
Spirantesq; crocos & in urnâ perpetuum ver.

Sic Euripides inducit Electram conquerentem, ac inimicorum acerbitatem accusantem, qui ne mortuo quidem Agamemnoni paterentur debitos honores haberi: manesque ejus, justis ex more factis, placari:

Ἀγαμέμνονος δ', inquit, τύμβος ἡπιασμένος
Οὐ πώποτ' ἀχοὰς, οὐδὲ κλῶνα μυρσίνης
Ἔλαβε: πυρὸς δ' χέρσος ἀγλαϊσμάτων.

Et pòst in eâdem fabulâ senex qui aluerat Agamemnonem, in sermone Electræ ostendit se, cùm vocatus ad eam accederet, aliquantum de viâ deflexisse: atque sepulchrum patris ipsius invisisse: nactumque illic, quam optabat solitudinem, ei vinum libâsse: sepulchrumque ejus, myrto impositâ, ornâsse; Verba tragici poëtæ hæc sunt.

Ἦλθον γὰρ αὐτοῦ πρὸς τάφον, πάρεργ' ὁδοῦ
Καὶ προσπεσὼν ἔκλαυσ' ἐρημίας τυχὼν,
Σπονδάς τε, λύσας ἀσκὸν, ὃν φέρω ξένοις,
Ἔσπεισα· τυμβῳ δ' ἀμφέθηκα μυρσίνας.

Hæc ex Petro Victorio lib. XVI. Var. Lect. cap. II. Myrti, à Græcis funeribus adhibitæ, meminit quoque Plutarchus in Aristide Rosis etiã sepulchra decorari cõsuevisse, subinnuit Anacreon odâ εἰς ῥόδον:

Τό δε καὶ νοσοῦσιν ἀρκεῖ
Τόδε καὶ νεκοῖς ἀμύνει.

Ceterùm has Coronas, sertaque ex omnibus quotquot sunt floribus etiam compactas fuisse, talibusque tumulos coronâsse veteres manifestè ostendit Sophocles in Electrâ, dum inquit:

Καὶ δὴ λέγω σοι πᾶν, ὅσον κατειδάμην.
Ἐπὶ γὰρ ἦλθον πατρὸς ἀρχαῖον τάφον
Ὁρῶ κολώνης ἐξ ἄκρας νεορρύτους
Πηγὰς γάλακτος καὶ περιστεφῆ κόκλῳ
Πάντων ὅσ' ἐστὶν ἀνθέων θήκην πατρός.

Atque hinc Græcis ἔρωτες vocabantur proprio nomine; Auctor Etymologici Magni: Ἔρως, ὁ στέφανος ἐκ πάντων ἀνθέων τοῖς νέκυσι πωλούμενος, παρὰ τὴν ἔραν, τὴν χὴν· ὁ ἐρανισμένος τῆς γῆς. Unde & liquet Joannem Baptistam Pium Bononiensem, alioquin haud rarò etiam nugatorem, nonnihil hallucinari, dum Annotat. Posterior. cap. CXV. ait, sepulcrorum serta, ubique pro sertis ex apio duntaxat textis, esse accipienda, solidéque hâc de re confutatum iri à Doctissimo Viro Hieronymo Magio Miscellan. lib. II. cap. XVII.

Quod oraculum ipse præsensit. &c.] Locus mendosus, & qui doctissimorum etiam Virorum ingenia cruciavit. Cui an medelam hâc nostrâ correctione aliquam adferamus, doctiores judicent. Restituo itaque: *Quo oraculo ipse persensit, idcirco universis se esse præpositum, non quòd omnia comperisset, sed quòd nihil se scire didicisset.* Et sic sententia manifesta fit.

Pag. 13. *Arcesilæ & Carneadis & Academicorum dubitatio.*] Cicero de Oratore lib. III. *Arcesilas primùm, qui Polemonem audierat, ex variis Platonis libris, sermonibusq; Socraticis hoc maximè arripuit, nihil esse certi, quod aut sensibus, aut animo percipi possit.* Et lib. I. Academ. Quæst. *Arcesilas negabat esse quidquam quod sciri posset, ne illud quidem ipsum quod Socrates sibi reliquisset.* Arnobius contra Gentes lib. II. *Qui cunctorum originem esse dicit ignem, aut aquam, non Thaleti, aut Heraclito credit?* &c. *qui nihil ab homine comprehendi, atque omnia cæcis obscuritatibus*

tatibus involuta, non Arcesilæ, Carneadæ? Irrident & refellunt horum, ut ineptam & vanam, opinionem Lactantius lib. III, cap. VI. Augustin. lib. III. contra Academicos; uti & Arnobius qui paullò pòst addit. *Illi qui autumant nihil posse omninò comprehendi, an sit verum quod dicunt, sciunt?* Huc etiam facit illud Lucretii lib. IV.

Denique nil sciri, si quis putat id quoque nescit
An sciri possit, quam se nil scire fatetur.
Hunc igitur contra mittam contendere causam,
Qui capite ipse suo instituit vestigia retrò.

Cæli plagas, & mundi fata & secreta rimari.] Alcimus Avitus.

Edita vel cœlo vel tetro mersa profundo
Rimari, inq; sacras Naturæ irrumpere leges.

Sic Pacatus Panegyr. *Arcanum cœleste rimari.*

Indignationis ejus tumorem.] Arnobius lib. I. *Nullus tumor indignationis in Dîs est.* Virgilius.

--- tumor omnis, & iræ
Concessere Deûm. ----

Hinc *irâ sufflatum*, dicit Zeno Veronensis Serm. VII. De tribus pueris: *Ipsum contempserunt Regem qui irâ sufflatus solito septies amplius caminum jussit incendi.*

Maximè cùm non laudi sed veritati disceptatio vestra nitatur.] In aliis M. c. n. laude s. veritate d. v. nitatur.

Non eloquentiæ tumore.] Focas in Vitâ Virgilii. Pag. 14.

Quis tantum eloquii potuisset ferre tumorem.

Seneca Pat. *tumor & abundantia Sermonis.* Idem lib. 2. de Benef. *Quid opus arrogantiâ vultus, quid tumòre verborum?*

Nutâsse sententiam.] Martianus Capella.

Anxia cum trepidis nutat sententia rebus.

Arnobius lib. I. *Conjecturarum æstimationibus nutans.*

Vt qui rectam viam nescit, ubi, ut fit, in plures una dissinditur.] Ovi- Pag. 15.
dius Fastor. V.

Vt stat, & incertus, quà sit sibi nescit eundum,
Cùm videt ex omni parte viator iter.

Hinc elegans est apud Græcos verbum ἀπορεῖν & nomen ἀπορία; quæ est inopia consilii, cùm quis rerum suarum invenire exitum nescit. Scitum est hâc de re Hieronymi Wolfii distichon in Annotat. Demosth.

Cùm via multa patet, nulla est bona: quâ sit eundum
Ipse tibi monstret ductor Atlantiades.

Pet-

Pertinet huc quoque proverbium Theognideum ἐν τριόδῳ ἕστηκα. δύ' εἰσι δὲ πρόσθεν ὁδοί μοι φροντίζω τούτων ἦν τιν' ἴω προτέρην. Alciat. Emblem.

Omnes in trivio sumus atque hoc tramite vitæ
Fallimur, ostendat ni Deus ipse viam.

Hinc Proverbium *In Trivio constitutus*, in eum qui dubitat. Suidas. Ἐν τριόδῳ εἰμὶ κογιζμῶν ἐπὶ τῶν ἀδήλων, καὶ ἀμφιβόλων πραγμάτων. ἐπειδὴ ὁ ἐν τριόδῳ γενόμενος, οὐκ οἶδε ποίᾳ χρήσεται ὁδῷ.

Æstu.] Virgil. Æneid. VII.

Cuncta videns magno curarum fluctuat æstu.

Alcimus Aritus.

---- *curarum volvitur æstu.*

Sciat omnes homines &c.] Lactantius lib. II. cap. VII. *Dedit omnibus Deus pro virili portione sapientiam; ut & inaudita investigare possent, & audita perpendere.*

In memorias exierunt.] Optimè in memorias ire dicuntur res Æternitati ac famæ consecratæ; ac pari elegantiâ scriptores alii super aliisq; rebus æternitati dedicandis loquuntur. De hominum clarorum Memoriâ Symmachus lib. X. Epist. XXXII. *Hinc factum est, ut rusticis adhuc seculis optimi quiq; civium manu & arte formati, in longam memoriam mitterentur.* Venantius Fortunatus, lib. I. Carm. II.

O nimium felix, æternum in lumen iture,
Cujus vita suo proficit ista Deo.

Plinius Junior Panegyrico Optimo Principi Trajano dicto: *Ibit in secula fuisse principem, cui florenti & incolumi, nunquam nisi modici honores, sæpiùs nulli, decernentur.* Focas Vitâ Virgilii.

Et monstrare viam graditura in secula Famæ

Sil. Italicus lib. IX.

---- *Deæ, quarum mihi sacra coluntur,*
Mortali totum hunc aperire in secula posse
Ore diem, speramusne?

Idem lib. XII.

---- *Factoq; in secula ituro,*
Lætantur tribuisse locum.

Claudianus Panegyrico Probini:

---- *Te variis scribent in floribus Horæ*
Longaq; perpetui ducent in secula fasti.

Cum non disputantis auctoritas, sed disputationis ipsius veritas requiratur.] Simile est illud Heliodori Æthiopic. lib. X. Τὰς ὑπεροχὰς οὐ δεσω-

οὐ δυσωπεῖ τὸ δίκαιον, ἀλλ' εἷς ἐστιν ὁ βασιλεύων ἐν ταῖς κρίνεσιν, ὁ τοῖς εὐλογωτέροις κρατῶν. Huc quoque referri posse videtur illud Romani Martyris apud Prudentium:

Si me movere rebus ullis niteris,
Ratione mecum, non furore, demica.

Non fucatur pompâ facundiæ.] Nam, ut optimè inquit Lactantius lib. v. cap. 1. *Eloquentia seculo servit; populo se jactare, & in rebus malis placere gestit. Siquidem veritatem sæpiùs expugnare conatur, ut vim suam monstret; opes expetit, honores concupiscit, summum denique gradum dignitatis exposcit.* Rectè quoque Cyprianus ad Donatum Epistola 11. *In Judiciis, in concione, pro rostris opulenta facundia volubili ambitione jactetur, cùm de Domino Deo vox est; vocis pura sinceritas, non eloquentiæ viribus nititur ad fidei argumenta, sed rebus.*

Quod illa prona in terramq́; vergentia &c. nos quibus vultus erectus.] Pag. 16.
Manilius lib. iv.

---- Projecta jacent animalia cuncta
In terram, vel mersa vadis, vel in aëre pendent.
Omnibus una quies venter.

Boëth. de Consolat. lib. v. Metr. v.

Quæ (animalia) *videas licet omnia discrepare formis*
Prona tamen facies hebetes valet ingravare sensus.
Vnica gens hominum celsum levat altius cacumen,
Atque levis recto stat corpore, despicit terras.
Hæc nisi terrenus malè desipis, admonet figura,
Qui recto cœlum vultu petis, exerisq́; frontem,
In sublime feras animum quoque, ne gravata pessum
Inferior sidat mens corpore celsiùs levato.

Elegantissimè quoque hanc in mentem Basilius Magnus. Hexaëm. homilia xi. ἔπλασεν ὁ θεὸς ὀρθὸν, ἐξαίρετον ταύτην τὴν διάπλασιν παρὰ τὰ λοιπὰ ζῶα ἔδωκε, διὰ τι; ἐπειδὴ ἐξαίρετόν σοι καὶ τὴν ἐνέργειαν ἀποδιδόναι ἔμελλε. τὰ μὲν γὰρ ἀλλὰ βοσκήματά ἐστι καὶ πρὸς ἃ πέφυκε, πρὸς ταῦτα ἔχει τὴν κατασκευήν. ἐγενήθη τὸ πρόβατον νέμεσθαι, κάτω ἔχει κεφαλὴν συνεύουσαν, τῇ γαστρὶ ἐνορᾷν, καὶ τοῖς ὑπὸ γαστέρα, ἐπειδὴ τέλος ἐκείνοις εὐδαιμονίας, ἡ γαστρὸς πλήρωσις καὶ ἀπόλαυσις. ἄνθρωπος δὲ οὐκέτι εἰς γαστέρα βλέπει, ἀλλ' εἰς τὰ αἴω κεφαλὴ αὐτῷ ὑψηλὴ, ἵνα τὴν ἄνω βλέπῃ συγγένεια. ὀφθαλμοὶ οὐκ εἰς τὴν γῆν νεύοντες. μὴ τοίνυν ποίει σεαυτὸν παρὰ φύσιν, μὴ τὰ γήϊνα περισκόπει, ἀλλὰ τὰ οὐράνια, οὗ ὁ χριστός ἐστιν. Similiter Cyprianus contra Demetrianum, cujus verbis etiam utitur Claudius Tauronensis, ut observavit adversario de cultu Imagi-

num libro Jonas Aurelianensis Episcopus: *Rectum te Deus fecit; & cùm cetera animalia prona & ad terram situ vergente depressa sint, tibi sublimis status, & ad cœlum atque ad Deum tuum vultus erectus est.* Ex hâc & in hanc sententiam capiendum est Scitum illud Magicum Zoroastris, vel cujusdam ejus discipuli; Μηδὲ κάτω νεύσης. κρεμνὸς κατὰ γῆς ὑπόκειται. Ad quæ verba inter alia ita Plethon. λέγει τὸ λόγιον μὴ κάτω. πρὸς τὸν θνητὸν δὴ σῶμα ἀποκλίνης. Psellus verò: τὴν μετὰ θεὸν οὖσαν Ψυχὴν τὸ λόγιον νουθετεῖ ἐκείνῳ μόνῳ προσέχειν τὸν νοῦν, καὶ μὴ κάτω τὴν ῥοπὴν ποιεῖσθαι. Plura quæ ad hujus loci inlustrationem facere possunt vide sis apud Xenophont. Memorab. lib. I. Sallust. proëm. Catil. Claudian. de Raptu Proserp. lib. III. Sil. Italic. lib. XV. Alcim. Avit. lib. I. Junilium in Genes. Mar. Victorem Prologo Genes. Hilarium Genesi Rusticum Expidium, alios. Nequeo autem mihi attemperare, quin coronidis loco adjiciam magnificam Senecæ vocem ex Epistolâ LXVI: *Vetas me cœlo interesse, id est, jubes me vivere capite demisso? Major sum & ad majora genitus, quam ut mancipium sim mei corporis: quod equidem non aliter adspicio, quam vinculum aliquod libertati meæ circumdatum.* Vide quoque illum Epist. LX. & Epist. XCII.

Quid potest esse tam apertum &c.] Pænè ad verbum noster hæc ex Cicerone, apud quem in secundo de Natura Deorum legis: *Quid potest esse tam apertum tamq; perspicuum, cùm cœlum suspeximus, cœlestiaq; contemplati sumus, quàm aliquod esse Numen præstantissimæ mentis, quo hæc regantur?* Eandem & adducit rationem lib. II. de Divinatione: *Esse præstantem aliquam, æternamq; naturam, & eam suspiciendam adorandamq; hominum generi, pulchritudo mundi, ordoq; rerum cœlestium cogit confiteri.* Prudentius Apotheosi:

Attamen in cœlum quotiens suspexit, in uno
Constituit jus omne Deo, cui serviat ingens
Virtutum ratio, variis instructa ministris.

Vide Isidor. Pelus. lib. IV. Epist. CXXCVI.

Cælum ipsum vide, quàm latè tenditur, quàm rapidè volvitur.] G. Pisidas Opificio Mundi:

Τὶς τὸν μέγιστον οὐρανὸν τοῦτον βλέπων,
Καὶ τὴν ἀεικίνητον ἣν ἔχει βίαν,
Τῶν ἀστέρων τε τοὺς συνεκτικωτάτους
Νῦν μὲν βορείας, νῦν δὲ κινήσεις νότου,
Ἐν ἐκδρομῇ ποιοῦντες, ἢ μεταστάσει.

Vide ut Luna auctu, senio, &c.] Pisidas Opif. Mundi:

Τὶς

Τὶς γὰρ σελήνην ἢ τὸν ἥλιον βλέπων,
Ὀφθαλμιῶντας τῇ πρὸς ἔκλειψιν νόσῳ.

Quid tenebrarum & luminis dicam recursantes vices.] Rectissime Vices, cùm alternatim succedant, nec sit quod interrumpat ordinem. Et similiter plurimi alii scriptores loquuntur. Juvenalis Satyrâ XIII.

Naturâ volvente vices & Lucis & Anni.

Claudianus In Rufinum lib. I.

Et lucis noctisq; vices. ----

Sedulius lib. I. de Sole.

Nunc oritur, nunc occiduas demissus in oras
Partitur cum nocte vices, nec semper ubiq; est.

Ita & Columbanus.

Omnia Tempus agit, cum tempore cuncta trahuntur,
Alternant Elementa vices, & tempora mutant,
Accipiunt alimenta dies noctesq; vicissim.

Quid? cùm ordo temporum ac frugum stabili varietate distinguitur, &c.] Cyprianus. *Videmus* &c. *Dei nutu tempora obsequi, elementa famulari, spirare ventos, fontes fluere, grandescere copias messium, fructus mitescere vinearum, exuberare pomis arbusta,* &c. Claudianus in Rufin. lib. I.

---- *Qui lege moveri*
Sidera, qui fruges diverso tempore nasci.

Lucretius:

Crescunt arbusta, & fœtus in tempore fundunt.

Maximus Tyrius Dissertatione XXV. Τὸν ὡρῶν ταμίαν, τὸν καρπῶν τροφέα, τὸν γενέθλιον, τὸν ὑέτιον, τὸν ἐπικάρπιον. Arrianus I. IV. in Epictetum. Τεταγμένως, καθάπερ προστάγματος θεοῦ, ὅταν ἐκεῖνος εἴπῃ τοῖς φυτοῖς ἀνθεῖν, ἀνθεῖ: ὅταν εἴπῃ βλαστάνειν, βλαστάνει: ὅταν ἐκφέρειν τὸν καρπὸν, ἐκφέρει: ὅταν πεπαίνειν, πεπαίνει. Idem III. XXVI. Τὸν ἥλιον τὶς πεποίηκε; τοὺς καρποὺς δὲ τὶς; τὰς δ' ὥρας τίς; ubi supplendum οὐχὶ ὁ θεός. Philo in περὶ φιλανθρωπ. Τὸν πρὸς γεωργίαν παρασχόντα πλεῖστα καὶ ἀναγκαιότατα: πρὸς καρποφορίαν καὶ εὐγονίαν καιροὺς, ὑετοὺς ἀέρος εὐκρασίας &c. Idem περὶ κοσμουργ. Ἐν μέρει γίνεται τὰ γιγνόμενα: χρόνοις διαφέρουσιν, ἀλλ' οὐκ ἀθρόα καιρῷ ἑνί. Appulejus de Sole: *Quatuor temporum vices mutat, &c. hinc alimenta nobis suppetant earum rerum quas accedere his mundi partibus Deus voluit.* Horatius.

---- *Variisq; mundum*
Temperat horis ----

Scholiastes Hesiodi. φέρουσι τὰ δένδρα καρπὸν ἀπὸ τῶν ὡρῶν. μετακυ-

λινδουμένου γὰρ τοῦ ἐνιαυτοῦ αἱ ὧραι τεθηλέναι ταῦτα ποιοῦσι. Vid. Genes. cap. VIII. 22. Levit. XXVI. 4. Job. V. 26. Psalm. 1. 3.

Pag. 17. *Ver æquè cum suis floribus.*] Bion Idyll. VI.

Ἔαρι πάντα κύει, πάντ' εἴαρος ἁδέα βλαστεῖ.

Julianus unus è XII. Scholasticis inter Catalecta Poëtarum de quatuor anni tempestatibus.

Vere gravis fundit Tellus cum floribus herbas.
Frugiferas arvis fert Æstas torrida messes.
Pamifer Autumnus tenero dat palmite fructum,
Mox humus hibernis albescit operta pruinis.

Ne hiems sola glacie ureret, aut sola æstas ardore torreret.] Elegantissima sunt, quæ pænè hanc in mentem habet Pisidas Opificio Mundi:

Καὶ τοῦ θέρους μὲν ἡ φλογώδης ἀκρότης,
Οὐκ εὐθὺς εἰς χειμῶνα τὴν θέρμην τρέπει,
(Αἱ γὰρ μετάρσεις βλαπτικαὶ τῶν ἀθρόων)
Ἀλλ' εἰς τὸ μετόπωρόν τε καὶ κράσιν μέσην,
Τῷ μαλθακῷ τὴν ψύξιν ἠρέμα τρέφει.
Κ' ἀντεῦθεν εὐθὺς οὐ πρὸς ἄκρατον ζέσιν,
Ἀλλ' εἰς ἔαρ μέτεισι, καὶ λεληθότως
Τὸν κρυμὸν ὠθεῖ, καὶ τὸ καῦμα συλλέγει.

Mari intende, lege littoris stringitur.] Pisidas Opif. Mundi:

Τὶς τὴν θάλασσαν ἀστατοῦσαν προσβλέπων,
Οὐκ οἶδεν αὐτὴν δραπέτου τινὸς δίκην,
Φεύγουσαν ἔξω καὶ κρατουμένην ἔσω;

Jul. Firmicus Initio lib. VII. *Qui omnium siderum cursus ordinesque disposuit, qui maris fluctus intra certos terræ terminos coartavit. &c.* Cælius Sedulius lib. I.

Omnipotens æterne Deus, spes unica mundi,
Qui cœli fabricator ades, qui conditor orbis,
Qui maris undisonas fluctu surgente procellas
Mergere vicinæ prohibes confinia terræ.

Vide Georgii Cyprii Encomium Pelagi editum à Bonaventurâ Vulcanio. Aldhelm. Proœmio libri de Virginitate. Ieremiæ cap. V. com. XXII. Job. cap. XXVIII. com. XXV. & cap. XXXVIII. com. VIII.

Recta montium, collium flexa, porrecta camporum.] Sic Appulejus Miles. I. *Ardua montium, & lubrica vallium, & glebosa camporum.* Hieronym Epist. XXII. *Concava vallium, aspera montium, rupium prærupta.*

Quidvè

Quidvè animantium loquar adversus sese tutelam multiformem? alias armatas cornibus, &c.] Elegantissimè hanc sententiam quoque expressit Oppianus κυνεγετ. IV.

Γιγνώσκεν δ' ἕκαστος ἑῆς φύσιος κλυτὰ δῶρα,
Ἔνθ' ὀλιγοδρανέες τε, καὶ ἔνθα πέλουσι δαφοινοὶ.
Οὐκ ἔλαφος κεράεσσι θρασὺς, κεράεσσι δὲ ταῦρος.
Οὐ γενύεσσιν ὄρυξ κρατερὸς, γενύεσσι λέοντες.
Οὐ ποσὶ ῥινόκερως πίσυνος, πόδες ὅπλα λαγμῶν
Πόρδαλις οἶδ' ὀλοὴ παλαμάων λοίγιον ἰὸν.
Καὶ σθένος ὄϊς μέγα λαϊνέοιο μετώπου
Καὶ κάπρος μένος οἶδεν ἑῶν ὑπέροπλον ὀδόντων.

Phocylides.

Ὅπλον ἑκάστῳ νεῖμε θεὸς φύσιν ἠερόφοιτον.
Ὄρνισι μὲν πολλὴν ταχυτῆτ', ἀλκήν τε λέουσι,
Ταύροις δ' αὐτοχύτοις κεράεσσιν, κέντρα μιλίσσαις
Ἔμφυτον ἄλκαρ ἔδωκε.

Eleganter quoque Porphyrius lib. III. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων: ζώων μὲν ἕκαστον οἶδεν εἴτε ἀσθενές ἐστιν, εἴτε ἰσχυρόν. καὶ τὰ μὲν φυλάττεται, τοῖς δὲ χρῆται. ὡς πάρδαλις μὲν ὀδοῦσιν, ἵππος δὲ ὁπλῇ καὶ βοῦς κέρασι, &c. Sic Aristoteles de part. Animal. lib. III. cap. II. δέδωκεν ἡ φύσις τοῖς μὲν ὄνυχας, τοῖς δὲ ὀδόντας μαχητικοὺς, τοῖς δ' ἄλλό τι μόριον ἱκανὸν ἀμῦναι. Lucretius lib. V.

Sentit enim vim quisq; suam, quam possit abuti
Cornua nata priùs vitulo quàm frontibus exstent,
Illis iratus petit, atque infensus inurget.
At catuli pantherarum, scymniq; leonum
Vnguibus, ac pedibus jam tum, morsuq; repugnant.
Vix etiam cùm sunt dentes, unguesq; creati.

Maximus Tyrius Serm. X. ἄλλο ἄλλῳ ζώῳ ἀλέξημα ἥκει παρὰ τῆς φύσεως εἰς τὸν αὐτοῦ βίον, ὑφ' οὗ σώζεται. λέουσιν ἀλκὴ, ἐλάφοις δρόμοι θῆραι κυσίν· καὶ τῷ μὲν διερῷ γένει αἱ νήξεις, τῷ δὲ μεταστρίῳ αἱ πτήσεις· τῷ δὲ ἰλύι σπωμένῳ οἱ φωλεοί.

Et Anacreon in odis Mellitissimis:

Φύσις κέρατα ταύροις
Ὁπλὰς δ' ἔδωκεν ἵπποις
Ποδωκίην λαγωοῖς,
Λέουσι χάσμ' ὀδόντων·
Τοῖς ἰχθύσι τὸ νηκτὸν,
Τοῖς ὀρνέοις πέτασθαι.

Concludam cum ingeniosissimo poëtarum Ovidio, fragm. Halieut.

Accepit mundus legem, dedit arma per omnes
Admonuitq; sui: vitulos sic namque minaci
Qui nondum gerit in tenerâ jam cornua fronte,
Sic damæ fugiunt, pugnant virtute leones,
Et morsu canis, & caudæ sic strepitus ictu
Concussisq; levis pennis sic evolat ales:
Omnibus ignotæ mortis timor, omnibus hostem,
Præsidiumq; datum sentire, & noscere teli
Vimq; minásque sui. ----

Vide omninò Xenophontem. lib. 2. κύρου παιδείας, ubi locorum pulcrè Pheraulas hâc de re disputat. Ciceronem lib. 1. de Nat. Deor. Item de Officiis lib. 1. Basilium Mag. Orat. IX. in Hexaëm. Boethium de Consolat. lib. III. Pros. XI. & lib. V. Metr. V. uti & Platonem Protagorâ, Ambrosium, alios.

Oculi in summo, velut in specula constituti.] Cicero lib. II. de Natura Deorum: *Oculi tanquam speculatores, altissimum locum obtinent: ex quo plurima conspicientes, fungantur suo munere.* sequitur,

Et omnes ceteri sensus velut in arce compositi.] Ita Samnonicus Serenus, cap. XIV.

Summa boni est alacres homini contingere visus,
Quos, quasi custodes, defensoresq; pericli,
Prospiciens summâ, Natura, locavit in arce.

Alcimus Avitus, lib. I.

Dehinc arcem capitis sublimi in vertice signat
Septiforem vultum Rationis sensibus aptans
Olfactu, auditu, visu, gustuq; potentem.

Eleganter verò Alcimus vultum Septiforem nuncupat, haustum ex Hippocrate, cujus sententiam Chalcidius apud Platonem in Timæo refert. *Hippocrates*, ait, *cùm sæpè aliàs in plerisq; suis, tùm in his evidenter quod de Hebdomadibus instituit, dinumerat quoque sensuum omnium, qui in capite sunt, septem meatus, oculorum, aurium, narium, atque oris.* Uti noster *Arcem capitis* dicit, ita & Isidorus Pelusiota lib. I. Epist. XXI Ιϲ. ἀμφοτέρων τοιγαροῦν ἀποσχώμεθα, οὔτε ποτῷ, οὔτε θυμῷ πολιορκοῦντες τὴν τοῦ νοὸς ἀκρόπολιν. Et Philo de Somniis, ubi de Sede Animæ. οἱ μὲν γὰρ τὴν ἀκρόπολιν ἐν ἡμῖν ἀνιέρωσαν αὐτῷ τὴν κεφαλὴν, περὶ ἣν καὶ αἱ αἰσθήσεις λοχῶσιν, εἰκὸς εἶναι νομίσαντες ἐγγὺς διὰ μεγάλου βασιλέως ἐφεδρεύειν δορυφόρους.

Nilus.] Nilus dictus videtur esse ab Ebræo נחל, quo nomine in

Sacrâ

Sacrâ Paginâ appellatur. Jes. cap. XXVII. com. XII. Amos. cap. VI. com. XIV. Pro *Nahal*, enim, sive *Naal*, Syri, & Ægyptii dixere *Neel*, ut Phœnices, & alii pro *Bahal*, sive *Baal*, *Beel*; atque uti ex *Beel*, *Bel*, inde βῆλος, ita ex *Neel*, *Nel*, vel *Neil*, unde Νεῖλος. Multum huc quoque facit, quòd Mela lib. III. cap. X. tradit, Nili fontem in Æthiopiâ *Nuchul* ab incolis nominari. *Nuchul* enim quin à נחל sit, unde Νεῖλος anteà deducebamus, nullus dubito. Quanquam non ignorem נחל proprie *fluvium* denotare; unde etiam LXX. Interpretibus redditur ποταμὸς *fluvius*, item χειμάρρους, *torrens*. Nilus tamen κατ' ἐξοχὴν נחל dictus, eodem modo ut in Asia per *flumen*, פרת *Perath* sive Phrath, is, qui Græcis *Euphrates*, intelligitur. Quemadmodum & R. Salomon, & R. Kimchi, explicant Genes. XV. 18. ubi dicit Deus, se daturum Abrahamo terram à fluvio Ægypti, usque ad fluvium magnum Euphratem. Alio quoque nomine Nilus in Scripturis שיחור vocatur. ut Jesaiæ cap. XXIII. com. III. וכמים רבים זרע שחור קציר יאור תבואתה. *In aquis multis semen Sichoris* (vulg. *Nili*) *messis rivi proventus ejus*. Jirmejæ cap. II. com. XVIII. ועתה מה לך לדרך מצרים לשתות מי שחור. *Nunc enim quid tibi in viâ Ægypti bibendo aquas Sichoris*. שחור verò ad verbum *nigrum* notat. Ebræis enim שחר est *denigrari*. Nimirum ob nigricantes aquas, &, quia, terram humectans, eam nigram efficiat Nilus שחור hoc est, Niger, optimo jure vocari potuit. Hinc Maro lib. IV. Georg.

Et viridem Ægyptum nigrâ fœcundat arenâ.

Eâdem de causâ à Græcis dictus est Μέλας; ut Plutarchus & Eustathius affirmant. Latinis quoque veteribus dicebatur *Melo*. Festus: *Melo alio nomine Nilus vocatur*. Servius ad lib. IV. Georg. *Nam anteà Nilus Latinè Melo dicebatur*. Quod & ad Æn. I. & IV. testatur. Symmachus lib. I. Epist. XIV. *Hunc*, (de Mosellâ fl. loquitur) *tu mihi improvisâ clarorum versuum dignitate* Ægyptio Melone *majorem* &c. *reddidisti*. Nilum intelligit. A nigrore etiam est, quòd olim Αἴγυπτος diceretur. Homerus Odyss. δ.

Πείν γ' ὅτ' ἂν Αἰγύπτοιο διίπετέος ποταμοῖο.

Id enim de Nilo accipiendum Eustathius & Didymus fatentur. Plinius lib. V. cap. IX. Hist. Natur. *Nilus in totum Homero Ægyptus vocatur*. Diodorus Siculus lib. I. Biblioth. vide Oppianum in Κυνηγετ. α. ℣. 372. & β. ℣. 143. Hesychium, Stobæum Serm. πη. Ægyptus verò pro Nigro accipitur, & αἰγυπτιῶσαι atrare & denigrare interpretantur Eustathius Odyss. IV. & Hesychius, in αἰγυπτιῶσαι;

πλιῶσι; videatur quoque Scaliger ad Festum in voce *Ægyptinos*. Isychius quoque ad Levitic. lib. III. & VI. *Ægyptus*, ait, *contenebratio interpretatur*. A שחור *Sichor*, sive *Sior* etiam videntur Æthiopes suum effinxisse Σεῖρις sive Σῖριν; hoc enim nomine quoque appellatus est Nilus. Dionysius Afer ἐν φδῇ. de Nilo:

Ὃς δὴ τοι Διὸθεν ἐπ' ἀντολίῃ πολὺς ἔρπων
Σῖρις ὑπ' Αἰθιόπων κικλήσκεται. οἱ δ' ἄρα τοῦ γε
Ἐν ταὶ ἐπὶ γρεφθέντι μετ' ὄνομα Νεῖλον ἔθεντο.

Ubi Eustathius: Τὸ δὲ Σῖρις, οἱ μὲν, βάρβαρόν φασιν εἶναι ὄνομα, ἤτοι Αἰθιοπικὸν, κατὰ τὸν Διονύσιον. Plinius lib. V. cap. IX. *Nec ante Nilus, quàm se totum aquis concordibus rursus junxerit, sic quoque etiamnum* Siris, *ut ante nominatus per aliquot millia.* Hinc *Siris* sive *Nilus*, ab Ægyptiis pro Deo cultus, cum Osiride idem numen est; de quo suo loco. De Nilo verò ejusque incrementis plura qui desiderant, (omnia enim jam persequi non vacat,) consulant Strabonem lib. XVII. Geograph. Diodor. Sicul. l. I. Pln. lib. V. cap. IX. Eustath. ad Dionysii φδήγησιν. Hesych. Stephan. i Byzantin. Heliodor. Æthiop. lib. X. & Leonem Afrum, aliosque.

Euphratem.] Euphrates haud dubiè originem debet Linguæ Arabum. Quibus فرط *inundare* denotat, unde افراط *inundatio*. Ex quo posteà corruptè *Euphratem* suum Græci finxerunt. Alii dictum volunt ab eo quòd legitur Genes. II. ℣. XIV. פְּרָת הוּא, unde *Euphrates*; alterutrum verum; Græci enim suo more ludunt, dum ἀπὸ τῦ εὐφραίνειν petant. Habet autem Euphrates quinque alveos, de quibus distinctè agit Doctissimus Bochartus, in Geograph. Sacr. Phaleg. lib. I. cap. VIII. cujus summa huc ferè redit. E quinque Euphratis alveis, unus influit in Tigrim è regione Bagdad, qui Seleuciam permeat. Plinius lib. V. cap. XXXVI. *Scinditur Euphrates à Zeugmate* LXXXII M. *passuum, circa vicum Massicen: Et parte lævâ Mesopotamiam vadit per ipsam Seleuciam circa eam præfluenti infusus Tigri.* Uti & Ptolomæus lib. V. c. XVIII. cujus verba infra adducemus. Secundus alveus est fluvius *Tsartsar* naviger, cui adjacet urbs cognominis, à Bagdad distans IX. millibus. De hoc tam apud Græcos pariter ac Latinos, altum est silentium. Tertius est fluvius الملك *Almelic*, id est Regis, quem Ptolomæus lib. V. cap. XVIII. βασίλειον ποταμὸν vocari scribit. φέρεται εἴς τε τὸν διὰ Βαβυλῶνος ῥέοντα, καὶ τὴν ἀφὰ Σελευκείας, ὧν ὁ μεγαλύτερος καλεῖται βασίλειος ποταμός. Polybius libro V. Τὴν βασιλικὴν διώρυχα nominari ait.

Chal-

Chaldæis dicitur נהר מלכא *Naarmalcha*. Ammianus lib.XXIV. *Ventum est hinc ad fossile flumen Naarmalcha nomine, quod amnis regum interpretatur*. Vocatur verò flumen Regium quia regiâ cura effossum. Quidam fluvium hunc כבר Χοβὰρ *Chobar* dici existimant in Jehezk. passim, ut cap. I. com. III. cap. III. XV. XXIII. & cap. X. com. XV. XX. XXII. Sic autem appellatus est, à Chobaris nomine huic operi præfecti. Plinius lib. VI. cap. XXVI. *Sunt qui tradunt Euphratem Chobaris præfecti operâ deductum, ubi eum diximus findi, ne præcipiti cursu Babyloniam infestaret, ab Assyriis verò universis appellatum Armalcha* (lege Naarmalcha) *quod significat regium flumen*. Quartus alveus ad Suram tendit ad quem Babylon sita fuit, plerique eum Euphratem vocant servato prisco nomine, quia creditur esse nativus Euphratis alveus, non ut alii fossilis & arte factus. Baruch tamen eum cap. I. com. III. appellat fluvium *Sud*; Quo loco sic librum suum legisse ait *in auribus πάντων τῶν κατοικούντων ἐν Βαβυλῶνι ἐπὶ τὸν ποταμὸν Σοὺδ omnium eorum qui Babylone habitant ad fluvium Sud*. Ubi tamen pro Σοὺδ rectissimè Bochartus monet legendum esse Σοὺρ. Idque ex Hebræorum monumentis sumptum est, in quibus erat אל נהר סור *ad fluvium Sur*. Interpretem verò fefellit affinitas litterarum ר & ד *Resch* & *Daleth*; legitque סוד *Sud* pro סור *Sur*. *Sur* idem quod *Sura* vel *Sora*, urbs Babylonia notissima, ad hunc ipsum Euphratis alveum. Geographus Nubiensis Cl. IV. part. V. *Reliqua verò pars Euphratis fluens è Rahaba à tergo deserti in varia dividitur brachia, quorum unum pergit ad Tsartsar, aliud ad Alcatsar, aliud etiam ad Sura, quartum denique ad Cusam*. Et part. VI. *E castello Ebn-hobaira ibis ad urbem Sura appositam ad latus Euphratis*. Chronicon Schalscheleth, fol. XXXIII. Cracovianæ editionis: נהרדעה וסורא תרויהון של מסורא טפי מן כ פרסין: נהר פרת ונהרדעא לעיל *Naardea & Sora ambæ sunt ad flumen Euphratis: Naardea autem supra Soram est plus quàm viginti parasangis*, hoc est LXXX M. pass. Sura quoque מחסיא *Mehasja* dicta est, ut tradit Rabbi Benjamin in Itinerario suo. Sequitur ut aliquid addamus de quinto alveo, qui maximè occidentalis est, & ad Kupham tendens, quam à Sura distitisse scribit Benjamin itinere יום וחצי *diei cum dimidio*. Bochartus vocibus transpositis legendum censet חצי יום *mediæ diei*. Variè hic alveus à veteribus historicis nominatur. Abydenus eum vocat Ἀκραχάνον, Plinius, *Narragam*, Ptolomæus *Baarsarem* vel *Maarsarem*, Ammianus *Marsian*. In Abydeno pro Ἀκραχάνον, Bochartus legendum suspicatur Ναγραγάνον, quasi נגר אגם *Nagragam* fluvium stagni; Atque id ipsum esse in Pli-

nio *Narragam* pro נהר אגם *Naar agam.*

Pag. 18. *Quando unquam regni societas aut cum fide cœpit.*] Ennius apud Ciceronem lib. 1. de Officiis:

Nulla sancta societas nec fides regni est.

Cui simile illud Statii lib. 1. Thebaidos:

--- Iurisq́ secundi
Ambitus impatiens; & summo dulcius unum
Stare loco, sociisq́ comes discordia regnis.

Sic Seneca Agamem.

Nec regna socium ferre nec tædæ sciunt.

Et Ovidiu in III. De Arte:

Non bene cum sociis regna Venusq́ manent.

Nam, uti est in adagio: πολλοὶ στρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν.

Thebanorum par mortuum, fabulam, transeo.] Ita, nisi fallor, rectè hunc locum, partim Elmenhorstium secuti, distinctione sanavimus; omninò enim sic legendum censeo; sensusque plane sibi congruus efficitur.

Hic nec videri potest, visu clarior est.] Lactantius lib. VIII. cap. IX. *Deus non aspectu nobis, alióve fragili sensu comprehendendus est, sed mentis oculis intuendus, cum opera ejus præclara & miranda videamus.* Prudentius Apothesi:

---- Deus ingens,
Atque superfusus super omnia, nil habet in se
Extremum, ut claudi valeat, sensúve teneri.

Basilius Magnus Hexaëm. Homil. x. ἀπὸ δυνάμεως θεὸς νοεῖται, ἁπλώτης φύσεως, μέγεθος ἄποσον. πανταχοῦ ἐστι, καὶ ὑπὲρ τὸ πᾶν περιοσεύει, καὶ ἔστιν ἀφαῖς ἄοριστος. ὅσπερ τὴν σὴν ἐκπίπτων κατάληψιν, οὔτε μεγέθει περιορίζεται, οὔτε σχήματι περιλαμβάνεται. οὐδέν ἐστι περὶ θεὸν, οἷον περὶ ἡμᾶς. Orpheus à Clemente Alexandrino libro v. Stromat. adductus,

--- οὐδέ τις αὐτὸν
Εἰσοράα θνητῶν, αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται.

Item:

Αὐτὸν δ' οὐχ' ὁρόω· περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται.
Πᾶσιν γὰρ θνητοῖς θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις
Μικραί· ἐπεὶ σάρκες τε καὶ ὀστέα ἐμπεφύασιν.

Ita Poëta Agrigentinus apud eundem:

Οὐκ ἔστιν πελάσασθαι ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἐφικτὸν
Ἡμετέροις, ἢ χερσὶ λαβεῖν. ἥπερ τε μεγίστη
Πειθοῦς ἀνθρώποισιν ἁμαξιτὸς εἰς φρένα πίπτει.

Vide

Vide ibidem Clementem plura hanc in mentem disserentem. Auctor Carminum, quæ vulgò sed & pessimè Sibyllina Oracula vocantur, in Proœmio:

Εἷς θεὸς, ὃς μόνος ἄρχει ὑπερ μεγέθης, ἀγένητος,
Παντοκράτωρ, ἀόρατος, ὁρῶν μόνος αὐτὸς ἅπαντα,
Αὐτὸς δ' οὐ βλέπεται θνητῆς ὑπὸ σάρκος ἁπάσης.
Τίς γὰρ σὰρξ δύναται τὸν ἐπουράνιον καὶ ἀληθῆ
Ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν θεὸν ἄμβροτον, ὃς πόλον οἰκεῖ
Ἀλλ' οὐδ' ἀκτίνων κατεναντίον ἠελίοιο
Ἄνθωποι στῆναι δυνατοὶ, θνητοὶ γεγαῶτες
Ἄνδρες, ἐν ὀστήεσσι φλέβες καὶ σάρκες ἐόντες.

Infinitus, immensus.] Elegans omninò est Arnobii locus, qui exstat lib. I. Adversus Gentes: *O maxime*, inquit Deum alloquens, *ô summe rerum invisibilium procreator! O ipse invise, & nullis unquam comprehense naturis! dignus, dignus es verè, si modo te dignum mortali dicendum est ore, cui spirans omnis intelligensq; natura, & habere & agere nunquam desinat gratias: cui tota conveniat vita genu nixo procumbere, & continuatis precibus supplicare. Prima enim tu causa es, locus rerum ac spacium, fundamentum cunctorum quæcunque sunt, infinitus, immortalis, perpetuus, solus, quem nulla delineat forma corporalis, nulla determinat circumscriptio, qualitatis expers, quantitatis, sine situ, motu, & habitu, de quo nihil dici & exprimi mortalium potis est significatione verborum: qui, ut intelligaris, tacendum est; atque ut per umbram te poßit errans investigare suspicio, nihil est omnino mutiendum.* Hactenus ille.

Cum ad cœlum manus tollunt.] Solebant Veteres gentilium manibus in cœlum sublatis Deos adorare. Valer. Flaccus Argon. lib. I: Pag. 19.

--- tendensq; pias ad sidera palmas
Omnipotens regina, inquit. ---

Idem lib. III:

Delius hîc longè candenti veste sacerdos
Occurrit, ramoq; vocat: jamq; ipse recenti
Stat tumulo, placidâ transmittens agmina lauro
Ducit & ad fluvios, ac vincula solvere monstrat
Prima pedum; glaucasq; comis prætexere frondes
Imperat; hinc altè Phœbi surgentis ad orbem
Ferre manus. ---

Et lib. IV:

Sustulit hîc geminas Phineus ad sidera palmas.

Virgil. Æneid. lib. 1:

Ingemit & dupliceis tendens ad sidera palmas
Talia voce refert ---

Homer. Ὀδυσσ. 1:

Εὔχετο χεῖρ' ὀρέγων εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα.

Apollon. lib. 1. Ἀργον.

--- αἱ δὲ γυναῖκες
Πολλὰ μαλλ' ἀθανάτοισιν ἐς αἰθέρα χεῖρας ἄειραν
Εὐχόμεναι νόστοιο τέλος θυμηδὲς ὀπάσσαι.

Vide plura apud Lambinum ad illud Horatii lib. III. Od. XXIII:

Cœlo supinas si tuleris manus
Nascente Luna, rustica Phidele.

Ubi & Brissonium lib. 1. de Formulis.

Audio poëtas, unum patrem Deum.] Passim hoc apud Poëtas tàm Græcos quàm Latinos videre licet, quod nullum præter unum Deum statuant. Prodeat è Græcis primùm Orpheus; quàm egregiè autem ille in suâ Palinodia scribit de Deo:

Εἷς δ' ἐστ' αὐτογενὴς, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται,
Ἐν δ' αὐτοῖς αὐτὸς περιγίγνεται, οὐδέ τις αὐτὸν
Εἰσοράει θνητῶν, αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται.

Et alibi:

Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕστατος ἀρχικέραυνος,
Ζεὺς κεφαλὴ, Ζεὺς μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται,
Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε, καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος,
Ζεὺς βασιλεὺς, Ζεὺς αὐτὸς ἁπάντων ἀρχιγένεθλος.
Ἓν κράτος, εἷς Δαίμων γένετο, μέγας, ἀρχὸς ἁπάντων,
Ἓν δὲ δέμας βασίλειον.

Phocylides:

Εἷς θεὸς ἐστι σοφός, δυνατός γ' ἅμα καὶ πολύολβος.

Xenophanes Colophonius:

Εἷς θεὸς ἔν τε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισι μέγιστος,
Οὔτι δέμας θνητοῖσιν ὁμοίιος, οὐδὲ νοήμα.

Hermesianax:

Πλούτων, Περσεφόνη, Δημήτηρ, Κύπρις, Ἔρωτες,
Τρίτωνες, Νηρεὺς, Τηθὺς, καὶ Κυανοχαίτης,
Ἑρμῆς θ', Ἥφαιστός τε κλυτὸς, Πὰν, Ζεὺς καὶ Ἥρη,
Ἄρτεμις, ἠδ' ἑκάεργος Ἀπόλλων, εἷς θεός ἐστι.

Parmenides:

Μοῦνον μουνογενές τε, καὶ ἀτρεμὲς, ἠδ' ἀγένητον,

Οὐδὲ

Οὐδέ ποτ' ἦν, οὐδ' ἔσται, ἐπεὶ νῦν ἐστιν ὁμοῦ πᾶν,
Ταὐτό τ' ὄν, ἐν ταὐτῷ τε μένον, καθ' ἑαυτό τε κεῖται.

Quid verò divinius hisce Sophoclis quæ exstant apud Clement. Alexandr. προτρεπτ. πρὸς Ἕλλ. & Cyrillum contra Julianum.

Εἷς ταῖς ἀληθείαισιν εἷς ἐστὶν θεὸς,
Ὃς οὐρανὸν τέτευχε, καὶ γαῖαν μακρὰν,
Πόντου τε χάροπον οἶδμα, καὶ ἀνέμων βίας.
Θνητοὶ δὲ πολλοὶ, καρδίᾳ πλανόμενοι
Ἱδρυσάμεθα, πημάτων περὶ ψυχῆς
Θεῶν ἀγάλματ' ἐκ λίθων τε καὶ ξύλων
Ἢ χρυσοτεύκτων, ἢ ἐλεφαντίνων,
Θυσίας τε τούτων, καὶ καλὰς πανηγύρεις
Τεύχοντες. οὕτως εὐσεβεῖν νομίζομεν.

Philemon:

Ὁ γὰρ θεὸς βλέπει σὲ, πλησίον παρὼν,
Ὃς ἔργοις δικαίοις ἥδεται, οὐκ ἀδίκοις.

E Latinis, Valerius Soranus inquit:

Iupiter omnipotens regum Rex, ipse Deusq́,
Progenitor genitrixq́ Deûm, Deus unus & omnes.

Plautus in Captivis:

Est profecto Deus, qui quæ nos gerimus auditq́ & videt.

Manilius lib. I. Astronom.

--- Deus est, qui non mutatur in ævo.

Horat. lib. I. Od. XII:

---- qui res hominum ac Deorum,
Qui mare & terras variisq́ mundum
Temperat horis.
Vnde nil magis generatur ipso,
Nec viget quicquam simile aut secundum.

Idem lib. III. Od. IV:

Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventosum, & urbes, regnaq́ tristia,
Divosq́, mortalesq́ turmas
Imperio regit unus æquo.

Ovid. lib. I. Metamorph.

Hanc Deus & melior litem natura diremit.

Ibidem:

Sic onus inclusum numero distinxit eodem
Cura Dei.

Item:

--- sive hunc divino semine fecit
Ille opifex rerum mundi melioris origo.

Seneca in Thyeste:

Res Deus nostras celeri citatus
Turbine versat.

Lucanus lib. IX. Pharsal.

Est quoque Dei sedes, ubi terra, & pontus, & aër,
Et cœlum, & virtus. Superos quid quærimus ultra?
Iuppiter est quodcunque vides, quodcunque movetur.

Sic Lucretius Carus varios idolorum cultus hisce illudit versibus:

Terriculas Lamias, Fauni quas, Pompiliique
Instituêre, Numæ tremit has, his omnia ponit,
Vt pueri infantes credunt signa omnia ahena
Vivere & esse homines, & sic isti omnia ficta
Vera putant, credunt signis cor inesse ahenis.
Pergula pictorum, veri nihil, omnia ficta.

Deum namque ire per omnes.] Juvencus lib. I. de histor. Euang.

Nil absente Deo loquimur: Nil abdita clausum
Pectoris antra tegunt: cernit Deus omnia præsens.

Sic Epictetus divinitùs apud Arrianum lib. I. cap. XIV: ὅπ πάντοθ ἀφορᾷ τὸ θεῖον. ὅταν κλείσητε τὰς θύρας, καὶ σκότῳ ἔνδον ποιήσητε, μέμνησθε μηδέποτε λέγειν, ὅπ μόνοι εἰσέ. οὐ γὰρ εἰσέ. ἀλλ' ὁ θεὸς ἔνδον ἐστί. καὶ ὁ ὑμέτερος δαίμων ἐστί. καὶ τίς τούτοις χρεία φωτὸς, εἰς τὸ βλέπειν, τί ποιεῖτε;

Milesius Thales rerum initium aquam dixit.] Justinus Martyr. λογ. παραινετ. πρὸς Ἕλλ. Θαλῆς μὲν γὰρ ὁ Μιλήσιος, ὁ πρῶτος τῆς φυσικῆς φιλοσοφίας ἄρξας, ἀρχὴν εἶναι τῶν ὄντων ἁπάντων τὸ ὕδωρ ἀπεφήνατο. ἐξ ὕδατος γάρ φησι τὰ πάντα εἶναι, καὶ εἰς ὕδωρ τὰ πάντα ἀναλύεσθαι. Augustinus de C. D. lib. VIII. cap. II. *Ionici generis princeps fuit Thales Milesius, unus illorum septem qui appellati sunt sapientes. Sed illi sex vitæ genere distinguebantur, & quibusdam præceptis ad bene vivendum accommodatis. Iste autem Thales, ut successores etiam propagaret, rerum naturam scrutatus, suasque disputationes litteris mandans eminuit, maximeque admirabilis exstitit, quod Astrologiæ numeris comprehensis defectus Solis & Lunæ etiam prædicere potuit. Aquam tamen putavit Rerum esse principium, & hinc omnia elementa mundi, ipsumque Mundum, & quæ in eo gignuntur, existere.* Videantur. Idem ejusdem libri cap. V. Laërtius lib. I. Tertullianus adversus Marcionem. Sext. Empiricus

contra

contra Mathematicos. Hermias Διασυρμῷ τῶν ἔξω φιλοσόφων. Seneca lib. III. Natural. Quæst. cap. XIII. Chalcidius in Timæum Platonis. Vitruvius Proœmio lib. VIII. Servius ad VI. Virgilii Eclogam. Ausonius Ludo sapientum. Arnobius lib. II. Eusebius Præparat. lib. v. cap. XII. Secutus autem Thales Orphea vatem antiquissimum, qui ab Oceano omnes Deos, omnesque Res initium sumpsisse recinit in Hymnis:

Ὠκεανὸν καλέω πατέρ' ἄφθιτον αἰὲν ἐόντα,
Ἀθανάτων τε θεῶν γένεσιν, θνητῶν τ' ἀνθρώπων,
Ὅς ῥέεθυμαίνει γαίης περὶ πέρματα κύκλον,
Ἐξ ὕπερ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα.

Homerus quoque Iliad. XIV:

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν. Ubi Scholiastes: γένεσιν, πατέρα, ἐπεὶ πρῶτον στοιχεῖόν τινες τῶν φυσικῶν εἶπον τὸ ὕδωρ, καὶ ἐξ οὗτοῦ τὰ λοιπὰ τρία, ὅθεν ὁ Πίνδαρος ἄριστον εἶπε τὸν ὕδωρ. Fortasse autem opinio hæc Thaletis inde dimavavit, quod fortè legerit vel audiverit illud Spiritus Sancti: ורוח אלהים מרחפת על פני המים *Et spiritus Dei incubabat super facies Aquarum.* Videntur enim sibi id innuere hæc verba: *Deum autem eam mentem quæ ex aquâ cuncta formaverit.*

Anaximenes.] Augustinus lib. VIII. cap. II. de C. D. *Iste* (loquitur de Anaximandro) *Anaximenem discipulum & successorem reliquit; qui omnes rerum caussas Infinito Aëri dedit: nec Deos negavit aut tacuit: non tamen ab ipsis Aërem factum, sed ipsos ex Aëre ortos credidit.* Adeundi Diogenes Laërtius. lib. II. Plutarch. περὶ Ἀρέσκ. Justinus Martyr. λογ. παραινετ. πρὸς Ἕλλ. Stobæus lib. I. Eclog. Physic. cap. XIII.

Apolloniates Diogenes.] Augustinus lib. VIII. cap. II. de C. D. *Diogenes quoque Anaximenis alter auditor, Aërem quidem dixit rerum esse materiam, de quâ omnia fierent, sed eum esse compotem divinæ rationis, sine quâ nihil ex eo fieri posset.* Apud Theodoretum λόγῳ δ. περὶ ὕλης καὶ κόσμου. Philosophus hic scribit Στοιχεῖον esse τὸν Ἀέρα, κόσμους ἀπείρους, καὶ κενὸν ἄπειρον· τὸν τ' Ἀέρα κυκλούμενον καὶ δραιούμενον γόνιμικὸν εἶναι τῶν κόσμων. ὅθεν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γίνεσθαι. καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεσθαι.

Anaxagoræ verò descriptio & motus infinitæ mentis Deus dicitur.] Retinuimus hoc loco certissimam Rigaltii restitutionem; qui pro *modus* quod anteà legebatur, reposuit *motus*. De Anaxagorâ verò videndi Augustinus de C. D. lib. VIII. c. II. Clemens Alexandrin. Protrept. Aristotel. de Phys. Auscult. Strabo lib. XIV.

aliique

aliique ab aliis jam notati.

Pag. 21. *Scyllam multiplicem.*] Scyllæ formam ita describit Isacius Tzetzes. ἓξ μὲν κεφαλὰς ἔχων, κάμπης, κυνὸς, λέοντος, γοργόνης, φαλαίνης, ἀνθρώπου· ιϐ' πόδας. Sic quoque Homerus Ὀδυσ. μ:

Ἔνθα δ' ἐνὶ Σκύλλη ναίει δεινὸν λελακυῖα.
Τῆς ἤτοι φωνὴ μὲν ὅση σπύλακος νεογιλῆς
Γίνεται· αὐτὴ δ' αὖτε πέλωρ κακὸς, οὐδέ κε τὸν μὲν
Γηθήσειεν ἰδὼν, οὐδ' εἰ θεὸς ἀντιάσειεν.
Τῆς ἦ τοι πόδες εἰσὶ δυώδεκα, πάντες ἄωροι.
Ἓξ δέ τε οἱ δολιχαὶ δειρήκεες, ἐν δ' ἑκάστῃ
Σμερδαλέη κεφαλὴ, ἐν δὲ τρίστιχοι ὀδόντες,
Πυκνοὶ ἐ θαμέες, πλεῖοι μέλανος θανάτοιο.

Chimæram multiformem.] Echidnæ & Typhonis filia fuisse refertur Chimæra, ut auctor est Hesiodus θεογον. ubi de Echidnâ ita scribit:

Ἣ δ' ὑπὸ Χίμαιραν ἔτικτε πνέουσαν ἀμαιμάκετον πῦρ,
Δεινήν τε μεγάλην τε, ποδώκεά τε κρατερήν τε.
Τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί· μία μὲν χαροποῖο λέοντος,
Ἣ δ' ὑὸς ἰφθίμοιο, δράκοντος δ'.
Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέση δὲ χίμαιρα,
Δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο.

Eodem ferè modo eam describit Homerus Ἰλιαδ. ζ.

Πρῶτον μὲν ῥα χίμαιραν ἀμαιμακέτην ἐκέλευσε
Πεφνέμεν· ἡ δ' ἄρ' ἔην θεῖον γένος οὐδ' ἀνθρώπων.
Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέση δὲ χίμαιρα,
Δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο.

Dum reges suos colunt religiosè, dum defunctos eos desiderant in imaginibus videre. &c.] Eandem Idololatriæ originem habes apud Auctorem libri Sapientiæ, à multis etiam veterum Salomoni attributi, cùm haud dubiè alterius, & fortassè Philonis, non quidem illius qui Moses Atticissans vocabatur, & sub Claudii Imperio vixit, verùm multò vetustioris, qui annis plus minus ante Christum CLX. sub Onia sacerdote librum hunc tot pulcris & præclaris sententiis scatentem consignaverit. Exstat autem cap. XIV. com. XV. & sequent. Sic quoque Cyprianus tractatu, Quod Idola Dii non sunt: *Deos non esse, quos vulgus colit, hinc notum est. Reges olim fuerunt, qui ob regalem memoriam coli apud suos postmodum etiam in morte cœperunt. Inde illis instituta templa; inde ad defunctorum vultus per imaginem detinendos expressa simulacra: Nam & immolabant hostias, & dies festos*

flos dando honore celebrabant. inde posteris facta sunt sacra, quæ primis fuerant assumta solatia. Quam rationem & Minutius adduxit. Plerunque autem Auctores Mortuorum vel absentium amicorum memoriam in imaginibus vel statuis renovatam, *solatium* appellavere. Servius ad 1. Georg. de Sylvano. *Amavit puerum Cyparissum, qui habebat mansuetissimam cervam. hanc cùm Sylvanus nescius occidisset, puer est exstinctus dolore: quem amator Deus in arborem ejus nominis vertit, quam pro solatio portare dicitur.* Isidor. lib. VIII. cap. XI. Orig. *Fuerunt etiam aut quidam viri fortes, aut urbium conditores, quibus mortuis, homines qui eos dilexerunt, simulacra finxerunt, ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione solatium.* Seneca Epistola XL. de imaginibus loquens. *Desiderium absentiæ falso atque inani solatio levant.* Tacitus Annal. XII. de Agrippinâ, post veneno Claudium sublatum: *Velut victa dolore, & solatia conquirens, tenere amplexu Britannicum: veram paterni oris effigiem appellare.* Lactant. lib. II. cap. II. *Si qui imaginem hominis peregrè constituti contempletur sæpiùs, ut ex eâ solatium capiat &c.* Fulgentius de Syrophane Ægyptio. *Doloris angustiâ, quæ semper inquirit necessitatis solatium, filii sibi simulacrum in ædibus constituit.* Et mox: *Fecerat ille unde luctus resurrectionem indies acquireret, non quo luctus solatium inveniret.* Symmachus lib. X. Epist. XXII: *Senatus impatiens dispendii sui, solatium petit de honore virtutis: vestrumq; Numen precatur, ut virum nostra ætate mirabilem statuarum diuturnitas tradat oculis posterorum.* Statius Sylv. II.

At solatia vana subministrat
Vultus qui simili notatus auro,
Stratis prænitet incubatq; somno.

Et lib. V:

Si manus, aut similes docilis mihi fingere ceras,
Aut ebur impressis aurúmve animare figuris:
Hinc Priscilla tuo solatia grata marito
Conciperem.

Euhemerus.] Hunc Arnobius Agragantinum vocat lib. IV. Plutarchus verò in de Iside & Osiride Messenium facit. Item Lactantius lib. I. cap. XI. *Antiquus auctor Euhemerus, qui ex civitate Messanâ, res gestas Iovis, & ceterorum, qui dii putantur, collegit; historiamq; contexuit ex titulis, & inscriptionibus sacris, quæ in antiquissimis templis habebantur; maximeq; in fano Iovis Triphylii, ubi auream columnã positam esse ab ipso Iove, titulus indicabat: in quâ columnâ gesta sua perscripsit, ut monumentum posteris esset rerum suarum. Hanc historiam & in-* Pag. 22.

terpretatus est Ennius & secutus. Idem Cicero breviter dicit lib. I. de Nat. Deorum, ubi cum egisset de iis, qui in Deorum numerum relati essent; *Quæ ratio*, subjungit, *maximè tracta est ab Euhemero; quem noster interpretatus, & secutus est, præter ceteros, Ennius.* Meminerunt etiam Euhemeri præter alios Varro lib. I. de R. R. cap. XLVIII. Plutarchus lib. de placitis philosophorum. Sextus Empiricus. Columella de re Rusticâ lib. IX. cap. II. Clemens Alexandrin. προτρεπτ. Hyginus in poëtico Astronomico. Plinius lib. XXXV. cap. XXII. Strabo lib. I. Flavius Josephus lib. I. contra Appionem. Augustinus de Civitate Dei lib. VI. cap. VII. & lib. VII. cap. XXVI. Eusebius lib. II. Præpar. Euang. cap. IV. Ælianus lib. II. Variar. Histor. cap. XXXI. Festus in *Sus Minervam.* Vide & Politianum in Miscellaneis cap. XXXV.

Dictæi Iovis.] Dicitur Iupiter Dictæus, quoniam in Dictęi montis antro, qui est Cretæ, habitâsse fertur, & educatus. Hinc Virgil. IV Georgicor.

Dictæi cœli regem pavêre sub antro.

Appollonius Rhodius Argonaut. lib. I.

Ὄφρα Ζεὺς ἔτι κοῦρος, ἔτι φρεσὶ νήπια εἰδὼς,
Δικταῖον ναίεσκεν ὑπὸ σπέος.

Phariæ Isidis.] Sic dicta Isis à Pharo Insulâ Ægypti ex adverso Alexandriæ. Videtur autem Isis nomen accepisse ab Hebræo אשה *Ischa*, quod *viram* sonat. Diodorus Siculus in I. Biblioth. ait Isidem juxta linguam Ægyptiacum significare antiquam. Verba ejus: Ἶσιν μεθερμηνευμένην εἶναι παλαιὰν. Additque, ei tale nomen esse ἀπὸ τῆς ἀϊδίου καὶ παλαιᾶς γενέσεως. Ægyptii verò sub Isidis nomine Lunam colebant, unde & ei cornua attributa, quia talis Lunæ aspectus est, quando falcis imagine crescit & decrescit. ut ibidem refert Diodorus. Hanc primùm omnium in Ægypto triticum & hordeum invenisse fertur, unde Ægyptii ne ob tantum beneficium ingrati viderentur, voluerunt, ut semper in æstate messores, spicas maturas ad manipulum excerperent, & Isidem invocantes *DIS* offerrent. Diodor. lib. I. Hinc liquet, Isidem cum Cerere Græcorum idem fuisse numen. Sic Herodotus in Euterpe: Ἶσις δέ ἐστι, κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν Δημήτηρ. & posteà, Αἰγυπτιστὶ δὲ Δημήτηρ Ἶσις ἐστὶ. Ita Cedrenus: καὶ Δήμητρα λέγεται ἐφευρεῖν τὸν σῖτον, καὶ τὴν κριθήν. αὕτη δέ ἐστιν ἡ παρ' Αἰγυπτίοις τιμωμένη Ἶσις. Firmant quoque hanc sententiam Plutarchus libro de Iside & Osiride, & Apollodorus Biblioth. lib. II. uti & B. Augustinus lib. VIII. de Civitate Dei.

cap.

cap. XXVII. Ita ut sub Isidos nomine & Lunæ & Telluris cultus comprehendatur. Unde Servius ad lib. VIII. Æneid. *Isis*, inquit, *linguâ Ægyptiorum est Terra; quam Isin volunt.* Et Macrobius lib. I. Saturnal. cap. XX. *Isis junctâ religione celebratur, quæ est vel terra, vel natura rerum subjacens Soli: hinc est, quod continuatis uberibus corpus Deæ omne densetur, quia terræ, vel rerum naturæ altu nutritur universitas.* Insignis quoque est locus Julii Firmici de *E. P. R. Defensores eorum volunt addere physicam rationem: frugum semina Osirim dicentes esse, Isin terram, Typhonem calorem. Et quia maturatæ fruges calore, ad vitam hominis colliguntur, & à terræ consortio separantur, & rursus appropinquante hieme seminantur. Hanc volunt esse mortem Osiridis, cùm fruges reddunt; inventionem verò, cùm fruges genitali terræ fomento conceptæ, novâ rursus cœperint procreatione generari.* Hinc etiam quia frumenti ac hordei usum docuit, in ejus pompâ tritici ac hordei vasa circumferebantur. De quibus sic Diodorus Bibliothecæ lib. I. Παρ' ἐνίοις δὲ τῶν πόλεων, καὶ τοῖς Ἰσείοις ἐν τῇ πομπῇ μετὰ τῶν ἄλλων φέρεσθαι πυθμένας πυρῶν, καὶ κριθῶν, ὑπομνημάτια τῶν ἐξ ἀρχῆς τῇ θεῷ φιλοτέχνως ἀνευρέντων.

Venerem sine Libero & Cerere frigere.] Valerius Maximus lib. II. cap. I. *Proximus à Libero patre intemperantiæ gradus ad inconcessam Venerem esse consuevit.* Euripides Bacchis:

Οἶνος δὲ μητέτ' ὄντος ἔστι Κύπρις.

Achilles Tatius lib. II: Οἶνος ἔρωτος τροφή. Lucianus in Amoribus: Τερπνοτέρα Ἀφροδίτη μετὰ Διονύσου, καὶ τὸ παρ' ἀμφοῖν ἡδὺ σύγκρατον· εἰ δ' ὑποζευχθεῖεν ἀλλήλων, ἧττον ἀνύσουσιν. Porphyrius περὶ ἀποχ. IV. de Ægyptiorum sacerdotibus. Ἀφροδισίων ἔφασαν (οἶνον) ὀρέξεις διαφέρειν. Theo in Aratum: Ὀρθῶς Διόνυσος καὶ Ἀφροδίτη λέγονται μετ' ἀλλήλων εἶναι. Theocriti Scholiastes ad Eidyll: X. Ὁ οἶνος κεκραμένος πρὸς Ἀφροδίσια ἐπιτήδειος. Scholiastes Aristophanis: Ἀγάλλεσθαι τῷ Διονυσιακῷ ποτῷ τὰ Ἀφροδίσια.

Sistrum.] In sacris Isidos Sacerdotes Sistra concutiebant. Persius, Satyrâ V:

--- *Cum sistro lusca Sacerdos.*

Ubi Scholiastes: *Sistrum Sacerdotes Isidis portant. lusca autem, quòd nubiles deformes, cum maritos invenerint, ad ministeria deorum se conferant.* Appulejus Milesi. lib. XI: *Sacerdos appropinquat, dextrâ sistrum præferens.*

Virgil. lib. VIII. Æneid.

--- *Patrio vocat agmine sistro.*

Ovidius lib. III. Amor. Eleg. VIII:

Quid nos sacra juvant? quid nunc Ægyptia prosunt
Sistra ---

Et lib. I. de Ponto. Eleg. I:

Ecquis ita est audax, ut limine cogat abire
Iactantem Phariâ tinnula sistra manu?

Sed non solum sistra, verùm etiam cymbala & tympana in sacris Isidis obtinebant. Ausonius Epist. XXV:

Cymbala dant flictu sonitum, dant pulpita saltu
Icta pedum, tentis reboant cava tympana tergis,
Isiacos agitant Mareotica sistra tumultos.

Cum Cynocephalo.] Qui alias Anubis dicitur, prolesque fuit Osiridis & Nephthyos, ut Plutarchus in de Iside & Osiride docet. Pingebatur canino capite, ut Servius monet ad illud VIII. Æneid.

Omnigenumq; Deum monstra & latrator Anubis.

Cur vero sic fingeretur, causam adducit Plutarchus dicto loco, dum inquit: γεννώσης τῆς Νέφθυος τὴν Ἄνουβιν, Ἶσις ὑποβάλλεται. Νέφθυς γάρ ἐστι τὸ ὑπὸ γῆν καὶ ἀφανὲς, Ἶσις δὲ τὸ ὑπὲρ τὴν γῆν καὶ φανερὸν. ὁ δὲ τούτῳ ὑποψαύων καὶ καλούμενος ὁρίζων κύκλος, ἐπίκοινος ὢν ἀμφοῖν, Ἄνουβις κέκληται, καὶ κυνὶ τὸ εἶδος ἐπεικάζεται. καὶ γὰρ ὁ κύων χρῆται τῇ ὄψει νυκτός τε καὶ ἡμέρας ὁμοίως. Hinc Lucanus lib. VIII. ℣. 832. cum appellat *Semicanem Deum.* & Sedulius in Opere Paschal. *Semihominem canem.* Prudentius Apotheosi, *Caniformem Latrantemq; Anubin.* Quidam *Hunc*, ut ait Servius VIII. Æneid. *Mercurium esse volunt, quia nihil est cane sagacius.* Plutarchus verò in de Iside & Osyride dicit, Anubin apud Ægyptios eam obtinere vim quã apud Græcos Hecaten, numen scilicet terrestre simul & cœleste. Additque: Ἐνίοις δὲ δοκεῖ Κρόνος ὁ Ἄνουβις εἶναι· διὸ πάντα τίκτων ἐξ ἑαυτοῦ καὶ κύων ἐν ἑαυτῷ, τὴν τοῦ κυνὸς ἐπίκλησιν ἔσχεν.

Calvis sacerdotibus.] Notum enim est, sacerdotes Isidos caput radere solitos. Appulejus Milesiarum lib. XI: *Hi capillum derasi funditus, verticeq; prænitentes, magnæ religionis terrena sidera, æreis & argenteis, imò verò aureis etiam sistris argutum tinnitum constrepentes.* Lampridius de Commodo: *Sacra Isidis coluit, ut & caput deraderet, & Anubin portaret.* Sic in Pescennio Nigro: *Hunc in Commodianis hortis in porticu curvâ, pictum de musivo inter Commodi amicissimos, ridemus sacra Isidis ferentem. Quibus Commodus adeò deditus fuit, ut & caput raderet, & Anubin portaret, & omnes*

partes

partes expleret. Lucianus φιλοψευδεῖ· Κατὰ δὲ τὸν ἀνάπλουν, ἔτυχεν ἡμῖν συμπλέων Μεμφίτης ἀνὴρ τῶν γραμματέων, θαυμάσιος τὴν σοφίαν, καὶ τὴν παιδείαν πᾶσαν εἰδὼς τὴν Αἰγύπτιον, &c. Παγκράτην, ἔφη, λέγεις, ὁ Ἀρίγνωτος, ἐμὸν διδάσκαλον, ἱερὸν ἄνδρα ἐξυρημένον ἐν ὀθονίοις, νοήμονα, καθαρῶς Ἑλληνίζοντα, &c. Videtur autem cæteris etiam Ægyptiorum sacerdotibus in more fuisse ut capita raderent. In genere enim de quibusvis sacerdotibus loquitur Herodotus in Euterpe: οἱ ἱερέες τῶν θεῶν, τῇ μὲν ἄλλῃ κομέουσι, ἐν Αἰγύπτῳ δὲ ξυρεῦνται. Et paullo pòst: Οἱ δὲ ἱερέες ξυρεῦνται πᾶν τὸ σῶμα διὰ τρίτης ἡμέρης, ἵνα μήτε φθεὶρ, μήτε τι ἄλλο μυσαρὸν μηδὲν ἐγγίνηται σφι θεραπεύουσι τοὺς θεούς. Uti & Lucianus περὶ θυσιῶν· ἢν δ' ἐς τὴν Αἴγυπτον ἔλθῃς, τότε δὴ τότε ὄψει πολλὰ τὰ σεμνὰ, καὶ ὡς ἀληθῶς ἄξια τοῦ οὐρανοῦ· κριοπρόσωπον μὲν τὸν Δία· κυνοπρόσωπον δὲ τὸν βέλτιστον Ἑρμῆν, καὶ τὸν Πᾶνα ὅλον τράγον, καὶ ἴβιν τινὰ, καὶ κροκόδειλον ἕτερον, καὶ πίθηκον.

Εἰ δ' ἐθέλοις καὶ ταῦτα δαήμεναι ὄφρ' εὖ εἰδῇς,

ἀκούσῃ πωλλῶν σοφιστῶν, καὶ γραμματέων, καὶ προφητῶν ἐξυρημένων &c. Hinc etiam est quòd Artemidorus lib. 1. cap. XXIII dicat, nulli somnium, quo caput sibi radi existimat, prosperum esse, nisi si Ægyptius sit sacerdos, aut mimus. Verba ejus: ξυρᾶσθαι δὲ δοκεῖν τὴν κεφαλὴν ὅλην πλὴν, Αἰγυπτίων ἱερεῦσι καὶ γελωτοποιοῖς καὶ τοῖς ἐξ ἔθους ἔχουσι ξυρᾶσθαι, ἀγαθόν. πᾶσι δὲ τοῖς ἄλλοις πονηρόν. Causam verò cur Isidos Sacerdotes capita radunt, eleganter reddit Plutarchus: οὔτε γὰρ, inquit, φιλοσόφους πωγωνοτροφίαι, ὦ Κλέα, καὶ τριβωνοφορίαι ποιοῦσιν, οὔτε Ἰσιακοὺς αἱ λινοστολίαι καὶ ξύρησις· ἀλλὰ Ἰσιακός ἐστιν ὡς ἀληθῶς, ὁ τὰ δεικνύμενα καὶ δρώμενα περὶ τοὺς θεοὺς τούτους, ὅταν νόμῳ παραλάβῃ, λόγῳ ζητῶν, καὶ φιλοσοφῶν περὶ τῆς ἐν αὐτοῖς ἀληθείας. ἐπεὶ τούς γε πολλοὺς καὶ τὸ κοινότατον τοῦτο καὶ τὸ σμικρότατον λέληθεν, ἐφ' ὅτῳ τὰς τρίχας οἱ ἱερεῖς ἀποτίθενται, καὶ λινᾶς ἐσθῆτας φοροῦσιν. καὶ οἱ μὲν οὐδόλως φροντίζουσιν εἰδέναι περὶ τούτων· οἱ δὲ τῶν μὲν ἐρίων ὥσπερ τῶν κρεῶν, σεβομένους τὸ πρόβατον ἀπέχεσθαι λέγουσι, ξύρεσθαι δὲ κεφαλὰς διὰ τὸ πένθος, φορεῖν δὲ τὰ λινᾶ διὰ τὴν χρόαν ἣν τὸ λῖνον ἀνθοῦν ἀνίησι τῇ περιεχούσῃ τὸν κόσμον αἰθερίῳ χαροπότητι προσεοικυῖαν. ἡ δὲ ἀληθὴς αἰτία μία πάντων ἐστί. καθαροῦ γὰρ (ᾗ φησιν ὁ Πλάτων) οὐ θεμιτὸν ἅπτεσθαι μὴ καθαρῷ. περίσσωμα δὲ τροφῆς καὶ σκύβαλον οὐδὲν ἁγνὸν οὐδὲ καθαρόν ἐστι. ἐκ δὲ περιττωμάτων ἔρια καὶ λάχναι, καὶ τρίχες καὶ ὄνυχες ἀναφύονται καὶ βλαστάνουσι. γελοῖον οὖν ἦν, τὰς μὲν αὐτῶν τρίχας ἐν ταῖς ἁγνείαις ἀποτίθεσθαι ξυρωμένους καὶ λειαινομένους πᾶν ὁμαλῶς τὸ σῶμα, τὰς δὲ τῶν θρεμμάτων ἀμπέχεσθαι καὶ φορεῖν. Sic Juvenalis linigeros & calvos conjungit Sat. VI:

Qui grege linigero circumdatus, & grege calvo.

Plenius qui sacra Isidos nosse avet adeat inter alios Appuleium Milesiarum lib. XI:

Nec desinunt annis omnibus vel perdere quod inveniunt. &c.] Ovidius Metamorph. IX:

--- Nunquamq; satis quæsitus Osiris.

Prudentius lib. I. contra Symmachum:

Isidis amissum semperplangentis Osirin.

Hæc tamen Ægyptia quondam, nunc & sacra Romana sunt.] Potest simpliciter intelligi de Iside Romæ cultâ; attamen quid obstat, ne dicamus Minucium eò respicere, quod, sicut Ægypti Isidem, ita Romani iisdem ferè solemnibus & ceremoniis Cybelem coluerint? In utriusque enim sacris magna erat convenientia. Tale est, quòd, ut in sacris Isidis, quemadmodum superius dictum, pag. 88. ita & in sacris Cybelis obtinebant cymbala & tympana. Catullus:

--- Sequimini
Phrygiam ad domum, Cybelles Phrygia ad nemora deæ.
Vbi cymbalûm sonat vox, ubi tympana reboant.

Lucretius lib. II:

Tympana tenta tonant palmis, & cymbala circum
Concava, rauciſonoq; minantur cornua cantu,
Et Phrygio stimulant numero cava tibia mentis.

Claudianus lib. I. in Eutropium:

--- Habeas pro Marte Cybellen.
Rauca Celenæos ad tympana disce furores.
Cymbala ferre licet. ---

In utriusque etiam sacris planctus, & ejulatus, item pectoris percussio. Arnobius lib. V: *Quid pectoribus applodentes palmas passis cum crinibus Galli? Nonne illos referunt in memoriam luctus, quibus mater turrita cum Acdesti lacrimabili puerum prosecuta est ejulatu?* Idem antea dixerat: *Tum arborem pinum sub quâ Attis nomine spoliaverat se viri, in antrum suum defert, & sociatis planctibus cum Acdesti tundit & sauciat pectus.* Sic quoque in utriusque sacris ad luctum indicandum abstinebant pane. Hieronymus Epistolâ ad Lætam: *Faciant hoc cultores Isidis & Cybeles: qui gulosâ abstinentiâ Phasidis aves & fumantes turtures vorant, ne scilicet Cerealia dona contaminent.* Hinc lux accedit Tertulliano lib. de Jejuniis: *Sed benè quòd in nostras xenophagias blasphemias ingerens, casto Isidis & Cybeles eas adæquas.* De hoc ritu vide plura apud Heraldum Animadvers. ad illud Arnobii lib. V. *Quid tempe-*

ratus

ratus ab alimonio panis, cui rei dedistis nomen castus? Item mendicando in utriusque, Isidos dico, & Cybeles, sacris stipem quærebant. Ovid. lib. 1. de Ponto, Eleg. 1.

Ecquis ita est audax, ut limine cogat abire
Iactantem Phariâ tinnula sistra manu?
Ante Deûm matrem cornu tibicen adunco
Cum canit, exiguæ quis stipis æra negat?

Eleusinia.] Sacra in honorem Cereris instituta, sic nuncupata ab Eleusi Atticæ oppido; cujus appellatio ab Eleusinio Mercurii filio deducitur. Harpocration: Ὠνομάσθη δὲ ἡ πόλις Ἐλευσὶς ἀπὸ Ἐλευσίνου τοῦ Ἑρμοῦ. Alii ἀπὸ τῆς ἐλεύσεως, id est, *ab adventu*, dici volunt. Cereris nimirùm, quæ post longos errores eò tandem allapsa, filiam invenerit. Auctor Magni Etymologici: Ἔλευσιν δῆμος Ἀττικὸς, διὰ τὴν τῆς Δημήτερος ἔλευσιν, ὅτε ἐλθοῦσα, εὗρε τὴν κόρην. Quod & Aristides in Eleusiniâ refert. Aliam tamen rationē adducit Diodorus Siculus lib. v. & nomen loco impositū ait, ut esset monumentū advecti aliunde frumenti. Τὸν γὰρ τόπον, τὴν ἐξ ἀρχῆς δεξάμενον τὴν δωρεὰν ταύτην Ἐλευσῖνα προσαγορεύειν, ἀπὸ τοῦ παρ' ἑτέρων ἐλθεῖν τὸ σπέρμα σίτου κομισθέντος. Horum verò sacrorum originem quidam Erechtheo regi tribuunt, Diod. Sicul. lib. 1. Idem tamen lib. VI. Cererem hoc sacrorum honore ab Atheniensibus affectam fuisse tradit, ut acceptam ab eâ cultioris vitæ rationem gratâ recordatione testarentur. Alii ab ipsâ Cerere instituta volunt; Athenienses enim, ut est apud Isocratem in Panegyrico, Cereri tribuebant. Δημήτερος γὰρ ἀφικνουμένης εἰς τὴν χώραν ἡμῶν, ὅτε ἐπλανήσθη, τῆς κόρης ἁρπασθείσης, καὶ πρὸς τοὺς προγόνους τοὺς ἡμετέρους εὐμενῶς διατιθείσης, ἐκ τῶν εὐεργεσιῶν, ἃς οὐχ οἷόν τε ἄλλοις, ἢ τοῖς μεμνημένοις ἀκούειν. καὶ δούσης δωρεὰς διττὰς, αἵπερ μέγισται τυγχάνουσιν οὖσαι, τούς τε κάρπους, οἱ τοῦ μὴ θηριωδῶς ζῆν ἡμᾶς αἴτιοι γεγόνασι, καὶ τὴν τελετὴν, ἧς οἱ μετέχοντες περί τε τῆσδε τοῦ βίου τελευτῆς, καὶ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος, ἡδίους τὰς ἐλπίδας ἔχουσιν. Celebrata primùm sunt ad puteum Callichorum, ubi consedisse Ceres commemoratur. Pausanias Atticis: Φρέαρ τε καλούμενον Καλλίχορον, ἔνθα πρῶτον Ἐλευσινίων αἱ γυναῖκες χορὸν ἔστησαν, καὶ ᾖσαν ἐς τὴν θεόν. Callimachus in Hymno Cereris:

Τρὶς δ' ἐπὶ Καλλιχόρῳ χαμάδις ἐκαθίσσαο φρητί.

Meminit & hujus putei Nicander in Theriacis, & Apollodorus Biblioth. lib. 1. Saxum verò cui Ceres insedit, Ἀγέλαστον inde appellarunt. Scholiastes Aristophanis in Equitibus: Ἐστὶ δὲ καὶ Ἀγέλαστος πέτρα καλουμένη παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, ὅπου καθίσαι φασὶ Θησέα μέλλοντα

κατα-

καταβαίνειν εἰς ᾅδου. ὅθεν καὶ τοὔνομα τῇ πέτρᾳ. ἢ ὅτι ἐκεῖ ἐκάθισεν ἡ Δημήτηρ κλαίουσα, ὅταν ἐζήτει τὴν κόρην. Ἐρασθεὶς γὰρ Περσεφόνης ὁ Πλούτων, ἥρπασεν αὐτὴν κρύφα. Δημήτηρ δὲ μετὰ λαμπάδων, νυκτός τε, καὶ ἡμέρας, κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν ζητοῦσα, περιέρχετο. μαθοῦσα δὲ παρὰ Ἑρμιονέων, ὅτι Πλούτων αὐτὴν ἥρπασεν, ὀργιζομένη θεοῖς, κατέλιπεν οὐρανὸν, καὶ εἰκασθεῖσα γυναικὶ ἧκεν εἰς Ἐλευσῖνα· ἔνθα ἐπὶ πέτραν ἐκάθισεν τὴν ἀπ' ἐκείνης κληθεῖσαν ἀγέλαστον. Ovidio *Saxum triste* nuncupatur Fastor. IV:

Hic primùm sedit gelido mœstissima saxo,
Illud Cecropidæ nunc quoque Triste *vocant.*

Horum sacrorum ritus & ceremoniæ consistebant in repręsentatione eorum, quæ de Cereris erroribus & inventione frugum auctores referunt. Arnobius lib. V: *Eleusinia illa mysteria, & sacrorum reconditi ritus, cujus memoriam continent? nonne illius erroris, quo in filiæ conquisitione Ceres fessa, oras ut venit ad Atticas, triticeas attulit fruges?* Augustinus de Civitate Dei lib. VII. cap. XX: *In Cereris autem sacris prædicantur illa Eleusinia, quæ apud Athenienses nobilissima fuerunt: de quibus nihil iste interpretatur, nisi quod attinet ad frumentum, quod Ceres invenit, & Proserpinam, quam rapiente Orco perdidit.* Eleusinia autem alia erant Magna, de quorum origine jam dictum; alia Parva, quæ hanc ab causam instituta referuntur. Cùm Hercules initiari vellet, atque lege cautum erat, ne peregrinus quis initiaretur, Athenienses ejus virtutem reveriti, Parva mysteria erexerunt, quibus ipsum initiarunt, ut & Herculi satisfacerent, & auctoritatem tamen sacrificii, ac legis vigorem conservarent. Atque uti Magna Cereri, ita Parva Proserpinæ propria erant. Sic enim Scholiastes Aristophanis ad Plutum: Μεγάλα, καὶ μικρὰ μυστήρια ἐτελοῦντο ἐν Ἐλευσῖνι τῆς Ἀττικῆς. μὴ ὄντων δὲ πρότερον μικρῶν, ἐλθόντος Ἡρακλέος, καὶ θέλοντος μυηθῆναι, ἐπειδὴ νόμος ἦν Ἀθηναῖος, μηδένα ξένον μυεῖν, αἰδεσθέντες τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν, καὶ ὅτι φίλος τε ἦν τῆς πόλεως, καὶ υἱὸς τοῦ Διὸς, ἐποίησαν μικρὰ μυστήρια, ἐν οἷς αὐτὸν ἐμύησαν· ἦσαν δὲ τὰ μὲν μεγάλα τῆς Δήμητρος, τὰ δὲ μικρὰ Περσεφόνης τῆς αὐτῆς θυγατρός. Minora autem celebrabantur Agris, cùm Majora Eleusi. Stephanus: Ἄγρα, καὶ Ἄγραι χωρίον, ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς. ἔστι καὶ τῆς Ἀττικῆς πρὸ τῆς πόλεως, ἐν ᾧ τὰ μικρὰ μυστήρια ἐπιτελεῖται, μίμημα τῶν περὶ τὴν Διόνυσον, ἐν ᾧ λέγουσι καὶ τὴν Ἡρακλέα μεμυῆσθαι. Eustathius ad Iliad. β: Ἔτι δὲ καὶ Ἀγροτέρα Ἄρτεμις, ὡς καὶ κωμικὸς δηλοῖ, ἡ καὶ Ἀγραία παρὰ Πλάτωνι, καὶ Παυσανίαν, ἀπὸ χώρας πρὸς τῷ Ἰλισσῷ, ᾧ κλῆσις Ἄγρα, καὶ Ἄγραι, οὗ τὰ μικρὰ τῆς Δήμητρος ἤγετο, φησι, μυστήρια, ἃ ἐλέγετο τὰ ἐν Ἄγραις. Ceterùm ut non unus utrisque locus fuerit, ita nec tempus. Majora enim

enim Boëdromione mense; minora Anthesterione celebrata. Plutarchus in Demetrio: (μυστήρια) ἔτελοῦντο Ἀνθεστηριῶνος· τὰ δὲ μεγάλα, βοηδρομιῶνος. In Majoribus quoque initiari solebant; in Minoribus verò lustrabantur & initiationi præparabantur. Aristophanes Pluto:

Μῶν ἦν ἔμοιγε δῆτ' ἐν αὐτῷ τὰ μεγάλα;

Ubi Scholiastes: Ἔστι τὰ μικρὰ (μυστήρια, ὥσπερ προκάθαρσις, καὶ προάγνισις τῶν μεγάλων. Initiari volentes hostiam quoque immolabant, quæ porcus erat, & femina quidem, ut ex hisce Aristophanis colligi potest, in Acharnensibus, ubi ait:

ΔΙ. Τί δαὶ φέρεις; ΜΕ. χοίρους ἐγώνγα μυστικάς.

Ad quem locum Scholiastes: Διὰ τὸ ἐν τοῖς μυστηρίοις τὸ Δήμητρος θῆλυ χοίρους. Aristophanes autem, ut porcum feminam denotet, dicit χοίρους μυστικάς, genere femininio, ut loquuntur Grammaticorum filii. Qui ad Parva recepti Μύσται; ad Magna, Ἐπόπται dicebantur. Harpocration in Ἐποπτεύσαι. Οἱ μυηθέντες ἐν Ἐλευσῖνι ἐν τῇ δευτέρᾳ μυήσει, ἐποπτεύειν λέγοντες. Scholiastes Aristophanis ad Ranas: Οἱ τὰ μυστήρια παραλαμβάνοντες μύστας καλοῦντες. οἱ δὲ παραλαμβάνοντες αὐτὰ τῷ αὖθις ἐνιαυτῷ ἐφορῶσι τὰ μυστήρια, καὶ ἐποπτεύουσι. Breviùs ex eo Suidas: Οἱ τὰ μυστήρια παραλαμβάνοντες λέγοντες ἐν ἀρχῇ μὲν μύστας· μετ' ἐνιαυτὸν δὲ ἐπόπτας καὶ ἐφόρους. At Mystæ, in sacrarii tantum vestibulo manebant, neque illis, antequam Epoptæ facti, introitus in adytum ipsum patebat. Seneca hoc innuere videtur Natur. Quæst. lib. VII. cap. XXXI. *Non semel quædam sacra traduntur. Eleusis servat, quod ostendat revisentibus. Rerum natura sacra sua non semel tradit. Initiatos nos credimus; in vestibulo ejus hæremus. Illa arcana non promiscuè neq; omnibus patent. Reducta & in interiore sacrario clausa sunt.* Tertullianus Adversus Valentinianos in limine: *Nam & illa Eleusina hæresis, & ipsa Atticæ superstitionis, quod tacent, pudor est. Idcirco aditum priùs cruciant: diutius consignant, quàm initiant: cùm epoptas ante quinquennium non instituunt, ut opinionem suspendio cognitionis ædificent; atque ita tantam majestatem exhibere videantur, quantam præstruxerunt cupiditatem.* Initiabantur verò noctu. Scholiastes Aristophanis Ranis: Νύκτωρ ἐτελεῖτο τὰ μυστήρια. Euagrius Histor. Eccles. lib. I. cap. XI: Καὶ τὰ ἐν Ἐλευσῖνι μυστήρια, καθ' ἓν μόνον ἐπαινετά, ὅτι γε ἤλιος οὐκ ἐρᾷ αὐτὰ τῷ σκότῳ συνοικεῖν κατεκέλησαν. Coronáque myrteâ ornati erant. Tzetzes ad Lycophronem: Οἱ μυούμενοι μυρσίνῃ ἐστέφοντο. Porrò vestem, quâ tunc amicti essent, nunquam exuebant, donec tandem lacera, longoque

usu dissipata, evanesceret. Aristophanis Scholiastes ad Plutum: Ὁ δὲ μυούμενος, τὸ ἱμάτιον, ὃ ἐφόρει ἐν τῇ μυήσει, οὐδέποτε ἀπεδύσετο, μέχρις ἂν τελέως ἀφανισθῇ Περσεφόνη. Quam tum Cereri & Proserpinæ consecrabant. Sic enim Melanthius apud Scholiastem Aristophanis fabulâ citatâ, libro quem de Mysteriis conscripsit: Πάτριόν ἐστι ταῖς θεαῖς ἀνιερῶν καὶ τὰς στόλας τοῖς μύσταις, ἐν αἷς τύχοιεν μυηθέντες. Quidam etiam illas ad infantum fascias reservabant. Scholiastes Aristophanis dicto loco: Ἔνιοι δὲ τὰς τοιαύτας στολὰς εἰς τέκνων σπάργανα φυλάττεσι. In hisce autem sacris præcipuas partes obtinebant Hierophanta, Daduchus, & Præco. Horum Plutarchus in Alcibiade meminit. Ἐν ᾧ τούτῳ δύο τινὰς καὶ μετοίκους σφῆλε Ἀνδροκλῆς ὁ δημαγωγὸς, ἄλλων τε ἀγαλμάτων σφενδόνας, καὶ μυστηρίων παρ' οἶνον διαμιμήσεις τὸν Ἀλκιβιάδου, καὶ τῶν φίλων, κατηγορῶντας. ἔλεγον δὲ Θεόδωρον μὲν ἱνα δρᾷν τὰ τοῦ κήρυκος, Πολυτίωνα δὲ τὰ δαδοῦχα, τὸν δὲ ἱεροφάντην τὸν Ἀλκιβιάδην. τοὺς δ' ἄλλους ἐπόπτας παρεῖναι, καὶ μυεῖσθαι, μύστας σφόδρα προσαγορευομένους. Præter hosce tres, quartus etiam quis erat, ad aram ministrans, ὁ ἐπὶ βωμῷ appellatus. Eusebius de Præparatione Euangel. lib. III. ait, Hierophantam creatoris, Daduchum solis, Præconem Mercurii, & τὸν ἐπὶ βωμῷ Lunæ imaginem repræsentâsse. Verba ejus: Ἐν δὲ τοῖς κατ' Ἐλευσῖνα μυστηρίοις ὁ μὲν ἱεροφάντης, εἰς εἰκόνα τοῦ δημιουργοῦ ἐνσκευάζεται. δαδοῦχος, εἰς τὸν ἥλιον. καὶ ὁ μὲν ἐπὶ βωμῷ, εἰς τὴν σελήνης· ὁ δὲ ἱεροκήρυξ, Ἑρμοῦ. Insuper præerat quidam Mysteriis ὁ βασιλεὺς nuncupatus. Hesychius: βασιλεύς, ἄρχων τοῖς Ἀθήνησι, μυστηρίων σεμνεῶν. Etymologicum Magnum: Παρὰ Ἀθηναίοις ὁ λεγόμενος βασιλεὺς πρῶτον μὲν μυστηρίων ἐπεμελεῖτο. Omnia verò in his sacris occulta erant, nihil divulgari licitum. Nicetas in Gregorii Nazianzeni Orat. Εἰς τὰ ἅγια φῶτα. *Nota sunt hæc Græca superstitionis hierophantis, quibus inviolabili lege interdictum erat, ne hæc atque hujusmodi mysteria apud eos, qui his sacris minimè initiati essent, evulgarent.* Ovidius de Arte Amandi lib. I:

Quis Cereris ritus audet vulgare profanis.

Si quis contra egisset, ei lex mortem proscribebat. Sopater in Divis. Quæst. Νόμος, τὸν ἐξειπόντα τὰ μυστήρια θανάτῳ. Per quot verò dierum spatium sacra hæc agitata? Clarissimus Meursius ad novem dies durâsse vult; Cujus librum de Eleusiniis, plura qui desiderat, adire non pigeat; ubi omnia, à nobis summatim hactenus tantum indicata, aliaque in præsenti omissa, copiosiùs ac uberiùs prosequitur.

Nutrix capella est.] A quibus Jupiter nutritus & educatus sit, plane in-

nè incertum est. Quidam à caprâ. Unde Aratus in Phænomenis:

Αἶξ ἱερὴ, τὴν μὲν τε λόγος Διὶ μάζην ἐπισχεῖν.

Quæ Olenia dicta fuit à Civitate Bæotiæ Oleno. Idem Aratus:

Ὠλενίην δὲ μιν αἶγα Διὸς καλέουσ' ὑποφῆται.

Et Ovidius Fastor. II:

Oleniæ surget sidus pluviale Capellæ,
Quæ fuit in cunis officiosa Iovis.

Nonnulli ab apibus id factum fuisse dicunt. Virgil. Georg. IV:

Nunc age naturas apibus quas Iupiter ipse
Addidit, expediam: pro quâ mercede canoros
Curetum sonitus crepitantiaq; æra secutæ
Dictæo cœli Regem parêre sub antro.

Ab Ursis alii Aratus:

Ἄρκτοι ἅμα τροχόωσι τὸ δὴ καλέονται ἅμαξαι.
Αἱ δή τοι κεφαλὰς μὲν ἐπ' ἰξύας αἰὲν ἔχουσιν
Ἀλλήλων· αἰεὶ δὲ κατωμάδιαι φορέονται,
Ἔμπαλιν εἰς ὤμους τετραμμέναι, εἰ ἑτεὸν δή.
Κρήτηθεν κεῖναι δὲ Διὸς μεγάλου ἰότητι
Οὐρανὸν εἰσανέβησαν, ὅμιν τότε κουρίζοντα
Δίκτῳ ἐν εὐώδει ὄρεος σχεδὸν Ἰδαίοιο
Ἄντρῳ ἐγκατέθεντο καὶ ἔτρεφον εἰς ἐνιαυτόν,
Δικταῖοι Κούρητες ὅτε Κρόνον ἐψεύδοντο.

Nec defuerunt qui à columbis & aquilâ educatum fuisse arbitrati sint, ut testantur hi versus:

Ζεὺς δ' ἄρ ἐνὶ Κρήτῃ τρέφετο μέγας, οὐδ' ἄρα τις νὶν
Ἠείδει μακάρων, ὁ δ' ἀέξετο πᾶσι μέλεσσι.
Τὸν μὲν ἄρα τρήρωνες ὑπὸ ζαθέῳ τρέφον ἄντρῳ,
Ἀμβροσίην φορέουσαι ἀπ' ὠκεανοῖο ῥοάων.
Νέκταρ δ' ἐκ πέτρης μέγας αἰετὸς αἰὲν ἀφύσσων
Γαμφυλῇ, φορέεσκε πετῶν Διὶ μητιόεντι.
Τὸν καὶ νικήσας πατέρα Κρόνον εὐρύοπα Ζεὺς
Ἀθάνατον ποίησε, καὶ οὐρανῷ ἐγκατέναισεν.
Ὡς δ' αὔτως τρήρωσι πελειάσιν ὤπασε τιμῆς,
Αἰδή τοι θέρεος καὶ χείματος ἄγγελοί εἰσιν.

Pausanias in Messeniacis Jovis nutrices facit Nedam & Ithomen nymphas. Idem in Arcadicis nymphas quasdam nutrices Jovis nominare solitos Arcades inquit; Thisoam, Nedam, Hagno, quarum prima in Parrhasiorum finibus nomen dedit urbi, secunda flumini, tertia fonti in Lyceo monte. Apollonius Rhodius Adrasteæ

Jovis nutricis meminit. lib. III. Argonaut.

Καί κέν τοι ὀπάσαιμι Διὸς περικαλλὲς ἄθυρμα,
Κεῖνο τό οἱ ποίησε φίλη τροφὸς Ἀδρήστεια
Ἄντρῳ ἐν Ἰδαίῳ ἔτι νήπια κουρίζοντι.

Cicero in secundo de Divinatione ait, castissimè quodam in loco cultum fuisse Jovem, qui unà cum Junone in gremio Fortunæ sedens mammam apprehenderat. Lactantius in lib. de falsâ religione ab Amaltheâ & Melissâ filiabus Melissei Cretensium Regis caprino lacte & melle nutritum scribit.

Corybantum cymbalis.] Dicti Corybantes putantur, quia κορύττοντες βαίνοιεν, hoc est, *saltantes incederent.* Quidam Corybantes cum Curetibus, Cabiris, Idæis Dactylis, Telchinis eosdem ponunt, alii cognatos inter se, & exilibus distinctos differentiis, ut ait Strabo lib. x. cujus verba, quia lucem aliquam adferre posse videantur, adjungam: Οἱ παραδιδόντες, inquit, τὰ Κρητικὰ καὶ τὰ Φρύγια, ἱερουργίαις τισὶν ἐμπεπλεγμένοι, ταῖς μὲν μυστικαῖς, ταῖς δ' ἄλλως, περί τε τὴν τοῦ Διὸς παιδοτροφίαν τὴν ἐν τῇ Κρήτῃ. καὶ σοῦ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ὀργιασμοὺς ἐν τῇ Φρυγίᾳ, καὶ τοῖς περὶ τὴν Ἴδην τὴν Τρωικὴν τόποις. Τοσαύτη δ' ἐστὶν ἐν τοῖς λόγοις τούτοις ποικιλία· τῶν μὲν σοῦ αὐτοὺς τοῖς Κουρῆσι σοῦ Κορύβαντας, καὶ Καβείρους, καὶ Ἰδαίους Δακτύλους, καὶ Τελχῖνας ἀποφαινόντων. τῶν δὲ, συγγενεῖς ἀλλήλων, καὶ μικράς τινας αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους διαφορὰς διαστελλόντων. ὡς δὲ τύπῳ εἰπεῖν, καὶ κατὰ τὸ πλέον ἅπαντας ἐνθουσιαστικούς τινας, καὶ Βαγχικοὺς, καὶ ἐνοπλίῳ κινήσει, μετὰ θορύβου, καὶ ψόφου, καὶ κυμβάλων, καὶ τυμπάνων, καὶ ὅπλων, ἔτι δ' αὐλοῦ καὶ βοῆς ἐκπλήττοντας. κατὰ τὰς ἱερουργίας ἐν σχήματι διακόνων τε, καὶ τὰ ἱερὰ τρόπον τινὰ κοινοποιεῖσθαι· ταῦτά τε, καὶ τῶν Σαμοθρακῶν, καὶ τὰ ἐν Λήμνῳ, καὶ ἄλλα πλείω, διὰ τὸ σοῦ προσπόλους λέγεσθαι σοῦ αὐτούς. In sacris verò Corybantum fraternum parricidium celebrabatur, mors scilicet Cabiro à fratribus illata. De his Firmicus de E.P.R. *In sacris Corybantum parricidium colitur. Nam unus frater à duobus interemptus est, & ne quod indicium necem fraternæ cædis aperiret, sub radicibus Olympi montis à parricidis fratribus consecratur.* Et paullo pòst: *Qui fraternum desiderat sanguinem, Corybantum sequatur institutum.* Idem quoque tradunt Clemens Alexandr. Admonit. ad Gent. & Arnobius lib. v. qui & addunt, ex interempti Corybantis sanguine natum esse apium, quod idcircò in mensâ apponi prohibitum. Sic enim Arnobius: *Oblivioni etiam Corybantia sacra donentur, in quibus sanctum illud mysterium traditur, frater trucidatus à fratribus. interempti ex sanguine apium natum. prohibitum mensis illud olus apponi, ne à manibus mortui inexpiabilis contra-*

contraheretur offensio. Plura de Curetibus, & Corybantibus qui volet, consulat è Veteribus Eusebium de Præparat. Euang. lib. 11. cap. v. Scholiasten Apollonii in lib. 1. ℣. 1125. & 1129. Suidam. E recentioribus Cælium Rhodigin. Antiq. Lection. lib. xv 1. cap. xx. Cælium Calcagninum in libro cui titulus *Equitatio.* Lil. Gyraldum De Dis Syntag. 1. aliosque.

Tinnitus eliditur.] Ovid. fast. 1v:

Ardua jam dudum resonans tinnitibus Ida,
Tutus ut infanti vagiat ore puer.
Pars manibus clypeos, galeas pars tundit inanes
Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus.

Prudent. lib. 11. contra Symmachum:

--- Quæ sacra Diespiter infans
Inter tinnitus solvi sibi poscat aënos.

Cybelæ Dindyma pudet dicere, quæ adulterum suum infeliciter placitum.] Historiam Cybeles & Attinis non uno modo veteres narrant. Aliter eam Diodorus Siculus Biblioth. lib. 111. refert. Aliter à Servio ad 1x. Æncid. profertur. Aliter quoque Julius Firmicus in de E. P. R. Fusiùs, plurimisque admistis fabulis eam prosequitur Arnobius lib v. Ab hisce omnibus abit Catullus in Galliambo suo. Quare non inutile erit hos inter se conferre, simulque in quo conveniant, ac à se invicem discedant, dispicere.

Exsecuit.] Videtur Minucius velle Attidem jussu zelotypæ Cybeles eviratum fuisse, cui & consentit Augustinus lib. v1. de Civ. Dei cap. v 1 1. Juxta Catullum verò,

Devolvit ipse acuto sibi pondera silice.

Similiter Arnobius lib. v: *Furiarum & ipse* (Attis) *jam plenus, perbacchatus, jactatus, projicit se tandem, & sub pini arbore genitalia sibi desecat.*

Galli.] Sic dicebantur Magnæ matris Sacerdotes à Gallo flumine Phrygiæ, ut canit Ovidius fastorum lib. 1v.

Cur igitur Gallos, qui se excidêre, vocamus?
Cùm tantum à Phrygiâ Gallica distet humus.
Inter, ait, viridem Cybelen altasq; Celenas,
Amnis it insanâ, nomine Gallus, aquâ.
Qui bibit inde, furit. Procul hinc discedite queis est
Cura bonæ mentis: qui bibit inde, furit.

Similiter Festus, vel potiùs Paulus ejus Carnifex ex eo: *Galli, qui vocantur Matris Magnæ comites, dicti sunt à flumine, cui nomen Gallo.*

quia qui ex eo biberint, in hoc furere incipiant, ut se privent virilitatis parte. Vel fortassis etiam sic dicti à viro quodam nomine Gallo, qui primus fortè Cybeles sacerdos fuit. Legere enim apud Stephanum est: Τὸν Γάλλον, καὶ Ἄττιν, ἀποκόψαι τὰ αἰδοῖα, καὶ τὸν μὲν Γάλλον ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν Τυρίαν ποταμὸν, καὶ οἰκῆσαι, καὶ τὸν ποταμὸν Γάλλον καλέσαι. ἀπὸ ἐκείνου γὰρ οὗτοι τεμνομένους τὰ αἰδοῖα Γάλλους καλοῦσι. Ridiculam verò caussam hujus nominis adducit Hieronymus in Osee cap. IV. dum ait eos sic dictos fuisse, quia ad hoc sacerdotium assumerentur natione Galli, iique castrarentur in contumeliam Gallorum, qui Romam incendissent. Verba ejus: *Hi sunt quos hodiè Romæ matri non Deorum, sed Dæmoniorum servientes Gallos vocant, eò quòd de hâc gente Romani truncatos libidine in honorem Atys, quem Eunuchum Dea meretrix fecerat, sacerdotes illius manciparent: propterea autem Gallorum gentis homines essœminantur, ut qui urbem Romam ceperant hâc feriantur ignominiâ.* Quam rationem & amplectitur & propugnat Forcatulus lib. V. de Gallorum imperio, & philosophia. Meritò autem rejicitur à L. Valla lib. V. Elegant. cap. VI.

Galli eam & semiviri sui corporis supplicio colunt.] Tatianus contra gentes: Ῥέα, ἣν οἱ ἀπὸ τῶν Φρυγίων ὁρῶν Κυβέλην φασὶν, ἀποτμήσεις αἰδοίων νενομοτέθηκε διὰ τὸν ἐρώμενον αὐτῆς Ἄττιν. Arnobius verò non à Cybele, sed ab Agdesti id in honorem Attidos institutum esse ait. Sed Cybele eadem ac Agdestis est, juxta plurimorum sententiam. Sic Hesychius: Ἀγδίστις, ἡ αὐτὴ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν. Uti & Strabo libro X. cujus locum superiùs pag. XXXI. adduximus. Ubi vulgatam lectionem, quæ habet Αἰέστιν, rectissimè viri duo eruditissimi Isaacus Casaubonus & Theodorus Canterus emendârunt in Ἄγεδστιν. Exsectio autem, sive eviratio ea fiebat ad tibiæ cantum: Cujus rei causam adfert Elias Cretensis in orat. Nazianz. adversus Julianum, quod tibia & furenti rabie stimulum addebat ad exsectionem, & castratis mox dolorem imminuebat. Hinc Lucretius lib. II.

Et Phrygio stimulat numero cava tibia mentes.

Ovidius in Ibin:

Attonitusq; seces, ut quos Cybeleia mater
Incitat ad Phrygios, vilia membra, modos.

Item Tibullus lib. I. eleg. IV:

Et secet ad Phrygios vilia membra modos.

Quid formæ ipsæ & habitus.] Prosper:

Ille per innumeros vultus, & mille per aras,
Barbatos levesq; deos, juvenesq; senesq;,

Vt

Vt quondam fecêre, colens.

Hinc Gentilium numina Prudentius in Martyre Romano *mille formarum Deos* nuncupat.

Apollo tot ætatibus levis.] Fingitur Apollo formâ juvenili; quippe, ut ait Callimachus in Hymno,

--- Αἰεὶ καλὸς, καὶ αἰεὶ νέος, οὔποτε Φοίβου
Θηλείαις οὐδ' ὅσσον ἐπὶ χνόος ἦλθε παρειαῖς.

Quod ex eo natum, quia Sol nullo vel tempore, vel labore, consenescit. Lucianus tamen in de Deâ Syriâ morem fuisse apud Syros scribit, ut Apollinem barbâ ornatum fingerent, cùm reliquæ gentes eum Juvenem & Imberbem formarent. Hinc etiam Homero ἀρεσκόμης, sicut *intonsus* Horatio dictus; *comatus* scriptori Ithyphallico. Comam enim ei tribuerunt, eò quòd Soli radii quasi sint pro comis; iisque semper cingatur, haut aliter ac capillis ephebi, qui cirrati ac intonsi, atque ita similes huic numini erant, donec genę & mentum primâ lanugine vestiebantur, tum enim moris erat resecare capillos, Phœboque eos offerre & consecrare, eò quòd ei similes esse cessarent. Quod Athenis observatum refert Plutarchus in Theseo: ἔθους δὲ ὄντος ἔτι τότε τοὺς μεταβαίνοντας ἐκ παίδων ἐλθόντας εἰς Δελφοὺς ἀπάρχεσθαι τῷ θεῷ τῆς κόμης. Sic in Epigrammate vetere Antholog. lib. VI. cap. XXII:

Ὥριον ἀνθήσαντας ὑπὸ κροτάφοισιν ἰούλους
Κειράμενος, γενύων ἄρσενας ἀγγελίας,
Φοίβῳ θῆκε λύκων πρῶτον γέρας.

Sed & Romæ ac in Italiâ morem hunc viguisse testatur apud Nonium in *Cirri* Varro Cato, vel de liberis educandis: *Itaque Ambraciæ primum capillum puerilem demtum, item circos, ad Apollinem ponere solent.* Ut & Martialis lib. I. Epig. XXXII.

Hos tibi, Phœbe, vovet totos à vertice crines,
Encolpus, domini centurionis amor.
Grata Pudens meriti tulerit cùm præmia pili
Quàm primum longas, Phœbe, recide comas.

Atque hinc Apollo κουροτρόφος dictus. Ut notat Eustathius in Iliad. II. & Iliad. XXIII. Sed ritum consecrandorum capillorum aliquo modo latiùs prosequamur. Solebant autem veteres in honorem alicujus Dei Comam nutrire, eamque posteà resecare, eique Deo, cui devoverant, consecrare. Hinc Petronius: *Cui Deo crinem vovisti.* Et Censorinus cap. I: *Quidam etiam pro ceterâ bonâ corporis valetudine crinem Deo sacrum pascebant.* Fortè autem origo hu-

go hujus defluxit à Naziręis Judæorum, de quibus in sacris Numer. cap. VI. com. V. Idque votum fiebat interdum statim ab ipsâ nativitate, deposito nimirum ex more in terram nuper nato. Tertullianus de Animâ cap. XXXIX. *Ita omnes idololatricâ obstetrice nascuntur, dum ipsi adhuc uteri infulis apud idola confectis redimiti, genimina sua dæmoniorum canditata profitentur: dum in partu Lucinæ & Dianæ ejulatur: dum per totam hebdomadam Iunoni mensa proponitur: dum ultima die Fata scribunda advocantur: dum prima etiam constitutio infantis super terram, statinæ deæ sacrum est. Quis non exinde aut totum filii caput reatui voret, aut aliquem excipit crinem, aut totâ novaculâ prosecat, aut sacrificio obligat, aut sacro obsignat, pro genticâ, pro avitâ, pro publicâ aut privatâ devotione?* Lucianus de Deâ Syriâ: τοῖσι δὲ νέοισι πλοκάμους ἱερὺς ἐκ γενετῆς ἀπιᾶσι. Sic Romæ capillata vel capillaris arbor erat, ita dicta, quòd in eâ capillum tonsum suspendebant, ut Festus auctor est. Et Plinius Historiæ Naturalis libro XVI. cap. XLIV. *Antiquior illa est, sed incerta ejus ætas, quæ capillata dicitur, quoniam Vestalium virginum capillus ad eam defertur.* Juvenes autem comam alebant ad annos pubertatis, ac tum eam detondebant, atque in ejus Dei templo, cui consecrata erat, deponebant. Apud Athenienses homines minoris sortis, vulgò Herculi, aut cuipiam alii Deo, cujus templum esset in urbe, consecrare solebant, ut primum Casaubonus ex Hesychio observavit: Ἀθήνῃσιν οἱ μέλλοντες ἐφηβεύειν πρὶν ἀποκείρασθαι τὸ μαλλὸν, εἰσέφερον Ἡρακλεῖ μέτρον οἴνου, καὶ σπείσαντες τοῖς συνελθοῦσιν ἐπεδίδουν πίνειν. ἡ δὲ σπονδὴ ἐκαλεῖτο οἰνιστήρια. Nobiliores autem & qui supra vulgus haberi volebant, antiquo instituto, cujus meminit Plutarchus loco superiùs à nobis adducto, Apollini Pythio vovebant. & Delphos proficiscebantur, cùm deponendi tempus advenisset. Theophrastus hoc inter μικροφιλοτιμίας indicia ponit: καὶ τὸν υἱὸν ἀποκεῖραι ἀπαγαγὼν εἰς Δελφοὺς. Aliis etiam quibuscunque Dìs crinem pascere, inque ejus honorem resecare solitos, manifestè ex antiquorum monumentis colligi potest. Ut Æsculapio. dequo Martialis lib. IX. Epigram. XVIII:

Latonæ venerande nepos, qui mitibus herbis
Parcarum exoras pensa, brevesq; colos:
Hos tibi laudatos dominorum voce capillos
Ille tuus Latiâ misit ab urbe puer.
Addidit & nitidum sacratis crinibus orbem,
Quo felix facies judice tota fuit.
Tu juvenile decus serva, ne pulchrior ille
In longâ fuerit quàm breviore comâ.

Statius

Statius Præfatione Sylvar. lib. III. ad Pollium: *Earinus prætereà Germanici Dei nostri libertus scit, quamdiu desiderium ejus moratus sim, cùm petiisset ut capillos suos, quos cum gemmatâ pyxide, & speculo ad Pergameum Asclepium mittebat, versibus dedicarem.* Sic autem in ipso carmine:

Accipe laudatos juvenis Phœbeie crines,
Quos tibi Cæsareus donat puer, accipe lætus,
Intonsoq; ostende patri. ---

De cujus comâ etiam Martialis dicto libro Epigr. XVII:

Consilium formæ speculum dulceisq; capillos
Pergameo posuit dona sacrata Deo.

Vel etiam Baccho, unde Virgilius lib. VII. Æneidos:

Te lustrare choros, sacrum tibi pascere crinem.

Et Arrianus in Indicis refert Liberum patrem Indos docuisse κομᾶν τῷ θεῷ. Ita Dianæ apud Statium Thebaid. VI:

Flavus ab intonso pendebat vertice crinis
Arcados, hoc primis Triviæ pascebat ab annis
Munus. ---

Suidas in πλόκον:

--- Ἄρτεμι
Σοι πλόκον οἰκείας τόν δ' ἀνέθηκα κόμας.

Sic Κουρεώτιδος die, qui tertius erat festi Ἀπατουρίων, quo pueri ad tribules ducebantur, ibique tondebantur, ac sodalitatibus sive tribubus adscribebantur, Dianæ comã consecrâsse scribit Hesychius: Κουρεῶτις, μηνὸς Πυανεψιῶνος ἡμέρα, ἐν ᾗ τὰς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τῶν παίδων ἀποκείροντες τρίχας Ἀρτέμιδι θύουσι. Ita Hygiæ mulieres comam detondebant, ut narrat Pausanias in Corinthiacis: Καὶ Ὑγείας δ' ἐστὶ κατὰ ταὐτὸν ἄγαλμα. οὐκ ἂν οὐδὲ τοῦτο ἴδοις ῥᾳδίως, οὕτω περιέχουσιν αὐτὸ κόμαι τε γυναικῶν αἱ κείροντες τῇ θεῷ, καὶ ἐσθῆτος Βαβυλωνίας τελαμῶνες. Sic Minervæ. Stat. lib. II. Thebaid.

--- *Hic more parentum*
Iasides, thalamis ubi casta adolesceret ætas,
Virgineas libare comas, primosq; solebant
Excusare thoros. ---

Ubi vide Lactantium vel Lutatium, veterem ejus Interpretem. Ad hunc quoque ritum pertinet locus Theodoreti Quæst. XXVIII. in Levitic. Εἰώθασιν Ἕλληνες μὴ ἀποκείρειν τῶν παίδων τὰς κορυφὰς, ἀλλὰ μᾶλλον ἐᾶν σὺν μαλλοὺς, καὶ τούτους μετὰ χρόνον ἀνατιθέναι τοῖς δαίμοσιν. Ut & Dion. Chrysost. Orat. in Cælen. Phryg. πολλοὶ γὰρ ἤδη διὰ θεόν

τινα κομῶσιν ἄνθρωποι. Diphilus Comicus apud Athenæum lib. VI.:

Ἐνταῦθα γοῦν ἐστίν τις ὑπερηκοντικὼς
Κόμην τρέφων μὲν πρῶτον ἱερὰν τοῦ θεοῦ,
Ὥς φησιν, οὐ διὰ τοῦτο γ' ἀλλ' ἐστιγμένος
Πρὸ τοῦ μετώπω παραπέτασμ' αὐτὴν ἔχει.

Sed non solum Dîs, verùm etiam fluminibus crines sacrabantur. J. Pollux lib. II cap. I. II. §. 5: ἔτρεφον δέ τινες ἐκ πλαγίου κόμην, ἢ κατόπιν, ἢ ὑπὲρ τὸ μέτωπον, ποταμοῖς, ἢ θεοῖς Et Pindari Scholiastes: Τὰς μὲν γὰρ πρώτας κόμας τοῖς ποταμοῖς ἀπεκείροντο, σύμβολον τοῦ ἐξ ὕδατος εἶναι πάντων τὴν ἄσκησιν. Vide & Eustathium ad Homeri Iliad. XXIII. ubi Achilles comam, quam Sperchio nutriebat, Patrolo amico totondit:

Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην,
Τὴν ῥα Σπερχειῷ ποταμῷ τρέφε τηλεθόωσαν.
Ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπεν, ἰδὼν ἐπὶ οἴνοπα πόντον,
Σπερχεῖ, ἄλλως σοίγε πατὴρ ἠρήσατο Πηλεύς,
Κεῖσέ με νοστήσαντα φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν,
Σοί τε κόμην κερέειν, ῥέξειν θ' ἱερὴν ἑκατόμβην.

Ad quem Homeri locum alludit Statius in de Comâ Earini:

Huic & purpureo cedat coma saucia Nisi,
Et quam Sperchio tumidus donabat Achilles.

Pausanias in Atticis: Ἀγάλματα δὲ ἐπὶ τῷ ποταμῷ Μνησιμάχης, τὸ δὲ ἕτερον, ἀνάθημα κειρομένου τὴν κομὴν τοῦ παιδός οἱ ἐπὶ τῷ Κηφισσῷ. Καθεστάναι δὲ ἐκ παλαιοῦ καὶ τοῖς πᾶσι τοῦτο Ἕλλησι, τῇ Ὁμήρου τὶς ἂν τεκμαίροιτο ποιήσει. ὃς τὸν Πηλέα εὔξασθαί φησι τῷ Σπερχειῷ κερεῖν ἀνασωθέντος ἐκ Τροίας Ἀχιλλέως τὴν κόμην. Idem in Arcadicis: Καθότι δὲ ἐγγύτατα ἡ Νέδα Φιγαλέων τῆς πόλεως γίνεται, κατὰ τοῦτο οἱ Φιγαλέων παῖδες ἀποκείρονται τῷ ποταμῷ τὰς κόμας. Et eodem libro de Leucippo: Ἔτρεφεν ὁ Λεύκιππος κομὴν τῷ Ἀλφειῷ. Sic apud Philostratum legimus, Memnonem Auroræ filium, Nilo comam devovisse. Item Ajacem Ilisso apud eundem in Ajace. Nonnus Dionys. lib. III.

--- Ἀρτιθαλὴς γὰρ
Υἱὸς ἐμὸς λιπόπατρις ὅτε χνόον ἔσχεν ἰούλων,
Δάρδανος, Ἰδαίης μετανάσσατο κόλπον ἀρούρης,
Καὶ Φρυγίῳ Σιμοέντι θαλύσια δῶκε κομάων
Θυμβραίου ποταμοῖα πιὼν ἀλλότριον ὕδωρ.

His omnibus coronidis loco addo, quod in nuptialibus sacris, virgines Junoni & Dianæ comarum primitias offerebant. Pollux lib. III. cap. III: Καὶ τῆς κόμης δὲ τότε ἀπῆρχοντο ταῖς θεοῖς αἱ κόραι.

Quin

Quin & apud Trœzenios lege sancitum erat, ut Juvenes pariter ac puellæ, antequam connubium inirent, comas detonderent. Lucianus in de Dea Syriâ: Τροιζήνιοι τῇσι παρθέναισι καὶ τοῖσι νέοισι νόμον ἐποιήσαντο, μὴ μὲν ἄλλως γάμον ἰέναι, πρὶν Ἱππολύτῳ κόμας κείρασθαι. De virginibus quoque Pausanias in Comithiacis: Τροιζηνίοις δὲ ἱερεὺς μέν ἐστιν Ἱππολύτου τὸν χρόνον τοῦ βίου πάτα ἱερωμένος, καὶ θυσίαι καθεστήκασιν ἐπέτειοι. δρῶσι δὲ καὶ ἄλλο τοιόνδε· ἑκάστη παρθένος πλόκαμον ἀποκείρεται πρὸ γάμου, κειραμένη δὲ ἀνέθηκεν ἐς τὸν ναὸν φέρουσα. Sed accedamus ad alia.

Æsculapius benè barbatus.] Sic Albricus de Deorum imaginibus de Æsculapio: *Ejus imago, erat homo quidam, cum barbâ valdè prolixâ.* Quare & Luciano, in Jove Tragœdo, βαθυπώγων, dicitur καὶ εὐγένειος, *ingenti promissâq; barba præditus.* Ita enim Momum ad Apollinem loquentem introducit: ὥστε μὴ μειρακιεύου πρὸς ἡμᾶς, ἀλλὰ λέγε θαρρῶν ἤδη τὰ δοκοῦντα, μὴ αἰδεσθεὶς, εἰ ἀγένειος ὤν, δημηγορήσεις, καὶ ταῦτα, βαθυπώγονα, καὶ εὐγένειον οὕτως υἱὸν ἔχων τὸν Ἀσκληπιόν. Et in Carmine Libero.

Intonsa semper Æsculapio barba.

Hanc Dionysius Siciliæ Tyrannus, cùm aurea boni ponderis & philosophicæ densitatis, ut loquitur Arnobius, esset, auferri jussit; iniquum enim & incongruens dicebat esse, cùm Apollo pater ejus imberbis esset adhuc, ac levis; priorem filium quàm patrem, barbatum videri, ut est apud Ciceronem lib. III. de Nat. Deorum. Val. Maxim. lib. I. cap. I. Arnobium lib. VI. & Lactantium lib. II. cap. IV. Sed idem ipse Tyrannus auri sacrâ fame, Jovem Olympium amiculo aureo spoliavit; jocularitèr dicens, aureum æstate grave, hyeme esse frigidum; idcircò laneum amiculum ei imponi jussit, quod utrique tempori aptum; iisdem referentibus auctoribus. Pausanias tamen in Corinthiacis ait, apud Sicyonios simulacrum Æsculapii fuisse; ubi imberbis conspiceretur. Ἐσελθοῦσι δὲ ὁ θεός ἐστιν οὐκ ἔχων γένεια, χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος, Καλάμιδος δὲ ἔργον. Superius quædam de consecratione & resectione comæ dicebamus, nunc quia in barbam Æsculapii incidimus, fortè hâc occasione non inutile erit in gratiam lectoris, juventutis præcipuè, cujus caussâ maximam harum animadversionũ partem profundimus, talibusque eam nobis obnoxiam reddere studemus, paucula etiam de consecratione barbæ adspergere. Solebant enim veteres primitias barbæ resecare, Disque consecrare. Suetonius de Nerone: *Gymnico, quod in Septis edebat, inter buthysiæ*

apparatum, barbam primam posuit, conditamq; in auream pyxidem, & pretiosissimis margaritis adornatam Iovi Capitolino consecravit. Sic & Dio de eodẽ lib. LXI: Μετὰ δὲ ταῦτα ἕτερον αὖ εἶδος ἑορτῆς, (ἐπεκλήθη δὲ τὰ Ἰουβενάλια ὥσπερ τινα νεανισκεύματα) καὶ ἐτελέσθη ἐπὶ τῷ γενείῳ αὐτοῦ, καὶ γὰρ τοῦτο τότε πρῶτον ἐξύρατο. καὶ τάς γε τρίγας, ἐς σφαίριόν τι χρυσοῦν ἐμβαλὼν, ἀνέθηκε τῷ Διὶ τῷ Καπιτολίνῳ. Et Petronius: *Præterea grande armarium in angulo vidi, in cujus ædiculâ erant Lares argentei positi, Venerisq; signum marmoreum, & pyxis aurea non pusilla, in quâ barbam ejus conditam esse, dicebant.* Hunc etiam fortè morem, quo barbæ primitias in pyxidem recondebant, innuit Lucianus de Deâ Syriâ: Τοῖσι δὲ νέοισι πλοκάμους ἱεροὺς ἐκ γενετῆς ἀπιᾶσι, σοῦ, ἐπεὰν ἐν τῷ ἱερῷ γένωνται, ταμιεύουσί τε, καὶ ἐς ἄγγεα καταθέντες, οἱ μὲν ἀργύρεα, πόλλοι δὲ χρύσεα ἐν τῷ νηῷ προσηλώσαντες, ἀπίασι, ἐπιγράψαντες ἕκαστοι τὰ οὐνόματα. Quanquam potiùs hæc Luciani de capillis detonsis capere velim. Ita quoque Octavianus Augustus primitias barbæ posuit, ut refert Dio lib. XLVIII: ἀμέλει τὴν πώγωνα ὁ Καῖσαρ τότε πρῶτον ξυράμενος, αὐτός τε μεγάλως ἑώρτασε, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι δημοτελῆ ἑορτὴν παρέσχε. καὶ ὁ μὲν καὶ ἔπειτα ἐπελειοῦτο τὸ γένειον, ὥσπερ οἱ ἄλλοι. De Caligula testatur & Suetonius in ejus vitâ: *Transiitq; ad Antoniam aviam, & inde vicesimo ætatis anno accitus Capreas à Tiberio, uno atq; eodem die togam sumsit, barbamq; posuit.* Martialis lib. III. Epigram. VI. ad Marcellinum:

Lux tibi post idus numeratur tertia Maias,
Marcelline tuis bis celebranda sacris.
Imputat æthereos ortus hæc prima parentis,
Libat florentes has tibi prima genas.

Et Ovidius de se ipso Trist. IV. Eleg. X:

Carmina cum primùm populo juvenilia legi;
Barba resecta mihi bisce semelve fuit.

Sic Apollonidas in Antholog. Epigramm. lib. I. titul. de Laudibus:

Ἡδὺ παρηΐδων πρῶτον θέρος ἤματι τούτῳ
Κείρεο, καὶ γενύων ἠϊθέους ἕλικας
Γάϊε. σὸν δὲ πατὴρ χερὶ δέξεται εὐκτὸν ἴουλον
Λεύκιος, αὐξομένου πολὺν ἐς ἠέλιον.

Dies verò iste quo primitùs barbam ponebant magnis lautitiis celebrari solitus, ut locis adductis manifestè indicatur; Eodemque die munera ab amicis missa. Unde Juvenalis Satyrâ III:

Ille metit barbam; Crinem hic deponit amati;
Plena domus libis genialibus. - - -

Sic

Sic enim legendum, non, quod vulgò circumfertur, *venalibus*. Et hinc quoque capiendus Ammiani Marcellini locus, qui exstat lib. XVII: *Hocq; exinde claruit, fraude potius quàm tenacitate committi, quòd cùm idem Cæsar petenti ex usu gregario cuidam ut barbas detonderet, dedisset aliquid vile, contumeliosis calumniis appetitus est à Gaudentio tunc notario.*

Neptunus.] Sic dictus, non à *nando*, ut voluit Cicero II. de Naturâ Deorum, ubi ait: *Nomen productum; ut Portunus à portu. Sic Neptunus à nando, paullum primis litteris immutatis.* Ubi Lipsius Saturnal. I. cap. II. pro *à nando* reponit *à nubendo*, vel *à nuptu*. Ut ita conveniat Varroni, qui in IV. de L. L. ait: *Neptunus, quod mare terras obnubit, ut nubes cœlum, à nuptu, id est opertione.* Quam nominis rationem & ex eo adducit Arnobius lib. III. adversus Gentes. Sed & eos ratio veri etymi fugisse videtur. Non paullò enim acutius est, quod perspexit Jul. Cæsar Scaliger in Theophrasti lib. I. de caussis Plantarum, & lib. IV. de Historiâ Plantarum, dum Neptunum sic dici existimat ἀπὸ τοῦ νίπτειν, quod est *lavare, abluere*. Quod convenit uni ex triplici aquarum usu. Maximè enim aquæ usus consistit in irrigando, in abluendo, & in navigando. Optimè etiam Neptunus deduci posset ab Ægyptio νέφθυν, de quo Plutarchus in de Iside & Osiride: Νέφθυν δὲ καλοῦσι τῆς γῆς τὰ ἔσχατα καὶ παράλια καὶ φαίνοντα τῆς θαλάττης. *Nephthyn verò appellant terræ extrema & promontoria & quæ maria attingunt.* Mari enim Neptunus præest; nisi obstaret, nomen hoc apud Ægyptios quandam è sequiori sexu denotâsse. Quanquam hoc non adeò à veteribus observari, & haut ratò confundi constat. Unde & in veteri lapide SIVE DEO SIVE DEÆ. Græcis dicitur Ποσειδῶν, quod nonnulli deducunt ἀπὸ τοῦ πόσιν δοῦναι, *quia potum det*. Nam etsi salsas maris (hoc enim propriè Neptunus est) aquas non bibimus, fontanam tamen & fluvialem, & puteanam, quas potu haurimus, Neptuno, sive mari orginem debere in confesso est. Unde Homerus ait Il. Φ:

Ἐξ ὑπερ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα,
Καὶ πᾶσαι κρῆναι, καὶ φρείατα μακρὰ νάουσιν.

Imò ipse Ecclesiastes, Ebræis קהלת dictus, qui Salomoni tribuitur, cap. I. com. VII. כל הנחלים הלכים אל הים והים איננו מלא אל מקום שהנחלים הלכים שם הם שבים ללכת: Quæ Vulgaris Interpres ita reddit: *Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: ad locum, unde exeunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant.* Alii Ποσειδῶν non Græ-

cum Neptuni nomen, sed Africum esse volunt, ut docet Herodotus in Euterpe: ἐδαμῇ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς Ποσειδέων & ὄνομα ἔκτηται, οὐ μὴ Λίβυες, & πρέωσι τὸν θεὸν τοῦτον αἰεί. Unde Clariss. Bochartus Geographiæ Sacræ partis prioris libro 1. cap. 1: Ποσειδῶν aut Ποσειδὰν esse vult Punicum פשיטן *Pesitan*, quod *latum* & *expansum* denotat. Scheva nimirum primæ syllabæ expressum per *o* breve, ut in Sodoma & Solomone. T & D autem invicem permutata, ut in Τῆπες & Τῆδες, κίταρις & κίδαρις ex Chaldæo כיתרא *Cithra*. פשיטן autem est à radice פשט *Pesat*, id est, *dilatare, extendere*. Arabes بسط *basata* dicunt. A פשט in Talmude, tractatu de Sabbatho, occurrit פשיטנא *Pesitana*, quod nomen est herbæ, non quidem magnæ, sed latè se extendentis. Atque ita פשיטן sive Ποσειδῶν optimè significatione conveniret cum Ebræorum Japhet filio Noë. Ad cujus nomen sic alludit Noë, Genes. cap. 1x. com. XXVII: יפת אלהים ליפת, id est, *dilatet Deus Iaphetum*. Imò forte & Latinum *Neptuni* nomen eôdem possit referri. פתה enim, unde *Iapetus*, in Niphal habet נפתה, in primâ plurativi נפתינו *Niphtenu*, unde paucis immutatis, ac terminatione Latinâ additâ, facilè fit *Neptunus*. nisi quis superioribus, à nobis allatis, acquiescere malit. Utut sit, saltem constat, Japhetum eundem esse cum eo, qui antiquis nomine Neptuni cultus; quem ideò mari præfecerunt, quia, cùm stirpi Semi Septentrionalis & Orientalis Asia obtigerit; Chami verò progenies Asiam meridionalem cum Africâ obtinuerit; Japetho cesserit continens Europæa, cum maris mediterranei insulis. Nam, ut inquit Lactantius Divinar. Inst. lib. 1. cap. x1: *Neptuno maritima omnia cum insulis obvenerunt. Quomodo id probari potest? Nimirum veteres historiæ docent. Antiquus Auctor Euhemerus, qui fuit ex civitate Messanâ, res gestas Iovis & ceterorum, qui dii putantur, collegit, historiamq; contexuit ex titulis & inscriptionibus sacris, quæ in antiquissimis templis habebantur &c. Hanc Historiam interpretatus est Ennius, & secutus; cujus verba hæc sunt; Ibi Iupiter Neptuno imperium dat maris, ut insulis omnibus & quæ sunt secundum mare loca regnaret.* Sic enim postrema hæc ex MSS. legenda, ut monitum Thomasio. Atque hic est antiquissimus veterum Neptunus; varii enim eo nomine nuncupati, de quibus fortassis inferiùs plura dicemus.

Minerva cæsia.] Auctor Ithyphallicus:

Notas habemus quisque corporis formas
Phœbus comosus, Hercules lacertosus,
Trahitq; Bacchus virginis tener formam;
Minerva flavo lumine est. ---

Arno-

Arnobius libro tertio adversus Gentes, *Minervam* à memoriâ dici ait quasi *Meminervam*. Verba sunt: *Minervam dixerunt memoriam nonnulli unde ipsum nomen Minervæ, quasi quædam Meminerva.* Antiqui enim *memino* videntur dixisse, unde participium *meminens*, quo usus Livius Andronicus, ut est apud Priscianum lib. XI. Immò & hodiè exstat apud Ausonium in tumulo Minervii Rhetoris:

Vivis adhuc ævi, quod supereſt, meminens.

Et crebrò apud Sidonium Apollinarem invenitur, ut lib. II. epist. X. lib. IV. epist. III. & XII. lib. VI. epist. III. & alibi. Neque hinc multum abit Festus; qui *Minervam* ait vocatam à monendo: sic enim Telemacho ea monitrix apud Homerum Odyss. *Meneo* enim dicebant antiqui, pro quo posteà obtinuit *moneo*, nempe ut *bonus* fecêre ex *benus*. A *meneo* autem foret *Menera*; unde, digammâ inserto, ut ab *aro*, *arvum*, fit *Menerva*, vel *Minerva*. Quæ nominis ratio certè melior illâ Tullianâ, quam adducit lib. II. & III. de Nat. Deorum, dum ait, Minervam dictam, quę vel *minueret* vel *minaretur*. Variæ quoque fuêre, quibus nomen illud attributum. Quinque recenset Tullius lib. III. de Naturâ Deorum: *Minerva prima*, inquit, *quam Apollinis matrem supra diximus: Secunda orta Nilo, quam Ægyptii Saitæ colunt: tertia illa, quam Iove generatam suprà diximus: quarta Iove nata & Coryphe, Oceani filia, quam Arcades Coriam* (Messenii eam à matre *Coriphasiam* appellabant, ut est apud Arnobium, Clem. Alexandrinum, J. Firmicum de E. P. R.) *nominant, & quadrigarum inventricem ferunt, quinta Pallantis, quæ patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem, cui pinnarum talaria affingunt.* Ciceroni & subscribunt Arnobius lib. IV. Clemens Alexand. προτρεπτ. Firmicus de E. P. R. nisi, quòd tertiam, quam Jove genitam Tullius ait, Saturni filiam dicant. Ex his secunda, quæ Minerva Saitica est, Ægyptiis vocabatur *Neïth*. Testis Plato in Timæo; ubi cùm dixisset, præfecturam Saiticam sic nuncupari à regionis urbe maximâ, cujus nomen Sais; inde addit, Τῆς πόλεως θεὸς ἀρχηγός ἐστιν, Αἰγυπτιστὶ μὲν τὄνομα Νηίθ, Ἑλληνιστὶ δὲ, ὡς ὁ ἐκείνων λόγος, Ἀθηνᾶ. Hanc etiam faciunt textrinæ artis repertricem, unde & quibusdam eadem videtur esse ac Noëma sive Naama, ut habent Ebræi codices, filia Lamechi, quæ memoratur Genes. cap. IV. com. XXII: quippe quæ, si modò verum sit, quod apud Genebrardum in Chronicis habetur, primùm texturæ & lanificii artem invenerit; atque idcirco, præter morem Scripturæ, quæ in genealogiis nomina feminarum, nisi ob virtutem eximiam, aut mysterii caus-

rii causâ, non solet referre, mentionem ejus fieri. Idque magis inde eluceat; quia jungitur tribus præclaræ rei inventoribus, Jabel, Jubal, ac Tubalcain. Alii tamen quia נעמה *Venustum* denotat, Venerem gentium per *Naama* intelligunt; unde & aliud commentum Rabbinorum ortum est de ejus formâ, quâ, ut aiunt isti, duo angeli Dei, Aza & Azael capti, cum ipsâ concubuerint. Quod omninò putidum est, &, ut plenius prosequar, non hujus loci.

Mercurius alatis.] Ovidius Epistola Paridis ad Helenam:

Constitit ante oculos actus velocibus alis
Atlantis magni Pleïoneſq; nepos.

Qui haud dubiè quoque nomen ex Oriente accepit. Illis enim dicebatur מרקוליס *Merkolis*, de quo suprà pag. 14. egimus; vel quia Mercurium negotiationibus præesse existimaverint, non incommodè etiam deduci potest ab Ebræo מֶרְכֹּלֶת quod exstat Iechezk. cap. XXVII. com. XXIV. & *mercatum* sive *negotiationem* designat. à רכל. unde & רֹכֵל *Mercator, Negotiator*. Unde & videtur idem esse ac Chanaan, filius Chami sive Hami, qui non alius quàm Gentium Jupiter Hammon, ut infrà pluribus dicetur; & Mercurius Jove progenitus fertur. Convenit etiam nomine, nam Ebræis כנען *Mercatorem* sonat. Eloquentiæ quoque ac loquelæ præesse existimabatur, unde & Græci eum Ἑρμῆν nuncupavêre. Ac quia loquelâ rem peragunt nuncii, eò Mercurius *Deorum nuncius* Horatio lib. 1. od. X.

Te canam magni Iovis & deorum
Nuntium. ---

Ubi Homerum imitatus, qui eum Διάκτορον, seu Διάκτορα & κήρυκα vocat. Ridiculè autem animi ac sermonis vim gentiles in Mercurio expressêrunt, dum eum in statuis pedibus ac manibus mutilum, habentem eam partem, quâ viri sumus, neque à nobis nisi inhonestè nominari potest, intentam ac rigidam, effinxerunt. Quâ mysticè vis sermonis notabatur, ut est apud Plutarchum, libro, εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον in fine, ubi ait, non magnoperè in senibus requiri corporis ministeria, modò mente ac consiliis valeant. Subjungit inde: Διὸ καὶ τῶν Ἑρμῶν οὗτοι πρεσβυτέρους, ἀχρήστους καὶ ἄποδας, ἐντεταμένους δὲ τοῖς μορίοις δημιουργοῦσιν, αἰνιττόμενοι, τῶν γερόντων ἐλάχιστα δεῖσθαι πρὸς σώματος ἐνεργούντων, ἐὰν ὁ λόγον ἐνεργὸν ὡς πρέπον καὶ γόνιμον ἔχωσιν. Quod & refert Phurnutus sive Cornutus, ubi inquit, Veteres seniores & generantes Mercurios rigido fascino efformâsse, minores verò atque nondum adultos, remisso ac languen-

guente; innuentes, ad senium vergentis ætatis hominibus fœcundam atque perfectam esse orationem; at ætate immaturis, sterilem, imperfectamque. Verba sunt: πεπλεκται δὲ καὶ ἄκρως, καὶ πεφάγωνται τῷ χρήματι ὁ Ἑρμῆς. &c. οἱ μὲν ἀρχαῖοι οὐ μόνον πρεσβυτέρους ἐγύμνωσαν τὸν Ἑρμῆν, ὀρθὰ ἐποίουν τὰ αἰδοῖα ἔχοντας. τοὺς δὲ νεωτέρους καὶ ἀγένειους ἀνέμιξαν. παίζοντες, ὅτι ἐν τοῖς πρόβασι τοῖς ἡλικίας γίνεται ὁ λόγος ἐπὶ πλεῖστον ἐστιν. ὃς δὴ καὶ τυχὼν τοῦ ὅλου ἐστὶ πυγχάνων ᾧ ἂν προσῇ τι. ἐν δὲ τοῖς ἀόροις, ἄγονος καὶ ἀτελής. Innuunt hoc quoq; illa Porphyrii apud Eusebium Præparat. Euangel. lib. III. cap. XI. Ὁ δὲ ἐντεταμένος Ἑρμῆς δηλοῖ τὴν δύναμιν. δείκνυσι δὲ καὶ τὸν σπερματικὸν λόγον τὸν διήκοντα διὰ πάντων. Sed hoc etiam quodammodo possit referri ad Chanaan, qui se cum patre Chamo obsceno spectaculo oblectâsse creditur; atq; ideò Mercuriũ in statuis, parte illâ tentũ, quam exinde Catullus Epigr. ad Gellium, & Horatius Epod. Od. XII. *tentum* dixêre, effictum fuisse. Sic enim omnes Hermas, hoc est, statuas in honorem Mercurii erectas, efformatos fuisse, præter auctores jam indicatos, seges tàm Græcorum quàm Latinorum adduci posset. Intra septa unius vel alterius me continebo. Sic Herodotus in Euterpe: Τῷ δὲ Ἑρμέῃ τὰ ἀγάλματα ὀρθὰ ἔχειν τὰ αἰδοῖα ποιοῦντες. Macrobius lib. I. cap. XIX: *Simulacra Mercurii quadrato statu figurantur solo capite insignita & virilibus erectis.* Inde & Ἑρμοκοπίδαι, hoc est, Mercuriorum sectores dicti qui eos truncâssent. Scholiastes Thucydidis: ἰστέον ὅτι ἐν τῇ Ἀνδοκείδου κατὰ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων συναγωγῇ τοῦτο τεταχήλως καὶ τὰ αἰδοῖα τοῦ ἑρμοῦ πεπονηκέναί φησι· καὶ τοῦτο δεξόκλας, ἑρμοκοπίδας καλεῖσθαι. Tales Hermæ Athenis olim unâ nocte dejecti vel mutilati, præter unum, qui ante Januam Andocidis erat, ut referunt Thucidides lib. VI: Plutarchus in vitâ Alcibiadis, & Andocidis. Diodorus Siculus Biblioth. lib. XIII: Cornelius Nepos in Alcibiade. Etiam, quia Mercurius viis præficiebatur, Hermæ in biviis, triviis, & quadriviis collocabantur, ad vias & itinera indicanda, quibus prætereuntes lapides accumulabant, ut suprà pag. 13. jam monuimus. Iis, quæ tum indicavimus, addere potis es hunc Phurnuti locum: Γέγραπται καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς. καὶ δῶδι λέγεται. &c. Προσωρύσσει δὲ τοὺς λίθους τοῖς Ἑρμαῖς. ἕκαστος τῶν παριόντων, ἕνα λίθον αὐτοῖς προστιθεὶς, ἢ ὡς χρήσιμόν τι καὶ κοινωνικὸν τὸ παρ' αὐτοῦ ἕκαστος ποιῶν διὰ τὸ καθαίρειν τὴν ὁδὸν, εἴτε μαρτυροποιούμενος τὸν Ἑρμῆν, εἴ τε ὡς ὑπομιμνούμενος τὴν εἰς αὐτὸν τιμὴν, εἰ μηδὲν ἄλλο ἔχειν προσενεγκεῖν αὐτῷ, εἴτε δηλότερον τοῖς παριοῦσι τὸ ἀφίδρυμα ποιῶν, εἴτε πρὸς σύμβολον τὸ ἐκ μικρῶν συνεστάναι τὸ πρόφορικὸν

λόφον. Eâdem quoque paginâ, versu 32, post *indicarent*, hæc inserenda, quæ tum forte fortunâ, neglectu schedulæ alicujus, omissa sunt; eaque hâc occasione hic adjungere existimavi. Sic Hesychius; Ἑρμαῖος λόφος. τοῦ σωροὺς τῶν λίθων Ἑρμᾶς τὰς ἐν ταῖς ὁδοῖς γινομένους εἰς ἱμιλιὰ ἢ θεῶ. ἐνόδιος γάρ. Uberiùs Eustathius Homeri Odyss. Π. Οἱ δὲ φασιν, ὅτι ἑρμαῖος λόφος σωρὸς λίθων ἐστὶν ἐνόδιος. ἢ βωμὸς, ἢ λόφος ἐπικείμενος Ἑρμῆ ἀνδριάντι. Ἄλλοι δὲ νοοῦσιν Ἑρμαίους κυρίως λόφους, σημεῖα ὁδῶν καὶ ποσοῦ τινα διάστασιν μιᾶς ἱστορίας τυχὸν ἢ διαιρέσεως. Ἑρμῆς γὰρ φασι πρῶτος οἷα κήρυξ καὶ διάκονος καθηγήσας τὰς ὁδοὺς, εὕρε λίθους ἀφεῖναι, ἀπεπὶ ἓξ ἕξω ὁδοῦ ὄφεν τοὺς πιθανοὺς ἐποιήσας, καὶ τὰς ὁδοὺς τῷ Ἑρμῇ ὡς διακόρῳ ἐπικαθαίροντας, εἰς ἱμιλιὰ Ἑρμοῦ τοὺς ποιοὺς λίθων σωροὺς Ἑρμαίους ἢ Ἑρμαίους λόφους καλεῖν.

Pan ungulatis.] Hircinis nempe pedibus effingebatur, ut est apud Herodotum in Euterpe: γεφύρωσι δὲ δὴ καὶ γλάφυσιν οἱ ζωγράφοι καὶ οἱ ἀγαλματοποιοὶ, τὸν Πανὸς, κατάπερ Ἕλληνες τὠγάλμα, αἰγοπρόσωπον καὶ τραγοσκελέα. Quidam hunc Mercurii & Penelopes filium faciunt. Sic idem Herodotus in Euterpe: Πανὶ δὲ τῷ ἐκ Πηνελόπης, (ἐκ ταύτης γὰρ καὶ Ἑρμέω λέγεται γενέσθαι ὑπὸ Ἑλλήνων ὁ Πὰν) ὀλίγῳ ἔτεά ἐστι τῶν Τρωϊκῶν, καὶ ὀκτακόσια μάλιστα, ἐς ἐμέ. Quod & est apud Ciceronem lib. III. de Nat. Deor. Hyginum fab. CCXXIV. Plutarchum de defectu Oraculorum, aliosq;. Sunt tamen qui Pana τραγοσκελῆ genitum asserant ex omnium procorum cum Penelope concubitu: ut ait Pausanias in Arcadicis. Idemque tradidit Duris Samius libro de Agathocle, item Isacius Tzetzes ad Lycophronis Cassandram. Atque hinc funditùs ruit illa Penelopes pudicitia, adeò ab Homero decantata: unde & Acron, ad illud Horatii lib. I. Epist. II,

Sponsi Penopolopes, nebulones,

ait; *Penelope meretrix fuit, quæ amatores suos pulcritudine suâ luxuriosos reddebat.* Per Pana autem veteres universam naturam (unde & ei nomen) designabant. Orpheus:

Πᾶνα καλῶ κρατερόν γε θεὸν, κόσμοιο τὸ σύμπαν,
Οὐρανὸν, ἠδὲ θάλασσαν, ἠδὲ χθόνα παμβασίλειαν,
Καὶ πῦρ ἀθάνατον· τάδε γὰρ μέλη ἐστὶ τὰ Πανός.

Et Servius ad II Eclogam Virgilii: *Pan, Deus est rusticus, in naturæ similitudinem formatus. Unde & Pan dictus, id est, omne. Habet enim cornua in radiorum Solis & cornuum Lunæ similitudinem. Rubet ejus facies, ad ætheris imitationem; in pectore nebridem habet stellatam, ad stellatum imaginem; pars ejus inferior hispida est propter arbores, virgulta, feras;*

ras; caprinos pedes habet, ut ostendat terræ soliditatem: fistulam septem calamorum habet propter harmoniam cœli: κυλαύροπα habet, id est, pedum, hoc est, baculum recurvum, propter annum, qui in se recurrit: quia hic totius naturæ Deus est.

Ianus verò frontes duas gestit.] Quia Janus bifrons fingitur, nonnulli in Jano adumbratum volunt esse Noachum, qui & priorem viderit mundum, & illum post diluvium. Huic favet opinioni vicinitas, quæ est inter Ebræum vocabulum יין, id est, *Virum*, & *Ianum*; & quod Noë primus vini repertor fuit. Aliis tamen potius Janus videtur esse יון *Iavan* filius Iapeti, Europæorum parentis. A quo etiam Iones dicti; hi enim primitùs Ἴονες vocabantur. Unde Homerus Iliad. N:

Ἔνθα δὲ Βοιωτοὶ καὶ Ἴονες ἑλκεχίτωνες.

Et Strabo lib. IX Geograph. confirmat, sicut Ἰωνία primò nuncupata Ἰὰς, ita Ἴωνας priùs vocatos Ἰάονας. Ex Ἰάων autē, sive obliquo Ἰάονος fit *Iaonus*, sive contractè *Ianus*. Posterius hoc magis arridet Magno Vossio in de Idololatriæ origine & progressu lib. I. cap. XVIII. ubi aliquanto copiosiùs hæc prosequitur. Et quanquam pęnè pro piaculo duxerim à tanti viri sententiâ recedere, non possum tamen, quin hâc de re priorem magis opinionem sequar, probemque. Hæc ita si ἠθικῶς Janus spectetur; sin verò φυσικῶς, reperimus antiquos Solem in Jano coluisse; Janus enim idem est ac Apollo; Apollinem verò Solem esse nullus est qui ignorat. Et ita Nigidius Figulus, ut refert Macrobius lib. I. Saturnal. cap. IX, *pronuntiavit, Apollinem esse Ianum, Dianamq; Ianam.* Unde & Arnobius lib. III. adversus Gentes ait: *Incipiamus à Iano patre: quem quidam ex vobis mundum, annum alii, SOLEM etiam prodidêre nonnulli.* Et cui, si non Soli, competent elegantissimi hi A. Septimii Sereni Falisci versiculi?

Iane pater, Iane tuens, dive biceps, bisormis,
O cate rerum sator, ô principium deorum,
Stridula cui limina, cui cardinei tumultus,
Cui reserata mugiunt aurea claustra mundi.
Tibi vetus ara caluit Aobrigineo sacello.

Fingiturque Janus biceps, quia Sol orientem & occidentem respicit. Sive, ut est apud Macrobium lib. I. cap. IX, *quasi utriusque januæ cælestis potentem; qui exoriens aperiat diem, occidens claudat.* Subjungit deinde Macrobius: *Simulacrum ejus plerunque singitur manu dexterâ trecentorum & sinistrâ sexaginta & quinque numerum retinens;*

ad demonstrandam anni demensionem, quæ præcipua est Solis potestas. Non solummodò biceps, verùm etiam quadriceps Janus effingebatur. Sic enim apparebat, in simulacro quadrifronte, captis Faleris, civitate Thusciæ, invento. Quæ quatuor frontes nihil aliud significabant, quam eum quatuor mundi partes spectare, ut ibidem Macrobius docet, quem, plura qui de Jano variisque ejus nominibus desideras, videre potis es, uti & Servium ad illud VII. Æneid. *Sunt geminæ belli portæ.* & quæ paullò pòst sequuntur.

Diana venatrix.] Propter venandi studium Diana dicta *Dictynna*, à retibus nimirum venatoriis, quæ invenisse perhibetur, & Græcis δίκτυα dicuntur, ut refert Diodorus Siculus Bibliothecæ lib. V. & Plutarchus in de Solertiâ animalium propè finem. Alii non ab retium inventione sic nuncupatam volunt; sed quia, cùm fugeret violentiam regis Minois, sese præcipitans de monte in mare, inciderit in retia, quæ à piscatoribus jacta erant. Postremã hanc probat Pausanias in Corinthiacis, uti & Maro, sive alius quis, in Ciri, prout locus ille feliciter à Josepho Scaligero restitutus est:

Nunquam tam obnixè fugiens Minois amores
Præceps aërei speculâ de montis abisses,
Vnde alii fugisse ferunt, & nomen Aphææ
Virginis assignant: alii, quò notior esses,
Dictynnam dixêre tuo de nomine Lunam.

Quam tamen rationem refellit Diodorus libro V. Videmus quoque allato Virgilii loco, Dianam Aphæam vocari. Quod & testatur Hesychius: Ἀφαία, δίκτυνα, ἄρτεμις. Ab Æginetis nimirum ita dicebatur, à Cretensibus verò Dictynna, & alio nomine etiam, Britomartis. Pausanias: Χαίρειν δὲ αὐτὴν δρόμοις τε, καὶ στήραις, καὶ ἀρτέμιδι μάλιστα φίλην εἶναι. Μίνω δὲ ἐρασθέντα φεύγουσα ἔρριψεν ἑαυτὴν ἐς δίκτυα ἀφείμενα ἐπ' ἰχθύων θήρᾳ. Ταύτην μὲν θεὸν ἐποίησεν ἄρτεμις. Σέβουσι δὲ οὐ Κρῆτες μόνον, ἀλλὰ καὶ Αἰγινῆται, λέγοντες φαίνεσθαί σφισιν ἐν τῇ νήσῳ τὴν βριτόμαρτιν. ἐπίκλησις δέ οἱ παρά τε Αἰγινήταις ἐστὶν Ἀφαία, καὶ Δίκτυνα ἐν Κρήτῃ. Idem tradit Anton. Liberalis cap. XL. Solinus cap. XVII. Britomartin dicit significare *virginem dulcem.* Verba ejus: *Cretes Dianam religiosissimè venerantur*, βριτόμαρτιν *gentiliter nominantes, quod sermone nostro sonat virginem dulcem.* Quod ad priorem partem, sanè & Hesychius in Lexico ait: Βριτὺ, τὸ γλυκὺ, ὡς Κρῆτες. Quia verò Diana venationibus addicta credebatur, inde ab Orpheo poëtarum antiquissimo κυνηγέτις *canum actrix*, & à Callimacho θηρήτειρα, *ferarum vastatrix*, aut *interfectrix* appella-

appellatur. Homerus quoque in Hymno Apollinis, & Hesiodus in Theogoniâ eam ἰοχέαιραν vocant, quoniam sagittis delectaretur, quibus feras insectaretur. Et Oppianus Κυνηγετ. II. eam invocat, ut sibi edisserat, quisnam primitus ab eâ venationis artem acceperit. Sic enim ipso in limine:

Νῦν δ' ἄγε μοι Ζηνὸς θύγατερ παλίσφυρε φοίβη,
Παρθένε χρυσάμπυξ, δίδυμον γένος Ἀπόλλωνι,
Εἰπέμεναι, μερόπων τίς ἀγαυοτάτων τ' ἡρώων.
Σῆς ἀπὸ χείρὸς ἄνηρε μεγακλέα θήνεα θήρης.

Propterea quoque omnes luci ei consecrati. Papinius Statius lib. IV. Thebaidos:

Nec caret umbra Deo, nemori Latonia cultrix
Additur.---

Ubi vetus ejus Interpres, qui vulgò Luctatius sive Lactantius audit: *Omnis lucus Dianæ est consecratus, sicut quercus Iovi.* Unde & Horatius de Arte Poëticâ:

--- Cum lucus & ara Dianæ.

Servius quoque ad illud VI. Æneid. *--- nec te*
Nequicquam lucis Hecate præfecit Avernis,
notat: *Hecate trium potestatum nomen est. Ipsa enim Luna, Diana, Proserpina; sed solam Proserpinam dicere non potuit, propter lucos, qui Dianæ sunt.* Catullus etiam in carmine sæculari:

Montium domina ut fores,
Sylvarumq; virentium,
Saltuumq; reconditorum,
Amniumq; sonantium.

Sed cùm recordor, suprà jam, ubi de Astarte egimus, hujus rei quædam attigimus. Dianam verò, quatenus numen naturale, eandem antiquis ac Lunam fuisse, nemo non novit, quare de illâ ne μῦ quidem in præsenti faciam.

Diana altè & succincta venatrix.] Eodem modo Venus in venando à Virgilio describitur lib. I. Æneid.

Namque humeris, de more, habilem suspenderat arcum
Venatrix, dederatq; comas diffundere ventis:
Nuda genu, nodoque sinus collecta fluenteis.

Similiter etiam ab Ovidio Venus lib. X. Metamorph. ubi Adonidis venatoris comes est, & ipsa Venatrix:

Per juga, per silvas, dumos & saxa vagatur,
Nuda genu, vestem ritu Succincta Dianæ:
Hortaturq; canes. ---

Et Amorum lib. III. Eleg. II. de Dianâ ait:

Talia pinguntur succinctæ crura Dianæ:
Cùm sequitur fortes, fortior ipsa, feras.

Fingitur autem Diana à Poëtis in venando succincta, quoniam vestes demissæ venatoribus nimiùm impedimento sunt. Tali enim habitu antiquitùs venatores utebantur, ut tantò agiliùs per obliqua montium devexa, saxis cincta, ac cava convallium lacunosa, spinetis asperrimis, sentibusque aggerata, vagari possent. Hinc Nonnus Dionys. lib. V. Aristæum primum venatorem, eum invenisse refert:

Καὶ ποσὶν ἐνδρομίδας θηρήτορα φῶτα διδάξας,
Ἄσχετον ἀΐσσοντα κυνοσσόον εἰς δρόμον ἄγρης,
Πέπλα φαεινομένης ἐπιγουνίδος ἄχρι φορῆσαι,
Μήποτε θηρητῆρος ἐπειγομένου ποδὸς ὁρμὴ
Ἂψ ἀνασειράζοιτο καθιεμένοιο χιτῶνος.

Tali quoque habitu Rhodopis, virgo venationi dedita, describitur ab Achille Tatio lib. VIII. Παρθένος ἦν εὐειδὴς ὄνομα Ῥοδόπη, κυνηγίων ἐρῶσα καὶ θήρας, πόδες ταχεῖς, εὔστοχοι χεῖρες, ζώνη καὶ μίτρα, καὶ ἀναζωσμένος εἰς γόνυ χυτὼν, καὶ κατὰ ἀνδρὸς κουρὰ τριχῶν. Sed præter venatores, etiam alii plures veteribus Succincti sive Præcincti erant. Nominatim observo *Milites*, *Popas*, *Chirurgos*, & *Iter facturos*. De his, ordine inverso, primò dicemus. Hoc autem *Iter facturis* in more fuisse, ex Petronio liquet: *Placuit puellæ consilium, itaq; collegit altiùs Tunicam, flexitq; se in eum Daphnona, qui ambulationi hærebat.* Et postea: *Deinde convicium verens, abeundi formavi consilium: Conlectoq; Cultu meo ire extra casam cœpi.* Ita enim hi loci capiendi. Postea autem cùm Petronius Manentis habitum significare vellet, inquit: *Reduxi igitur gradum*, projectaque veste *tanquam expectarem morantem, in aditu steti.* Ab hoc more quoque Parthenius Ἐρωτ. Αὐτίκα δ' εἰς γόνυ ζωσαμένη, κρύφα τῶν θεραπαινίδων εἰς ὕλην καταδύνει. Appollonius:

Αὐτίκ' ἀνασχόμεναι λευκοῖς ἐπὶ γούνασι πέζας.

Sic quoque Mercurius *Succinctus* sive *Alticinctus* depingitur à Marciano Capellâ in de Nuptiis Philologiæ & Mercurii lib. I. utpote Deorum nuntius, & quasi semper ad iter paratus: *Ac jam pubescentes genæ seminudum eum incedere, chlamydiq; indutum parvâ, invelatumq; cetera, humerorum cacumen obnubere sine magno risu Cypridis non sinebant.* Atque ita etiam verbum חגר, quod propriè *cinxit*, *accinxit* sive *succinxit*, sonat, in Sacrâ paginâ usurpatur. Sic Exodi cap. XII.

וככה תאכלו אתו מתניכם חגרים נעליכם ברגליכם ומקלכם xii. com. xi: בידכם ואכלתם אתו בחפזון פסח הוא ליהוה: *Ita verò comedetis eum*, (Agnum) *lumbis vestris succinctis, calceamentis vestris ad pedes vestros, & baculo vestro in manu vestrâ, & commedetis eum cum festinatione. Pascha est Domini.* Et ii. Reg. cap. iv. com. xxix: ויאמר לגיחזי חגר מתניך וקח משענתי בידך ולך כי תמצא איש לא תברכנו וכי יברכך איש לא תענגו ושמת משענתי על פני הנער: *Et dixit* (Elisa) *Gechazi, accinge lumbos tuos, & sume scipionem meum in manu tuâ, & abi. si quem inveneris, ne salutato eum, & si quis te salutaverit, ne respondeto ei, & pone scipionem meum super faciem pueri.* Sed de *Iter facturis* plusquam satis, transeamus jam ad *Chirurgos*, qui & ipsi suo more Succincti, ne in artis suæ exercitatione impedirentur. Ita Virgilius Japidem, vulneratum Ænean curaturum, amictu Succinctum effingit, lib. xii Æneid. --- *Ille retorta*

Pæonium in morem senior Succinctus amictu,
Multa manu medicâ, Phœbiq; potentibus herbis.

Et Statius lib. i. Sylv. iv. de illis, qui se ad Rutilium Gallicum medendum parant: --- *Ritu se Cingit uterq; Pæonio.* ---

De *Popis*, sive Sacrificiorum Ministris, Suetonius Caligulâ: *Admotâ altaribus victimâ, Succinctus Poparum habitu, elato altè malleo cultrarium mactavit.* Ovidius Fast. ii:

Nominis esse potest Succinctus causa Minister,
Hostia cœlitibus quo feriente cadit.

Et Fastor. iv:

A bove Succincti cultros removete Ministri.

Sic Propertius lib. iv. Eleg. iv:

Illa dies hornis cædem denuntiat agnis,
Succinctiq; calent ad nova lucra Popæ.

Item Lucanus lib. i. Pharsal.

Impatiensq; diu non grati victima sacri,
Cornua Succincti premerent cùm torva Ministri.

Quod ad *Milites*, notissimum est, qui ad pugnam parati erant, fuisse Præcinctos. Unde & *Cincti*, pro viris strenuis & militaribus, & contra *Discincti*, pro imbellibus, militiæque inhabilibus, apud auctores reperiuntur. Ita Servius ad illud ix. Æncid.

--- *Discinctos Mulciber Afros.*

DISCINCTOS, dicit, inhabiles Militiæ. nam omnes qui militant, cincti sunt. Et Acron ad Horatium, in Arte:

--- *Cinctutis non exaudita Cethegis.*

CINCTVTIS, inquit, *antiquè dixit, id est, Militaribus viris, & ad*

Militiam

Militiam passis. Vnde per contrarium dixit Poëta:

--- Discinctos Mulciber Afros.

Id est, imbelles ad Militiam. Unde & *Succingulum* antiquis pro balteo, ut notat Festus. Et Rufinus: *Militiæ cingulum non dari nisi immolantibus jussit.* Hoc est, *jus militandi.* Sic apud Herodianum passim, ἀπέζωσεν, pro exauctoravit. Et Hieronymus, Epitaph. Nepot. *Quod alteri militaverit, & adhoc habuerit cingulum, ut miseris subveniret.* Similiter Judæos dimicaturos hortatur Judas, ut se accingant, parentque ad pugnam, 1. Macchab. cap. III. com. LVIII. Καὶ εἶπεν Ἰούδας, περιζώσασθε, καὶ γίνεσθε εἰς ὑμᾶς δυνατούς, γίνεσθε ἕτοιμοι εἰς τὸ πρωὶ ἵνα πολεμήσητε. Et passim generaliter omnes qui gnaviter, promptè & expeditè aliquod opus aggressuri essent, *Præcincti* veteribus dicti: unde Horatius 1. Satyr. v:

Hoc iter ignavi divisimus altius ac nos
Præcinctis ---

hoc est, expeditioribus. Apud Phædrum fabulâ XXXVI. habetur,

Ex Alticinctis unus atriensibus.

id est, gnavis & industriis. Sic quoque Horatius II. Satyr. VIII:

His ubi sublatis, puer altè Cinctus acernam
Gausape purpureo mensam pertersit.

Contrà *Discincti*, vocabantur ignavi, molles & negligentes. Hinc Seneca de Mæcenate Epist. XCII. ait: *Altè cinctum putes dixisse. habuit enim ingenium grande & virile, nisi illud ipse Discinxisset.* Imò nomen hoc quoque detortum ad lascivientes; qui & ipsi, parati ad opus, *Alticincti* nuncupati. Sic apud Petronium: *Cinædus supervenit subornatus gausapilâ, cinguloq; succinctus.* Et postea: *Quartilla altè cincta jussit infelicibus dari missionem.* Artemidorus lib. IV: Εὔδοξέ τις ἀναστρέφεσθαι τῇ γυναῖκα ὀπισθεκνύειν αὐτῷ αἰδοῖον.

Trivia.] Hecate; à *triviis* sic dicta, uti & Græcis Τριοδῖτις, ἀπὸ τῆς τριόδου. Chariclidas apud Athenæum in VII: Δέσποιν' Ἑκάτη, τριοδῖτι, τρίμορφε, τριπρόσωπε, τρίγλαως κεκλυμένη. Nominis hujus ratio est, ut ait Aristophanis Scholiastes in Plut. Act. II. Sc. v. quia τῇ Ἑκάτῃ ἐν ταῖς τριόδοις ἐτίμων τὸ παλαιὸν, ὅθεν τὸ τὴν αὐτὴν Σελήνην, καὶ Ἄρτεμιδα, καὶ Ἑκάτην καλεῖσθαι. Confirmat & Varro lib. VI. de L. L. *Diana est ab eo dicta Trivia, quod in triviis ponitur ferè in oppidis Græcis.* Unde à Phurnuto Τριόδων ἐπίσκοπος dicitur. Templa quoque Triviæ in triviis statui solita, ut testatur Servius in IV. Æneid: *Nonnulli eandem Lucinam, Dianam, Hecaten appellant, ideo quia uni deæ tres adsignant potestates, nascendi, valendi, moriendi; & quidem nascendi*

Lucinam

Lucinam deam esse dicunt, valendi Dianam, moriendi Hecaten. ob quam triplicem potestatem, triformem eam triplicemq; finxerunt, cujus in triviis templa ideò struxerunt. Atque hinc ille ululatus in triviis, qui in honorem Hecates fieri consueverat. Servius in Eclog. III: *Consuetudo fuerat, ut per trivia & quadrivia ulularent, & flebile quiddam in honorem Dianæ canerent rustici, ad reddendum Cereris imitationem, quæ raptam Proserpinam, in triviis clamore requirebat. Novimus autē eandem esse Proserpinā quam Dianam.* Fortassè autem addidit Servius, *& Hecaten,* quod injuriâ librariorum excidit; Subjungit enim: *Sic in Æneide:*

Nocturnisq; Hecate triviis ululata per urbes.

Qui locus comparet IV Æneid. ubi idem Servius hunc in modum notat: *Proserpinam raptā à Dite patre cùm Ceres incensis faculis per orbem terrarum requireret, per trivia eam, vel quadrivia, vocabat clamoribus. Vnde permansit in ejus sacris, ut certis diebus per compita à matronis exerceatur ululatus.* Aliam quoque rationem, cur *Trivia* vocetur, adducit Varro post eam, quam ex lib. VI. de L. L. supra attulimus. Nam continuò subjungit: *Vel quòd Luna dicitur esse, quæ in cœlo tribus viis movetur; in altitudinem, & latitudinem, & longitudinem.* Est & tertia, quia non solum in cœlis, sed & in terris, & sub terris, hoc est, apud inferos exerat potestatem, nomine autem diverso. unde Cassiodorus Variar. lib. V. Epist. XLII: *Hanc triplicem Deam falsâ imaginatione finxerunt: ipsam in cœlo Lunam: ipsam in silvis Dianam: ipsam apud inferos Proserpinam.* Et Servius ad IV Æneid. *Cùm super terris est, creditur esse Luna, cùm in terris, Diana, cùm sub terris, Proserpina.* Addit noster:

Trinis capitibus.] Eodem modo Orpheo in Argonauticis nuncupatur Τριοσοκέφαλος. Lycophron Cassandrâ:

περσέως δὲ παρθένος
Βριμὼ τρίμορφος θήσεταί σ' ἐπωπίδα
Κλαγγαῖσι ταρβήσουσαν ἐννύχοις βροτοὺς.

Et paullò pòst:

Τριαύχενος μήνιμα δειμαίνων θεᾶς.

Ovidius I. Fastor.

Ora vides Hecates in tres vergentia partes.

Seneca Medeâ Act. I:

Tacitisq; præbens conscium sacris jubar
Hecate triformis. ---

Valer. Flaccus lib. I. Argonaut.

Tergeminam tum placat heram, Stygiasq; supremo
Obsecrat igne domos. ---

Et lib. VII:

--- utq; sub altas
Pervenêre trabes, Divæq; triformis in umbras.

Claudianus lib. I. de Raptu:

Ecce procul ternis Hecate variata figuris
Exoritur. ---

Statius lib. X. Thebaid;

--- Arcanæ moderatrix Cynthia noctis,
Si te tergeminis perhibent variare figuris
Numen, & in silvas alio descendere vultu.

Porphyrius, citante Eusebio lib. IV. de Præpar. Euangel. Lunam ita loquentem introducit:

Ἡ δ' ἐγὼ εἰμι κόρη πολυφάσματος, οὐρανόφοιτος,
Ταυρῶπις, Τρικάρηνος, ἀπηνὴς, χρυσοβέλεμνος,
Φοίβη ἀπειροτεχνὴς, φαεσίμβροτος εἰλείθυια
Τριστοίχου φύσεως συνθήματα τρισσὰ φέρουσα:
Αἰθέρι μὲν, πυρίεσσιν ἐϊσκομένη εἰδώλοις,
Ἠέρα δ' ἀργεννοῖσι τροχάσμασιν ἀμφικάθημαι
Γαῖα δ' ἐμῶν σκυλάκων δινοφερῶν γένος ἡνιοχεύει.

Cur Hecate triformis ac triceps fingeretur, ita exponit Eusebius lib. III. de Præp. Euang. cap. III: Ἑκάτη δὴ ἡ σελήνη πάλιν, τῆς περὶ αὐτὴν μεταχηματίσεως καὶ κατὰ τοὺς σχηματισμοὺς δυνάμεως διὸ τρίμορφος ἡ δύναμις, τῆς μὲν νουμηνίας φέρουσα τὴν λευχείμονα καὶ χρυσοσάνδαλον, καὶ τὰς λαμπάδας ἡμμένας. ὁ δὲ κάλαθος, ὃν ἐπὶ τοῖς μετεώροις φέρει, τῆς τῶν καρπῶν κατεργασίας, οὓς ἀνατρέφει κατὰ τὴν τοῦ φωτὸς παραύξησιν. τῆς δ' αὖ πανσελήνου, ἡ χαλκοσάνδαλος σύμβολον. Cleomedes autem hanc adducit caussam lib. II. de Mundo: Οἱ δὲ παλαιοὶ τρία εἶναι περὶ σελήνην σχήματα ἔφασαν, τὸ μηνοειδὲς, τὸ διχότομον, τὸ πεπληρωμένον. ὅθεν καὶ τριπρόσωπον τὴν Ἄρτεμιν ποιεῖν ἔθος ἐστιν. Aliam adhuc rationem legas apud Servium ad illud IV. Æneid.

Tergeminamq; Hecaten tria virginis ora Dianæ.

Quibusdam, inquit, *ideò triplicem placet, quia Luna tres figuras habet, prima tanquam* C, *sequens tanquam* Ↄ .... *tanquam* O. Corruptus verò est locus, quem sic restituendum censeo: *Quibusdam ideo triplicem placet, quia Luna tres figuras habet, prima tanquam* C, *sequens tanquam* O, *tertia tanquam* Ↄ. Primò enim Luna, cùm crescit, figuram C, cornibus & cavitate ortum versus, exprimit; tum, cùm plena existit, refert O; tandem verò, cùm iterum decrescit, cornibus occasum demonstrans, figurâ Ↄ conspicitur. Subjungit deinde Servius

vius aliam adhuc opinionem, cujus verba, etsi supra jam adduximus, hoc loco tamen repetere non refugiemus. *Nonnulli*, inquit, *eandem Lucinam, Dianam, Hecaten appellant, ideò quia uni Deæ tres adsignant potestates; nascendi, valendi, moriendi: & quidem nascendi Lucinam esse dicunt, valendi Dianam, moriendi Hecaten. ob quam triplicem potestatem, triformem eam triplicemq; finxerunt.* Ubi neminem movere debet, quòd Servius simplicem Hecatæ tribuat potestatem; moriendi scilicet: nam propriè eam quæ Proserpina dicta est, respicit. Hecates verò nomen tria illa, Lunæ puta, Dianæ, & Proserpinæ comprehendit. Servius ad VI. Æneid. *Hecate*, inquit, *trium potestatum numen est. Ipsa est enim Luna, Diana, Proserpina. Sed solam Proserpinam dicere non potuit, propter lucos, qui Dianæ sunt. Item Dianam, quia ait, lucis præfecit Avernis. Vnde elegit nomen, in quo utrumque constabat.* Et eopse libro in illud:

Voce vocans Hecaten, cœloq; ereboq; potentem.

Hoc, inquit, *est quod ait* HECATEN, *ut plenum numen ostenderet.*

Et Ephesia mammis multis & uberibus exstructa.] De Dianâ multimammiâ, in præsenti nihil, nisi ab aliis ad Minucium jam observatum, præ manibus est. Interim nec Petrus Faber, nec J. Wouwerius conjecturâ suâ audiendi.

Cum Hammon dicitur.] Jupiter Hammon sive, ut alii scribunt, Ammon, si historicè spectetur, ipsissimus est חם *Ham*, sive *Cham* filius Noë. Qui hoc nomine in Africâ cultus. Ægyptii vocabant Ἄμμων, vel Ἄμων. Herodotus in Euterpe: Ἄμμων Αἰγύπτιοι καλέουσι τὸν Δία. Plutarchus in de Iside & Osiride: Ἔστι δὲ τῶν πολλῶν νομιζόντων ἴδιον παρ' Αἰγυπτίοις ὄνομα τοῦ Διὸς εἶναι τὸν Ἄμμων, ὃ σαφῶς λέγοντες ἡμεῖς Ἄμμωνα λέγομεν. In Scripturis apertè etiam nominatur, אמון *Amon* vel המון *Hamon*. Sic Jirmejæ cap. XLVI. com. XXV: אמר יהוה צבאות אלהי ישראל הנני פוקד אל אמון מנא ועל פרעה ועל מצרים ועל אלהיה ועל מלכיה ועל פרעה ועל הבטחים בו: *Dicit Dominus exercituum, Deus Israëlis; Ecce ego visito* Amon de No, *& Pharonem, & Ægyptum, & deos ejus & Reges ejus, & qui confidunt in eo.* Ubi *Amon de No* idem est ac Deum *Amon* nuncupatum, cujus honori templum fuerit consecratum in urbe *No*. Quæ exinde & composito nomine vocatur *Hamon-No*: vel *No-Amon*. Ita Jechezk. cap. XXX. com. XV: ושפכתי חמתי על סין מעוז מצרים והכרתי את המון נא: *Et effundam excandescentiam meam in Sin robur Ægypii, & exscindam Hamon-No.* Et Nahum cap. III. com. VIII. התיטבי מנא אמון הישבה ביארים מים סביב לה אשר חיל ים מים חמתה: *An melius tibi esset quàm No-Amon, sita inter rivos? aquis circumdata?*

cujus præmunitio est mare, à mari murus ejus? Quanquam אמון vel המון plerunque Interpretum alii *tumultum*, alii *multitudinem*, alii *nutritium* reddunt, nonnulli etiam nomen regis Ægypti esse volunt. Sed perperàm. est enim ipsa Diospolis, urbs Ægyptia. Sic dicta quasi *Iovis urbs*, id est, *Hamon No*. *No* enim est ex נוה, quod *habitaculum* sonat. Et sic quoque vertunt LXX Jehezk. loco supra adducto: καὶ ἐν Διοσπόλει ἔσται ἔκρηγμα. Sed inquiunt, huic opinioni adversatur descriptio Urbis, quam dedit Nahum, dum refert, urbem *No-Amon* sitam esse inter maria; quod minimè convenit Diospoli, quippe quæ longissimè à mari aberat; unde potiùs per *No Amon* intelligunt Alexandriam, urbem inter mare mediterraneum & Mareotim positam; ita Chaldæus, Hieronymus, Ebræi, aliique. At cùm obstare videunt, quòd Nahum, omnesque prophetæ, fuerunt ante Alexandrum Magnum, à quo Alexandria condita, aiunt, urbem *No* dictam, in cujus dirutæ solo posteà exstructa sit Alexandria. Ita Hieronymus in Epitaphio Paullæ ad Eustochium virginem: *Vrbis No, quæ posteà versa est in Alexandriam.* Et ad prophetæ Nahum cap. III. *Hebræus, qui me in Scripturis erudivit, ita legi posse asserit Nunquid meliores quàm No-Amon: & ait,* נוא *Hebraicè dici Alexandriam;* אמון *autem multitudinem, sive populos: & esse ordinem lectionis; Nunquid melior es Alexandria populosa, sive populorum, quæ habitat in fluminibus? aqua in circuitu ejus? Non quòd eo tempore Alexandria vocaretur, quippe quæ longo post tempore ab Alexandro Magno Macedone nomen accepit: sed quia sub nomine primo, id est, No, semper Ægypti metropolis fuerit, & abundantissima populis.* Addit deinde, ut Hieremias quoque, loco superius à nobis allato, similiter *No* pro *Alexandria* dixerit. Sed, ut optimè, ita & doctissimè huic objectioni occurrit Clarissimus Bochartus in admirandi & nunquam satis laudati operis Geographiæ Sacræ Phaleg libro I. cap. I. parùm verisimile est, Jirmejam, & Jechezkelem, pœnam imminentis excidii denunciâsse urbi nondum conditæ, seculo, quo illi scripserunt. Aut Nahumum urbem Ninivem ita compellâsse: *Tune melior es*, (id est munitior) *Alexandriâ aliquando exstruendâ ab Alexandro Magno.* Similitudines enim nihil docent, nisi petantur à rebus maximè cognitis, qualis esse minimè potuit civitas nondum condita, nec nisi longo temporis intervallo demũ exstruenda. Accedit, quod Nahum minas Jirmeję & Jechezkelis jam completas fuisse scribit, incolasque urbis *No-Amon* abiisse in captivitatem, ac parvulos ejus illisos in omnium vicorũ capitibus, ut habetur

com.

com. x. Unde comparet urbem *No-Amon* jam tempore Nahumi excisam fuisse, quia Ninivé simili excidio vastandã minatur. Ac nihil minus dici posse, quàm Alexandriam, multo post condendam, hîc à Prophetâ intelligi. Quod verò objectant, de situ Diospolis, urbi *No-Amon* haut conveniente, respondemus cum eodem Bocharto, tragulam hanc bifariam retorquere possumus. Primùm, si dicimus non intelligi magnam illam Diospolim, id est, Thebas Ægyptias, quas procul à mari distitisse rectè observant: verùm alteram Diospolim propè Mendetem, & Leontopolim, & Busirim, quam præter Nili alveos Busiritem & Athribitem, varii lacus instar marium circumquaque cingebant. De hâc Strabo lib. XVII: πλησίον ἡ Μένδητος Διόσπολις, ἡ αἱ περὶ αὐτὴν λέμναι, ἡ Λεοντόπολις. εἶτ' ἀποτέρω ἡ Βούσιρις πόλις ἐν τῇ Βουσιρίτῃ νομῷ. Et Suidas in Δημήτριος Φαληρεύς, ubi de Demetrio Phalereo: ἐπάφε ἐν τῷ Βουσιρίτῃ νομῷ, πλησίον Διοσπόλεως τὴν ἐν τοῖς ἕλεσι. Quod haut absurdè dici potest. Et licet hæc Diospolis aliquo modo obscurior fuerit, ut conferatur cum Ninive: potuit tamen antequam deleta esset celebrior esse, & situs potiùs ratione, quàm magnitudinis cum Ninive conferri. Deinde, nihil etiam obstare videtur, ne verba Prophetæ referantur ad magnam illam & præclaram Diospolim, hoc est Thebas Ægyptias. Cur enim non dici possit eas sitas fuisse inter maria? Nam etiamsi propriè loquendo, à mari Thebæ procul abfuerint, tamen illis, ut & toti Ægypto, duo maria, Erythræum nempe, sive Rubrum & Mediterraneum, Nilique septem alveos, instar propugnaculi fuisse quare non dicatur nullus vidso. Quippe quibus hostes multùm impediebantur, ne illis adeò liber pateret ad Thebas accessus. Utut sit, non est confugiendum ad Alexandriam, ut dicamus eam significari urbe *No-Amon*, quæ reverâ est Diospolis, si non magna illa & celebris, saltem altera, sita propc Mendetem, ut diximus. Cultus etiam, nomine Jovis Hammonis, fuit Cham ab Arabibus. quod nihil mirum, quippe qui pater Chusi, à quo Arabia terra Chus dicitur. De ejus cultu sic Lucanus lib. IX:

Quamvis Æthiopum populis Arabumq́, beatis
Gentibus atque Indis unus sit Iupiter Hammon.

Immo universa Africa ab eo dicta etiã *Ammonia*. Stephanus: Ἄμμωνία, ἡ μεσόγαιος Λιβύης. ἐκαλεῖτο δὲ πᾶσα ἡ Λιβύη ὅτως ἀπὸ Ἄμμωνος. Hęc ita, si ἱστορικῶς Jupiter Hammon consideretur, optimè conveniunt cùm Chamo filio Noë; Quæ etiam non repugnant, si

φυσικῶς ſpectetur, quatenus in Hammone veteribus Sol fuerit cultus. Sic enim etiam ab Ebræo חמם *Incaleſcere*, unde חמה *Calor, Sol*, & ipſe חם *Calidum* ſonans. Quod & Græcorum Ζεὺς denotare videtur; autor enim Magni Etymologici ait ſic à *fervore* dici, & refert ad calorem aëris: Verba ſunt: Ζεὺς ἀπὸ τοῦ ζέειν. θερμότητος ὁ ἀήρ. ἢ ἀπὸ τοῦ ζέω, ὡς πτέω πτεὺς ἡ πτεύς. Neque me fugit, Græculos *Ammonis* nomen ab arenâ, quæ illis ἄμμος dicitur, deducere; unde & fabulam texunt de ariete, qui arenâ exiens, Libero patri ſiticuloſis Indiæ locis erranti, aquam monſtrârit, ut referunt Hyginus fab. CXXXIII. & in Poet. Aſtronom. Servius in illud IV. Æneid. *Hic Ammone ſatus.* Sed quid, quæſo, putidiùs excogitari poſſet, quàm in vocibus quæ Orienti originem debent, ad Græcam linguam, quaſi fontem, recurrere. Nam uti Ægyptii ab Ebræorum חם fecêre ſuum Ἄμῆν ſive Ἄμμῆν, ita & ab his Græci acceperunt Ἄμμων. Sed pergit Minucius, & ſubjungit:

Habet cornua.] Ita Ovidius in de Arte III:

Sed neque Phœbei tripodes nec corniger Hammon.

Et Claudianus IV Conſul. Honorii:

---tibi corniger Hammon.

Et ita conſpicitur in nummo argenteo Cyrenæorum pervetuſto, adducto ab Yvone Villiomaro, hoc eſt, Joſepho Scaligero Animadverſ. in Loc. Controverſ R. Titii lib. VIII. cap. XXIV. In cujus alterâ parte Jupiter Ammon cornibus arietinis viſitur; ex alterâ parte caulis Silphii. Sed quare Ammon fingitur cornutus? an quia cornua ingentem vim Solis denotant? ut vult Macrobius lib. I. Saturnal. cap. XXI, dum inquit: *Ideo & Ammonem, quem Deum Solem occidentem Libyes exiſtimant, arietinis cornibus fingunt, quibus maximè id animal valet, ſicut radiis Sol.* An verò cornua ſignificant potentiam Chami, & regni ejus, quod poſteri obtinuerunt? Certè alterutrum, vel etiam utrumque, verum. Haut dubiè etiam Alexander (qui ſe quoque Jovis Ammonis filium jactabat, unde feſtiva illa epiſtola matris ſuæ Olympiadis ad eum apud Agellium lib. XIII. cap. IV.) ob fortitudinem & Imperii amplitudinem ab Arabibus ذو القرنين *Dul-karnain*, hoc eſt, *Bicornis* dictus, quia ſcilicet utrumque cornu Mundi, Orientale, & Occidentale ſubegerit. Quanquam ſunt, qui Alexandrum, non à parto Imperio, ſed ab effigie cornutâ, quâ in nummis cernitur, ſic dictum volunt; quod non videtur veriſimile, cùm conſtet ex communi linguarum Orientalium uſu, vocabulum קרן pro *fortitudine, incolumitate, felici*

proſperoq;

prosperoq; rerum successu, sumi. Imò & apud Talmudicos קרני מלחמה *Cornua belli*, sunt ipsi belli duces. Neque tamen, etsi hanc, quam de cornibus Hammonis attuli, verissimam censeo, indigna relatu videtur ratio, quam adfert Servius in IV. Æneid. *Iovi*, inquit, *Hammoni templum cum simulacro cum cornibus arietinis constitutum: quod ideo fingitur, quia satis ejus sunt involuta responsa.* Nempe, ex gentium opinione, licet certa quidem & infallibilia erant oracula Hammonis: nihilominus verbis flexis tortisque, instar arietinorum Dei cornuum, constabant: unde sic de ipsis Lucanus in IX. Pharsal.

--- Sed tortis cornibus Ammon.

Et Silius lib. IX. Punicorum:

Ac patrius flexis per tempora cornibus Ammon.

Tale oraculum tortum atque flexum, est illud quod adducit Agellius lib. III. cap. III. ex Plautinâ Freti comœdiâ:

--- Hoc illud est,
Quod Arietini responsum magnis ludis dicitur:
Peribo si non fecero; si faxo, vapulâro.

Mirum quoque est quod de fonte Hammonis Curtius atque alii referunt, qui interdiu frigidus, noctu verò calidus comparebat. Verba Curtii exstant lib. III. cap. VII. *Est etiam*, inquit, *aliud Hammonis nemus: in medio hadet fontem, aquam Solis vocant: sub lucis ortum tepidus manat; medio die, cùm vehementissimus est calor, frigida eadem fluit; inclinato in vesperam calescit; mediâ nocte fervida exæstuat; quoque propius mox vergit ad lucem, multum ex nocturno calore decrescit.* Meminére ejusdem fontis Plinius lib. II. cap. CIII. Solinus cap. XXIII. De hoc quoque fonte Lucretius lib. VI:

Esse apud Hammonis fanum fons luce diurnâ
Frigidus: at calidus nocturno tempore fertur.

Et Ovidius XV. Metamorph.

--- Quid? non & lympha figuras
Datq; capitq; novas: medio tua, corniger Ammon,
Vnda die gelida est. ortuq; obituq; calescit.

Quomodo Ammonis oraculum consuli solebat, idem memorat Curtius dicto loco; *Hunc*, (de umbilico loquitur, in cujus similitudinem imago Ammonis effigiata erat,) *cùm responsum petitur, navigio aurato gestant sacerdotes; multis argenteis pateris ab utroq; navigii latere pendentibus. sequuntur matronæ virgineq; patrio more inconditum quoddam carmen canentes, quo propitiari Iovem credunt, ut certum edat oraculum.*

Iupiter

Iupiter modo imberbis statuitur.] Pausanias in Eliacis: Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος Ζεὺς οὐκ ἔχων πω γένειον. Apud Fulvium Ursinum de Famil. Roman. in quodam Pansarum familiæ denario cernitur Jupiter imberbis, cum inscriptione JOVIS. AXUR. C. VIBIUS. C. F. C. Ubi *Axur* dicitur qui vulgò Virgilio VII. Æneid. Servioque, ibidem, *Iupiter Anxurus*. Sed haut dubiè utrobique *Axurus* rescribendum, ut Ursino jam monitum. Ab α nimirùm privativo & ξυρὸς. Scaliger quoque ad Festum *Axur* probat, pro antiquissimi Volscorum oppidi nomine; Quod & apud Horatium lib. I. Sat. V. restituendum. Ubi Interpres, qui vulgò Acron audit, *Anxur* (lege *Axur*) *autem dicimus, quia ibi imberbis Iupiter colitur.* Eadem vox & Martiali reddenda lib. V. Epigr. I:

Sanè salutiferis candidus Axur aquis.

Modo barbatus locatur.] Lucianus de Sacrificiis: Οἱ δὲ οὐκ οἶδ' ὅπου ἰδόντες, ἀναπλάσσουσι γενειήτην μὲν τὸν Δία.

Capitolinus.] Meminit hujus Inscriptio vetus in corpore Gruteriano pag. XVIII:

JOVI. CAPITOL
MARTI. ET. FORTUNÆ
ALIISQ. DIS. CONSERVAT
DOMUS. AUG

IMP. CÆSARIS. DIVI. F
AUGUSTI. PONT. MAX

VOTO. SUSCEPTO

L. DOMITIUS. MAXIMUS
. . . . . .
. . . . . .
S. P. P.

Uti & alia pag. CCCXXXII. N°. 3. Huic verò Jovi Capitolino proprium erat cognomen OPTIMI MAXIMI. Cicero pro Domo suâ: *Quocirca te Capitoline, quem propter beneficia populus Rom.* Optimum, *propter vim* Maximum *nominavit.* Hinc apud Livium lib. XXII. Capitolium templum *Iovis Optimi Maximi* dicitur. Et lib. III. Augustissima domus *Iovis Optimi Maximi.* Itē lib. XXVIII. in

in Saguntinorum legatorum oratione, *Iupiter Optimus Maximus* preses Capitolinæ arcis nuncupatur. Sic Plinius lib. XXVII. cap. II, post Hetruriæ vates consultos de capite humano invento in delubro Tarpeio, hoc est, Capitolino, pronuntiatum fuisse refert: *Hic templum* Iovis Optimi Maximi *futurum est.*

Cum Latiaris cruore perfunditur.] Placabitur enim sanguine humano. Lactantius lib. I. cap. XXI: *Nec Latini quidem hujus immanitatis expertes fuerunt. Siquidem Latiaris Iupiter etiam nunc sanguine colitur humano.* Athanasius contra gentes: Καὶ οἱ πάλαι δὲ Ῥώμαιο τὸν καλούμενον Λατιάριον διὰ ἀνθρωποθυσίας ἐθρήσκευον. Sic Porphyrius περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, lib. II: ἀλλ' καὶ νῦν τίς ἀγνοεῖ κατὰ τὴν μεγάλην πόλιν τῇ τοῦ Λατιαρίου Διὸς ἑορτῇ σφαζόμενον ἄνθρωπον; Prudentius contra Symmachum lib. I:

Arguere incassum jam Taurica sacra solemus:
Funditur humanus Latiari in munere sanguis.

Jovis Latiaris meminêre etiam Cicero pro Milone. Livius lib. XXI. Lucanus lib. I. Plinius lib. XXXIV. cap. VII. Fest. in verbo *Oscillum.* Dion. Halicarnas. lib. IX. Dio lib. XLIII. aliique.

Cum Feretrius non auditur.] Optimè feceris, si legas *non aditur,* capiasque, quomodo explicaverit Doctissimus Rigaltius.

Erigone suspensa de laqueo est, ut virgo inter astra agnita sit.] Nonnus lib. XLVII. Dionys. de Erigone;

--- Μαινομένη δὲ
Εἰς φυτὸν ὑψικάρηνον ἀνέδραμεν· ἀμφὶ δὲ δένδρῳ
Ἀγχονίῳ σφίγξασα περίπλοκον αὐχένα δεσμῷ
Αὐτοφόνῳ στροφάλιγγι μετάρσιος ὤλετο κούρη,
Καὶ θάνε. ---

Et paullò pòst:

Ζεὺς δὲ πατὴρ ἐλέαιρεν, ἐν ἀστερόεντι δὲ κύκλῳ
Ἠριγόνην στήριξε λεοντείῳ παρὰ νώτῳ.
Παρθενικὴ δ' ἄγραυλος ἔχει στάχυν. οὐ γὰρ ἀείρειν
Ἤθελεν ὄνοπα βότρυν ἑοῦ γενέταο φονῆα.

In hujus autem honorem plerique censent Athenienses instituisse festum, quod Αἰώρα dicitur; Alii tamen factum id honori alterius Erigonæ, Ægisthi & Clytemnestræ filiæ, existimant. Utramque opinionem refert Hesychius: Αἰώρα, ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἣν οἱ μὲν, ἐπὶ Τημαλέου τυράννου θύειν φασίν· οἱ δὲ, ἐπὶ Κλυταιμνήστρας καὶ Αἴγισθου· οἱ δὲ, ἐπὶ Ἠριγόνης ἀλήτιδος τῆς Ἰκάρου. Plura de hoc festo vide sis apud Clarissimum Meursium Græciâ Feriatâ.

Castores.] Sic dicti uterque frater Castor & Pollux. Unde Arnobius lib. I. & II. adversus Gentes: *Tyndaridæ Castores.* Plinius lib. X. cap. XLIII. *Supra eadem Castorum.* Et Græcis quoque uno nomine Διόσκουροι appellati sunt Διὰ τὴν ἀνδρείαν, ut loquitur Appollodorus Biblioth. lib. III. Non solos tamen Tyndaridas sic appellatos fuisse ostendit locus M. Ciceronis in III. de Nat. Deor. *Διόσκουροι etiam apud Grajos multis modis nominantur. Primi tres qui appellantur Anaces, Athenis ex Jove, rege antiquissimo, & Proserpinâ nati, Tritopatreus, Eubuleus, Dionysius. Secundi, Jove tertio nati ex Ledâ, Castor & Pollux. Tertii dicuntur à nonnullis Alco, & Melampus Emolus, Atrei filii, qui Pelope natus fuit.* Ubi notandum, quod Tullius Anaces, non Castorem & Pollucem, verùm tres illis antiquiores, Tritopatreum, Eubuleum, & Dionysium vocatos ait. Ciceronem sequitur Doctissimus Philippus Jacobus Maussacus Notis ad Harpocrationis Lexicon, atque ex hoc loco probare conatur, festum Ἀνακεῖα, uti & templum Ἀνακεῖον, Athenis dictum, propriè in honorem Dioscurorũ, non Castoris & Pollucis, ut hactenus omnes existimaverant, sed trium priùs nominatorum, illisque antiquiorum, fuisse. Hi enim soli Anaces dicti; ac, cùm mentio de Ἀνακείῳ apud Auctores reperitur, templum Anacum, Tritopatrei nimirum, Eubulei & Dionysii intelligendum. Hæc quidem Maussaci mens; cui tamen calculum meum huc usque adjicere nequivi. Videtur enim conjectura ejus præcipuè niti verbis Ciceronis, quibus Anaces dicuntur tres illi Tyndaridis antiquiores. Huic verò sententiæ refragatur Plutarchus in Theseo. ubi de Castore & Polluce ait: Τιμὰς ἰσοθέους ἔσχον Ἄνακες προσαγορευθέντες. *Divinos honores consecuti, qui Anaces dicti.* Quod & Tzetzes in Lycophronem affirmat. Item Theodoretus lib. VIII. Græcanicarum affectionum: Καὶ μέν τοι, καὶ Τυνδαρίδας θεοὺς ἐκάλεσαν Ἕλληνες, καὶ Διοσκούρους ὀνόμασαν, καὶ Ἐφεσίους, καὶ Ἄνακας· καὶ τεμενῶν οὐκ ἐν Σπάρτῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἀθήναις, τούτους ἠξίωσαν. Ex his videmus Castorem & Pollucem quoque Anaces nuncupatos, ita, ut nihil minus statuendum, quàm, cùm mentio festi Ἀνακείων, vel templi Ἀνακείου apud scriptores fiat, eorum verba semper de festo, sive templo Dioscurorum Tritopatrei, & aliorum à Cicerone recensitorum, capienda esse. Sed ut potiùs dicamus, Ciceronem hâc in re à receptâ sententiâ recessisse, cùm Anaces appellat, non Tyndaridas, sed ex Jove & Proserpinâ natos. Hæc ita breviter dicenda erant. Sed unde nomen illud *Anacum*? Num ex Ebræo ענקים *Anakim*? Sic enim illis dicun-

tur

tur viri principes & strenui, qui genus ducerēt ab ענק *Anak*, gigante celebri. Unde Moses Num. cap. XIII. com. ult. ושם ראינו את הנפילים בני ענק: *Vidimus ibi gigantes è filiis Anac.* Et Josuæ cap. XI. com. XXI: ויכרת את הענקים: *Et exscidit Anacinos.* Et com. XXII: לא נותר ענקים: *Nullus Anacinorum superfuit.* Sic cap. XIV. com. XV: ושם חברון לפנים קרית ארבע האדם הגדול בענקים הוא והארץ שקטה ממלחמה: *Nomen autem Chebronis antea fuerat Ciriath-Arba; Is homo maximus inter Anacinos fuit; tū terra quieta fuit à bello.* Ubi haut satis liquet, an maximus corporis staturā, an verò dignitate, imò an utroq;, intelligatur. De dignitate saltē non de nihilo est, quòd ab eo urbs nomen acceperit. Ita Josuæ cap. XV. com. XIII. ולכלב בן יפנה נתן חלק בתך בני יחודה אל פי יהוה ליהושע את קרית ארבע אבי הענק היא חברון: *Et Calebo filio Iephunnæ dedit* (Jehoschua) *partem inter filios Iudæ, sicut præceperat Dominus Iehoschuæ, urbem Arba patris Anak, illa est Chebron.* Potuit enim fieri, ut qui Græcis Ἄνακες, descenderint ab Anacim Palestinæ, ibiq́ue, postquam à Josuâ profligati, concesserint. Quòd enim communior hæc vox Græcis olim fuerit, pluresque eo nomine appellati, nullus dubito. Unde etiam Ciceronis adducta verba accipi possent, dum Anaces quoque vocat Tritopatreum, Eubuleum & Dionysium. Quia scilicet fuêre principes illustres. Arguit etiam vocabulum Ἄνακτες, quod inserto τ, ex Ἄνακες factum. Unde & Tyndaridæ Ἄνακτες appellati. Sicq́ue olim Cypriorum regum liberi & fratres vocabantur, teste Athenæo in VI. & Harpocratione; qui & laudat testem Aristotelem lib. de Rep. Cypriorum.

Castores alternis moriuntur, ut vivant.] De hac alternatione Castoris & Pollucis, Virgilius Æneid. VI:

Si fratrem Pollux alternâ morte redemit.

Et Ciri:

Illi etiam alternas sortiti vivere luces
Tyndaridæ.

Pindarus quoque Pyth. Od. XI:

--- καὶ Κάστορος βίαν,
σέ τε ἄναξ Πολύδευκες, υἱοὶ θεῶν,
Τὸ μὲν παρ' ἆμαρ ἕδραισι θεράπνας, ἔνδον
Τόδ' οἰκέοντας Ὀλύμπου.

Et Nem. Od. X:

Μεταμειβόμενοι δ' ἐναλ-
λαξ, ἁμέραν τὰν μὲν παρὰ πατρὶ φίλῳ
Διὶ νέμονται, τὰν δ' ὑπὸ κεύθεσι γαί-

ας, ἐν γυαλοις θεράπνας,
Πότμον ἀμπιπλάντες ὁμοῖον. Ἐπεὶ
τοῦτον, ἢ πάμπαν θεὸς ἔμ-
μεναι, οἰκεῖν τ' οὐρανῷ,
ἕλετ' αἰῶνα, φθιμένου Πολυδεύκης
Κάστορος ἐν πολέμῳ.

Etiam Homerus Odyss. λ:

Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα:
Τοὺς ἄμφω ζωοὺς κατέχει φυσίζεος αἶα.
Οἳ καὶ νέρθεν γῆς τιμὴν πρὸς Ζηνὸς ἔχοντες,
Ἄλλοτε μὲν ζώουσ' ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ' αὖτε
Τέθνασιν, τιμὴν δὲ λελόγχασιν ἶσα θεοῖσι.

Quod ideò fingitur, quia, ut ait Servius, horum stellæ, hoc est, sidus Geminorum, ita se habent, ut occidente unâ, oriatur altera. Macrobius tamen Saturnal. lib. I. cap. XXI, uti alios Deos omnes, ita etiam hos ad Solem referre amat, cum ait: *Gemini autem, qui alternis mortibus vivere creduntur, quid aliud nisi Solem unum eundemq; significant, modò descendentem in ima mundi, modò mundi in summam altitudinem resurgentem?*

Æsculapius ut in Deum surgat fulminatur.] Tertullianus Apologetico cap. XIV: *Est de Lyricis (Pindarum dico) qui Æsculapium canit avaritiæ merito, quia medicinam nocenter exercebat, fulmine vindicatum.* Locus, quem Tertullianus innuit, haut dubiè est, qui exstat hodiè Pyth. Od. III:

Ἀλλὰ κέρδει καὶ σοφία δέδεται.
Ἔτραπε κἀκεῖνον (Ἀσκλαπιὸν) ἀγάνορι μι-
σθῷ χρυσὸς ἐν χερσὶν φανεὶς,
ἄνδρα ἐκ θανάτου κομίσαι,
ἤδη ἁλωκότα. χερ-
σὶ δ' ἄρα Κρονίων
ῥίψαις δι' ἀμφοῖν, ἀμποὰν
στέρνων καθελὲν
ὠκέως: ἐνέσκηψε μόρον.

Hercules, ut hominem exuat, Oetæis ignibus concrematur. Apud Senecam in Hercule Oetæo, ad matrem plangentem sic loquitur Hercules:

--- quicquid in nobis tui
Mortale fuerat, ignis injectus tulit:
Paterna cœlo pars data est, flammis tua.

Vibius

Vibius Sequester in De montibus, de loco, ubi Hercules se in pyram conjecit. *Oëtha*, inquit, *mons Thraciæ, ubi Hercules combustus.* Arnobius lib. IV. ex Plutarcho ait: id factum esse post comitialis morbi ruinas; unde & iste morbus ab Aristotele in Problematibus *Herculeus* vocatur. Porrò de Herculis morte vide sis Mythologos, Hyginum Fab. XXXVI. Apollodorum lib. II. Servium ad Ecl. VIII. & VIII. Æneid. E nostris etiam referunt Lactantius lib. I. cap. IX. Augustinus de C. D. lib. XVIII. cap. IV. Firmicus de E. P. R. aliique.

Carminibus præcipuè poëtarum, qui plurimum quantum veritati ipsâ suâ auctoritate nocuêre.] Sic Lactantius lib. V. cap. I: *Poëtæ pernicioſi sunt; quòd incautos animos facilè irretire possunt suavitate sermonis, & carminum dulci modulatione currentium.* Pindarus quoque de Poëtarum figmentis, Olymp. Od. I. ait:

Ἦ θαυματαὶ πολλαὶ,
καὶ πῃ καὶ ϗ βροτῶν φρένας,
ὑπὲρ τὸν ἀληθῆ λόγον,
ποικιλόφρονες ψεύδεσι ποικίλοις
ἐξαπατῶνται μῦθοι:
Χάρις δ', ἅπερ ἅπαντα τεύ-
χει τὰ μείλιχα θνατοῖς,
θελκτῆρα τιμὰν ἑᾷ,
καὶ ἄπιστον ἐμήσατο πιστὸν
ἔμμεν αὐ τὸ πολλάκις.

Et Nem. Od. VII. de Ulysse, cujus gesta Homeri carminibus longè supra modum fidemque elata, inquit:

Ἐγὼ δ' ἁλιτόν' ἔλπομαι
λόγον Ὀδυσσέως, ἢ πάθεν,
ἀλλὰ σὺν ἀδυεπεῖ χρυσοφόρμιγγος Ὁμήρου.
Ἐπεὶ ψεύδεσιν οἱ πανάγε μηχαναῖ
στεμνὸν ἔπεσί τε: σοφία δ'
κλέπτει παράγοισα μύθοις. ---

Quàm præclaram autem subjungit sententiam!

--- Τυφλὸν δ' ἔχει
ἦτορ, ὅμιλον ἀνδρῶν ὁ πλείονα. ---

Homerum inclytum laudatum & coronatum.] And. Schottus, Nodor. Ciceronian. lib. III. cap. XI. pro *laudatum*, etsi hoc non planè spernit, reponit *lautum*, sive *lavatum*, & exaudit unctum. Vel etiam legit, *inclytum lanâ tum coronatum.* Quia nimirum legitur. Pag. 24.

Homerum lânâ coronatum à Platone è suâ Repub. ejectum fuisse. Utrumque ingeniosum est; & alterutrum, nisi contra MS. fidem esset, posset admitti. Jam verò, quia nec necessitas, nec ratio urget, ut *laudatum* immutemus, præstat illud retinere. Adi tamen, si tanti videatur, ipsum Schottum, ubi fusiùs conjecturam hanc suam comprobare nititur.

E civitate ejecit.] Quare autem ejecit? an ut ita unumquemque ab Homeri lectione arceret? Minime. Sed ut imperitum vulgus, quod exteriorem tantùm Fabularum corticem respiciebat, neque fructum, qui sub hisce symbolis latebat, perspicere poterat. Sapientibus enim, poëtas ut legerent, ipse, studiosè eos legendo, &, quod ad dictionem, Naturæque mysteria ibi latentia, in scriptis suis imitando, suo præibat exemplo.

Hic eorum paria composuit.] Propriè loquitur: Sermo tractus à Gladiatoribus, qui postquam in Arenam deducti, paria inter se componi dicebantur. Horatius lib. I. Sat. VIII:

--- Bruto prætore tenente
Ditem Asiam, Rupili, & Persi par pugnat, uti non
Compositus melius cum Bitho Bacchius.

Petronius: *Ego sic jam paria composueram, ut si depugnandum foret, ipse cum Quartillâ consisterem, Ascyltos cum ancillâ, Gniton cum virgine.* Plinius de occultâ animalium discordiâ, lib. VIII. cap. XII: *Quam quis aliam tantæ discordiæ caussam attulerit, nisi naturam, spectaculum sibi ac paria componentem.* Seneca Pater lib. III. Controvers. I: *Componis in domo par.* Ita de Gladiatorum compositione Cicero lib. II. ad famil. Epist. VIII: *Quid? tu me hoc tibi mandâsse existimas, ut mihi gladiatorum compositiones, ut vadimonia dilata, & Chresti compilationem mitteres?* Lucilius: *Cum Placidiano hic componitur.* Ausonius:

Quis Myrmilloni componitur? æquimanus Thrax.

Etiam Comparare dicebantur. Unde illud Terentii Adelph. Act. II. Sc. II:

--- nunquam vidi iniquius
Concertationem Comparatam, quam hæc hodie inter nos fuit.

Ad quem locum Donatus: COMPARATAM, *ad dictum Syri refert; qui ait concertationem fuisse,* PARES FACIENS *Æschinum & Lenonem.*

Sarpedonem &c. cruentis imbribus flevisse.] Clemens Alexandrinus Admonit. ad Gentes: Κεκράτηται τὸ θέλημα τοῦ Διὸς, καὶ ὁ Ζεὺς ὑμῖν διὰ Σαρπηδόνα οἰμώζει νενικημένος.

Loro

Loro Veneris illectum.] Cesto. Hujus elegans descriptio est apud Homerum Iliad. ξ.

--- ὑπὸ στήθεσφιν ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα
Ποικίλον. ἔνθα δέ οἱ θελκτήρια πάντα πέτυκτο.
Ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαρισὺς.

Ab hoc cesto in adagio dicitur κέστε μαγώτερον, *Cesto pellacius*, de rebus, quæ magnoperè animum illecebris suis delinire possunt.

Flagrantiùs quàm in adulteras solet, cum Iunone uxore concumbere.] Fortasse scripserat Minucius *cum Iunone sorore.* Et ut ita suspicer, movet me Tertulliani locus Apolog. cap. XIV. unde noster, eodem ferè ordine, omnia, quæ hîc de Dis recenset, commenta hausit. Ibi autem Tertullianus inquit: *Nunc fœdè subantem in sororem sub commemoratione non ita dilectarum jam pridem amicarum.* Nihil tamen affirmo, ita ut, si quis vulgatam mordicùs retinere mavult, per me liceat.

Hercules stercora egerit.] Hyginus fab. XXX.

Apollo Admeto pecus pascit.] Hujus pastoricii muneris præter ab aliis indicatos meminêre etiam Orpheus in Argonaut. Homerus Iliad. β. & φ. Pindarus Pyth. Od. IX. Callimachus Hymno in Apoll. Euripides Alcestide. Q. Smyrnæus lib. III. παραλ. Apollonius Rhodius IV. Argonaut. Coluthus de Raptu Helenæ. Pausânias lib. VII. Diodorus Sicul. lib. V. Plutarchus in Numâ. Lucianus de Sacrificiis. Clem. Alexandr. προτρεπτ. Virgil. III. Georg. Ovid. II. Metamorph. Tibullus lib. II. Eleg. III. & l. III. El. IV. Lucanus lib. VI. Hygin. Fab. L. Val. Flaccus I. Argon. Macrob. lib. I. Saturn. cap. XVIII. Arnobius lib. IV. Augustinus de C. D. lib. XVIII. cap. XIII. Sidonius Narbonæ, aliique, quos tædet referre. Videtur autem fabula hæc ex historiâ petita. Rex Arcadiæ, cujus nomen honoris causâ nos ignorare voluerunt veteres, ob imperium minus tolerabile, nimisque durum, regno suo expulsus, refugium suum conceperat ad Admetum Thessaliæ regem; Qui, infortunii ejus misertus, imperium ei commisit in populum ad amnem Amphrysum commorantem. Atque ita fuit pastor nuncupatus, uti ab Homero τεγες ποιμένες λαῶν vocantur. Maluit autem antiquitas verum nomen regis sub Apollinis, quàm alio nomine occulere; Apollini enim physicè, quatenus est Sol, cujus beneficio animata omnia nutriuntur & aluntur, pastorum principis nomen optimè convenit: unde & Νόμιος dictus.

Laome-

Laomedonti verò muros Neptunus instituit.] Cave tu, Tiro, ne velis hoc referre ad Neptunum, quem suprà Noë filium diximus. multò enim hunc Trojani muri conditorem, illo juniorem esse, ex temporum ratione liquet. De Neptuno verò, qui cum Apolline, in Trojâ exstruendâ Laomedonti operam locâsse dicitur, maximè arridet opinio eorum, qui (verba sunt Eusthathii ad Iliad. Φ.) οὐκ αὐτὸς μισθοῦ φασὶν, ἀλλὰ ἱερᾶ κειμήλια δαπανᾶσθαι εἰς ἀνέγερσιν τοῦ Ἰλίου, *non eos mercede serviisse aiunt, sed sacram pecuniam, ac quæ pretiosa numinis forent, impendisse muris exstruendis.* Idque de quodam Neptuni sacerdote interpetremur, qui è sacro templi, quod Neptuno dicatum erat, thesauro, Laomedonti præbuerat ad muros condendos, eâ conditione, ut muris exstructis, Laomedon illud restitueret. Quod, cùm ab eo non præstitum fuerit, dici potest fraudâsse eo Neptunum. Atque hoc sit, quod dicatur Neptunum mercedem conductam à Laömedonte haud accepisse.

Martis & Veneris adulterium deprehensum.] Hygin. Fab. CXLVIII. Nonnus V. Dionys. Fulgentius II. Mytholog. Lutatius ad III. Thebaid. Arnobius lib. IV. Tertullianus Apologet. cap. XIV. alii.

Vt judiciis hominum quædam auctoritas pararetur.] Al. *Vt vitiis hom. q. a. p.*

Veritas obvia, sed requirentibus.] Cyprianus contra Demetrianum: *Quærentibus atque intelligentibus veritatem facilis accessus est.*

Cassius.] Intellige Cassium Heminam, qui historiam suam auspicatus fuit à priscis Italorum rebus, quæ urbis natalem antecedunt, eamque perduxit usque ad sua tempora. Vixit autem ille, ut testis est Censorinus, Cn. Cornelio Lentulo, & L. Mummio Achaico Coss. anno Urbis IↃCVIII. Subscribo itaque conjecturæ Magni Vossii, cùm lib. I. de Historicis Latinis, cap. XXI. in hisce Tertulliani verbis, Apologet. cap. X. *Saturnum itaque, quantum literæ docent, neque Diodorus Græcus, aut Thallus, neque Cassius Severus, aut Cornelius Nepos; neque ullus commentator ejusmodi antiquitatum, aliud, quàm hominem, promulgaverunt.* Cùm, inquam, in hisce verbis, *Severi* nomen, ut glossema ab imperito librario irreptum, expungit. Omninò enim illud credere præstat, quàm Tertullianum memoriæ lapsu, Cassium Heminam, Cassiumque Severum confudisse. Et admodum ei quoque favet, quòd Minucius, qui Tertullianum hâc de re exscripsit, cognomen hoc omiserit. Idemque faciat Lactantius, idem argumentum tractans, lib. I. cap. XIII. Vide sis plura de Cassio Heminâ, apud eundem Vossiũ lib. I. cap. VII. *Thallus.*]

Thallus.] Thallus Syriacam historiam diligenter tractavit, ut auctor est Africanus apud Eusebium de Præpar. Euangel. lib. x. cap. III. Item Eusebius lib. I. χρονικῶν.

Saturnus.] Ex Ebræo סתר *Latuit*, *Abscondit se*, ita ut Saturnus idem sit ac *Latius*, unde terra Saturnia, dicta etiam *Latium*. In Saturno autem videntur veteres primum hominem Adamum parentem omnium adumbrâsse. Omnia enim quæ de Saturno fingunt, optimè ad Adamum referri possunt. Ita aurea sub Saturno ætas, quàm belle ea convenit primi hominis statui ante lapsum! Audiamus Ovidium I. Metamorph. eam depingentem:

Aurea prima sata est ætas, quæ, vindice nullo,
Sponte suâ sine lege fidem, rectumq; colebat.
Pœna metusq; aberant. ---

Paullò pòst:

Nondum præcipites cingebant oppida fossæ:
Non tuba directi, non æris cornua flexi,
Non galeæ, non ensis erat. ---

Quibus subjungit:

Ipsa quoque immanis, rastroq; intacta, nec ullis
Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus:
Arbuteos fœtus, montanaq; fraga legebant.

Et:

Ver erat æternum, placidiq; tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos sine semine flores:
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat.

Hæc tam congrua primi hominis ætati, non potuit aliter fieri, quin ex traditione aliquâ hauserint poëtæ. Sic etiam imperium, quod primus obtinuit Saturnus, satis commodè respondet imperio illi, quod primus in terrâ habuit Adamus; cùm ei, & uxori, Deus dixisset, ומלאו את הארץ וכבשה ורדו בדגת הים ובעוף השמים ובכל חיה הרמשת על הארץ: *Et implete terram, eamq; subjicite; & dominamini in pisces maris, & in volucres cœli, & omnes bestias, quæ reptant super terram,* ut habetur Genes. cap. I. com. XXVIII. Verùm, uti Adamus non diu dominium hoc obtinuit, sed paradiso expulsus, ejus primæva felicitas finita fuit; ita & Saturnus imperio excidit, regnoque exactus: atque ita finem habuit aurea illa poëtarum ætas. Dicitur quoq; Saturnus primus inveniisse & docuisse agriculturam. Unde & cum falce fingebatur, & Latinæ linguę tantùm gnari Saturnum à satu sic dictum volebant. Aurelius Victor de origine gentis Ro-

manæ. *Iſq;* (Saturnus) *primus agriculturam docuit*. Plutarchus Queſt. Roman. XLI: καρπῶν ἀρετῆς ἡ γεωργίας ἡγεμὼν ὁ θεὸς, ἡ δὲ ἀρετὴ τοῦτο σημαίνει. Adam, paradiſo exactus, primus fuit agricola, atque ab eo agricultura ad poſteros pervenit. A D. Euangeliſtâ Lucâ cap. III. com. ult. Adamus vocatur υἱὸς τοῦ θεοῦ, quia nimirum non alium agnoſceret patrem quàm cœleſtem. Cœli etiam filius dicitur Saturnus fuiſſe. Sed præter Adami etiam in Saturno reliquiæ quædam patriarchæ Noë nobis conſervatæ ſunt. Noachus tres habuit filios, qui orbem inter ſe diviſerunt. Idem & fecêre tres Saturni filii. Geneſ. cap. IX. com. XX. de Noë legitur: ויחל נח איש האדמה ויטע כרם: *Et cœpit Noe eſſe vir terræ* (hoc eſt, Agricola) *& plantavit vineam*. Saturnus quoque agriculturam exercuit, ut ſupra jam diximus. Sed & Saturno vinearum cultus tribuitur. Sic apud Plutarchum in Parallelis de Saturno legitur, quòd Icario tradidit τρόπον τῆς τοῦ οἴνου πόσεως καὶ τὴν ἀμπέλου. Servius in VIII. Æneid. de Jano ait: *Quem cùm docuiſſet Saturnus uſum vinearum, &c.* Sed pluribus perſequitur hoc Doctiſſ. Bochartus lib. I. cap. I. part. prior. Geographiæ Sacræ; quem haud pigeat adire.

Pag. 25. *Terræ filios.*] Quintilianus lib. III. cap. VIII. *Multùm auctoritatis adfert vetuſtas, ut iis qui terra dicuntur orti.* Livius lib. I. *Deinde ne vana urbis magnitudo eſſet, adjiciendæ multitudinis cauſſâ, vetere conſilio condentium urbes, qui obſcuram atque humilem conciendo ad ſe multitudinem, natam è terrâ ſibi prolem ementiebantur.*

Otioſum eſt ire per ſingulos &c.] Tertullianus Apologet. cap. X: *Otioſum eſt etiam titulos proſequi.*

Probata mortalitas.] Hoc eſt, quòd homines fuerint. *Mortalitas*, pro ipſis hominibus. Ita etiam Arnobius lib. II: *Infelix & miſeranda mortalitas.* Et lib. IV: *Et audetis poſt iſta mirari, unde oriantur hæc mala, quibus inundatur, & premitur ſine ullâ intermiſſione mortalitas.* Sic Plinius ea voce utitur lib. II. cap. VIII. & lib. VII. cap. XL.

Iuba Mauris volentibus Deus eſt.] Mauris enim Reges ſui pro numine fuerunt. Cyprianus de Vanitate gentium: *Mauri manifeſtè reges colunt, nec ullo velamento hoc nomen prætexunt.* Lactantius lib. I. cap. XV: *Hâc ſcilicet ratione &c. conſecraverunt & Mauri reges ſuos.* Præ aliis autem Juba cultus à Mauris videtur, cùm nomen ejus apud auctores expreſſum invenitur; vel etiam fortè Jubæ nomen quaſi commune regum Maurorum fuit, uti Pharaonum, vel Ptolemæorum in Ægypto. Magna autem affinitas eſt inter nomen, *Iuba*, & τετραγράμματον יהוה, ſic ut litteris contractis ex hoc formatum videatur.

Et

Et divi ceteri reges qui consecrantur.] Non soli tantùm reges, verùm etiam Cæsares consecrati. Primus Cæsarum hunc honorem consecutus est Julius, idque ab Augusto. De quo sic Suetonius in Julio: *Periit sexto & quinquagesimo ætatis anno, atq; in deorum numerum relatus est, non ore modò decernentium, sed & persuasione vulgi. Siquidem ludis, quos primos consecratos ei hæres Augustus edebat, stella crinita per septem dies continuos fulsit, exoriens circa undecimam horam. Creditumq; est, animam Cæsaris in cœlum recepti: & hâc de caussâ simulacro ejus in vertice additur stella.* Hinc Augustum in Juliani Cæsaribus Silenus appellat κοροπλάστην, *puparum effectorem.* Rationemque addit. ἦ γὰρ οὐκ ἔπλαττες ἡμῖν, ὥσπερ ἐκεῖνοι τὰς νύμφας, ὦ Σεβαστὲ, θεοὺς, ὧν ἕνα καὶ πρῶτον τουτονὶ Καίσαρα. Ita quoque de eo Manilius lib. IV:

Iam facit ipse Deos, mittitq; ad sidera numen
Majus, & Augusto crescit sub principe cœlum.

Post eum Augustus ipse, de quo Tacitus Annal. I: *Sepulturâ more perfectâ, templum & cœlestes honores decernuntur.* De Augusto, atque aliis pariter post Augustum consecratis, Plinius sic in Panegyrico: *Dicavit cœlo Tiberius Augustum; sed ut majestatis numen induceret; Claudium Nero, sed ut invideret. Vespasianum Titus, Titum Domitianus; sed ille, ut Dei filius, hic frater ut videretur. tu sideribus patrem* (Nervam) *intulisti.* De Antonino Pio Julius Capitolinus: *Cum jucunditate à Senatu Divus appellatus est, cunctis certatim admittentibus.* Item de M. Antonino Philosopho: *Deinde cum gratias ageret Senatui, quòd fratrem consecrâsset.* Sic quoque de Ælio Helvio Pertinace: *Per Senatum & populum Pertinax in Deos relatus est.* Longum nimis esset ire per singulos. Catalogum eorum exhibet Onuphrius Panuinus lib. II. Fastorum. De hujusmodi autem Dis illud est Neronis apud Tragicum in Octavia:

Stultè verebor, esse cùm faciam Deos.

Quibus verò ritibus & cerimoniis Romani Cæsares suos in Deorum numerum referre solebant, qui nôsse velit, adeat rem omnem exactè & eleganter describentem Herodianum lib. IV. Ex parte etiam indicabit Dio lib. LVI. in Augusti consecratione. Imò etiam Augustæ divinos obtinuêre honores. De Liviâ Augusti Cæsaris conjuge à Claudio consecratâ Dio lib. LX: τήν τε τήθην τὴν Λιουίαν οὐ μόνον ἵππων ἄγνωσιν ἐτίμησεν, ἀλλὰ καὶ ἀπηθανάτισεν, ἄγαλμά τε τὶ ἐν τῷ Αὐγουστείῳ ἱδρύσας, καὶ τὰς θυσίας ταῖς ἀείπαρθένοις ἱεροποιεῖν προστάξας. Et Suetonius in Claudio: *Aviæ Liviæ divinos honores & Circensi*

censi pompâ currum elephantorum Augustino similem decernendum curavit. In nummo quoque veteri visitur alterâ parte Augustus capite radiato, & ante pedes ara, cum hâc inscriptione: DIVUS. AUGUSTUS. PATER. alterâ autem adversâ parte, carpentum, cui additi duo muli, &: S. P. Q. R. DIVÆ. JULIÆ. AUGUSTI. FIL. Vocatur verò Augusti filia, quia C. Julius Cæsar Octavianus, adoptatam filiæ loco habuit. Fuit autem Livia consecrata habitu & nomine Junonis. Prudentius lib. 1. adversus Symmachum:

Adjecêre sacrum fieret quo Livia Iuno,
Non minus infamis thalami sortita cubile,
Quàm cum fraterno caluit Saturnia lecto.

Eodem etiam honore affecta est Faustina Antonini Philosophi uxor; de quâ sic Capitolinus in ejus vitâ: *Divam etiam Faustinam à Senatu appellatam gratulatus est.* Nec is honor tantum Imperatorum conjugibus tributus, sed etiam ad alias è domo Augustâ dilatus est. Drusillla enim soror Caii Caligulæ, primò L. Cassio, posteà M. Æmilio Lepidi nupta, à fratre eo donata est. Imò non defuit Livius Geminius vir Senatorii ordinis, qui juramento asserebat, se Drusillam vidisse in cœlum ascendentem ac cum Diis conversantem; perniciemque sibi liberisque suis imprecabatur, si falleret; quam in fidem Deos, ipsamque in his Drusillam, testes vocabat: ac ob hoc juramentũ donatus est decies sestertiûm, ut auctor nobis Dio lib LIX. cujus verba: Λίουιός τε Γεμίνιος βουλευτὴς ἔς τε τὴν οὐρανὸν ἀναβαίνουσαν καὶ τοῖς θεοῖς συγγιγνομένην ἑωρακέναι ὤμοσεν, ἐξώλειαν ἑαυτῷ καὶ τοῖς παισὶν, εἰ ψεύδοιτο, ἐπαρασάμενος, τῇ τε τῶν ἄλλων θεῶν ἐπιμαρτυρίῳ καὶ τῇ αὐτῆς ἐκείνης. ἐφ' ᾧ πέντε καὶ εἰκόσι μυριάδας ἔλαβε. Et quemadmodum Livia, habitu & nomine Junonis, sic Drusilla consecrata Veneris, cognomento Pantheæ. Dio ibidem: Καὶ οἱ τάτε ἄλλα, ὅσα τῇ τε Λιουίᾳ ἐδέδοτο, ἐψηφίσθη, καὶ ἵνα ἀθανατισθῇ, καὶ εἰς τὸ βουλευτήριον χρυσῆ ἀνατιθῇ, καὶ ἐς τὸ τῇ ἀγορᾷ Ἀφροδίσιον ἄγαλμα αὐτῆς ἰσομέτρητον τῷ τῆς θεοῦ ἐπὶ ταῖς ὁμοίαις τιμαῖς ἱερωθῇ. Et paullò pòst: Τότε οὖν Πάνθεά τε ὠνομάζετο; καὶ τιμῶν δημοσίων ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν ἠξιοῦτο. Haut absurdè Clarissimus Lipsius huc refert priscam hanc inscriptionem:

VENERI. CÆLESTI
AUGUSTÆ. SACR.
NUMMIA. C. F. DORCAS
S. P. F. C.

E domo Augusteâ, licet non Augusti, mares quoque divinos consecuti

ſecuti honores. Unde eſt illud Baſſiani Caracallæ, Severi Cæſaris filii, de fratre ſuo Geta: *Sit divus, dum non ſit vivus.* Apud Spartianum. Hæc quidem de domo Auguſteâ; ſed quod omnium ſpurciſſimum eſt, Hadrianus Imperator non reveritus eſt Antinoum Bithynum, in deliciis ab eo habitum, aquis Nili ſuffocatum, velut numen certiſſimum, divinis ac cœleſtibus honoribus proſequi, ut eſt apud Dionem, Spartianum, Tertullianum adverſus Marcionem, Euſebium, Originem, alios. Condidit quoque Hadrianus civitatem in Ægypto, quam in ejus memoriam Antinoi cognomine appellavit, ut referunt Ammianus Marcellinus lib. xxii. Hieronym. contra Jovian. Epiſt. x. & in Vitis Scriptor. Eccleſiaſt. aliique. Hujus conſecrationis Antinoi adhuc Romæ monumentum hoc exſtat egregium:

ΑΝΤΙΝΟΩΙ
ΣΥΝΔΡΟΝΩΙ ΤΩΝ
ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΩΙ ΘΕΩΝ
Μ. ΟΥΛΠΙΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ
ΠΡΟΦΗΤΗΣ.

Atque hæc de Vetorum conſecrationibus in præſenti ſufficiant.

Ergo nec de mortuis dii, quoniam Deus mori non poſſit.] Al. *E. n. d. m. dii ſunt, q. D. m. n. poteſt.*

Si dii creari poſſent.] MS. *creare*, ut repræſentat Rigaltius. male.

Infelicis ſtipitis portio.] Horatius lib. i. Sat. viii: Pag. 26.

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum.

Et in Carmine Libero:

Sed lignum rude villicus dolavit,
Et dixit mihi, tu Priapus eſto.

Deus æreus vel argenteus &c.] Pulchra omninò ſunt, quæ habet hanc in ſententiam Arnobius lib. vi. adverſus Gentes: *Simulacra iſta, quæ vos terrent, quæque templis in omnibus proſtrati, atque humiles adoratis, oſſa, lapides, æra ſunt, argentum, aurum, teſta, lignum ſumptum ex arbore, aut commixtum glutinum gypſo: ex ornatibus fortaſsè meretriciis, aut ex muliebri mundo, camelinis ex oſſibus, aut ex Indici animalis dente, ex cacabulis, ollulis, ex candelabris, ex lucernis, aut ex aliis obſcœnioribus vaſculis congeſta, conflata, in has ſpecies ducta ſunt, atque in formas, quas cernitis, exierunt: fornacibus incocta figulinis, ex incudibus & malleis nata, tornis raſa, deſcobinata limis; ſerris, perforaculis, aſciis, ſecta, dolata effoſſa; terebrarum excavata vertigine, runcinarum levigata de planis.* Vide etiam quæ ſequuntur. Refer huc quoque illud

Prudentii in Romano Martyre:

Miror quòd ipsum non sacrâstis Mentorem,
Nec templum & aras ipse Phidias habet,
Fabri deorum, vel parentes Numinum:
Qui si caminis institissent segniùs,
Non esset ullus Iupiter conflatilis.

Quanta verò de Diis vestris animalia mutua naturaliter judicant? mures, hirundines, milvi &c. Pertinet huc illud Tertulliani Apologet. cap. XII: *Igitur si statuas & imagines frigidas mortuorum suorum simillimas non adoramus, quas milvi, & mures, & araneæ intelligunt, &c.*

Nudi crura hyeme incedunt.] De Lupercis nudè discursitare solitis, res adeò nota est, ut neminem fugiat, nisi planè hospitem in his litteris; uti & de feminis sibi obviis, & ab ipsis, pellibus in scuticas dissectis, verberatis, ut ita, sicut existimabatur, fœcundas eas redderent. Unde Juvenalis Sat. II:

Nec prodest agili palmas præbere Luperco.

Et Ovidius Fast. II:

Nupta quid expectas, non tu pollentibus herbis,
Nec prece, nec magico carmine mater eris.
Excipe fœcundæ patientis verbera dextræ,
Iam socer optatum nomen habebit avi.
Nam fuit illa dies, duræ cum sorte maritæ
Reddebant uteri pignora cara sui.

Tria autem Romæ Lupercorum collegia erant. Duo quidem antiquissima, Fabiorum nempe, & Quintiliorum; his tertium posteà additum Juliorum à C. Julio Cæsare. De quo sic Dio lib. XLIV: Ἱεροποιούς τε ἐς τὰς τοῦ Πανὸς γυμνοπαιδίας, τρίτην τινὰ ἑταιρίαν, ἣν Ἰουλίαν ὠνόμασαν. De duobus prioribus Ovidius Fast. II:

Risit, & indoluit Fabios potuisse, Remumq́;
Vincere Quintilios non potuisse suos.

Horum sacra, cùm Romæ, aliquantulum remissa, ab Augusto iterum restituta sunt, ut refert Tranquillus in ejus Vitá: *Nonnulla* inquit, *etiam ex antiquis cerimoniis paullatim abolita restituit: ut Salutis augurium, Diale flaminium, sacrum Lupercale.* Non tamen semper Luperci nudi decurrebant, sed etiam caprinâ pelle amicti. Ut est apud Justinum lib. XLIII: *In hujus radicibus, templum Lycæo, quem Græci Pana, Romani Lupercum appellant, constituit: ipsum Dei simulacrum nudum caprinâ pelle amictum est, quo habitu nunc Romæ Lupercalibus decurritur.* Unde & Ovidio *cinctuti* dicuntur Fast. lib. V:

Semica-

Semicaper coleris cinctutis Faune Lupercis.

A *cinctu* nimirum, quod genus tunicæ erat infra pectus aptatæ, teste Porphyrione ad Horatii Artem Poëticam. Et certè sic meliùs pudori consultum fuit, ut saltem subligaculo quodam pudendas corporis partes velarent.

Incedunt pileati.] Pilei Saliorum, quod illis commune cum cæteris Flaminibus, in coni formam fastigiati erant. Unde Romanis dicebantur *Apices*, à Græcis autem Κυρβασίαι, ut est apud Dionysium Halicarnass. lib. II. Antiquit. Romanar. καὶ σοῦ καλουμένους ἄπικας ἐπικείμενοι τοῦ κεφαλαῖς, πίλους ὑψηλοὺς εἰς σχῆμα συναγομένους κωνοειδὲς, οὓς Ἕλληνες προσαγορεύουσι κυρβασίας. Saliorum autem duo erant genera. Antiquissimi Palatini dicti, atque à Numâ Pompilio instituti; His alios Collinos sive Agonales nuncupatos Tullius Hostilius adjunxit. Dionys. Halicarnass. lib. dicto: οὓς (Σαλίους) αὐτὸς ὁ Νομᾶς ἀπέδειξεν ἐκ τοῦ πατρικίων, δώδεκα τοὺς εὐπρεπεστάτους ἐπιλεξάμενος νέους, ὧν ἐν Παλατίῳ κεῖται τὰ ἱερὰ, καὶ αὐτοὶ καλοῦνται Παλατῖνοι. οἱ μὲν γὰρ Ἀγωναλεῖς, ὑπὸ δέ τινων καλούμενοι Κολλῖνοι Σάλιοι, ὧν τὸ ἱεροφυλάκιόν ἐστιν ἐπὶ τοῦ Κολλίνου λόφου, μετὰ Νομᾶν ἀπεδείχθησαν ὑπὸ βασιλέως Ὀστιλίου κατ' εὐχὴν ἣν ἐν τῷ πρὸς Σαβίνους εὔξατο πολέμῳ. Aliter tamen eos Servius in VIII. Æneid. distinguit: *Duo*, inquit, *sunt genera Saliorum, ut in Saliaribus carminibus invenitur, Collini & Quirinales à Numâ instituti: ab Hostilio verò Pavorii & Pallorii.*

Scuta vetera circumferunt.] Ancilia, sive scuta ad formam Ancilis illius è cœlo, ut fertur, Numæ temporibus delapsi, ab eoque consecrati, efformata. Quæ autem ejus forma fuerit, ostendit Festus voce *Mamurii Veturii*: *Numa*, inquit, *Pompilio regnante è cœlo cecidisse fertur Ancile, id est, Scutum breve; quod ideo sic appellatum, quia ex utroque latere erat recisum; ut summum, infimumq; ejus latus medio pateret.* Nec à Festo dissentit Plutarchus in Numâ. Ἀγκύλια καλοῦσι διὰ τὸ σχῆμα, κύκλος γὰρ οὐκ ἔστιν οὐδὲ ἀποδίδωσιν, ὡς πέλτη, τὴν περιφέρειαν καὶ συνεπιστρέφουσαι τῇ πυκνότητι πρὸς ἀλλήλας, ἀγκύλον τὸ σχῆμα, ποιοῦσιν.

Mendicantes vicatim Deos ducunt.] Mos sacerdotum Magnæ Matris, ut mendicando stipem vel panem quærerent, unde & Μητραγύρται dicti. Clemens Alexandrinus Protreptico: Μένανδρος γοῦν ὁ κυνικὸς, ἐν Ἡνιόχῳ ἐν ὑποβολιμαίῳ τῷ δράματι:

Οὐδεὶς μ' ἀρέσκει περιπατῶν ἔξω θεὸς
Μετὰ γραὸς, οὐδ' εἰς οἰκίας παρεισιὼν
Ἐπὶ τοῦ σανιδίου μητραγύρτης.

Τοιοῦτοι γὰρ οἱ μητραγύρται. ὅθεν εἰκότως ὁ Ἀντισθένης ἔλεγεν αὐτοῖς μεταιτοῦσιν,

τῦσιν, ὃ τρέφω τὴν μητέρα θεῶν, ἣν οἱ θεοὶ τρέφουσιν. Quod & Isidos sacerdotes facere solitos supra monuimus. Innuit hoc quoque Tertullianus Apologet. *Non sufficimus & hominibus & Diis vestris mendicantibus opem ferre.* Augustinus etiam de hoc genus æruscatoribus, de Civit. Dei lib. VII. cap. XXVI: *Per plateas vicosq; Carthaginis etiam à populis unde turpiter viverent exigebant.* Imponebatur autem Dea asino, atque sic à mendicantibus circumvehebatur. Hinc Appulejus asinus lib. IX. *Die sequenti rursum divinis exuviis onustus, cum crotalis & cymbalis, circumforaneum mendicabulum producor ad viam.* Et eleganter Gabrias in Iambis fabulosis:

Γάλλοις ἀγύρταις εἰς τὸ κοινὸν ἐπράθη
Ὄνος τις οὐκ εὔμοιρος, ἀλλὰ δυσδαίμων,
Ὅς τις φέρῃ πτωχοῖσι καὶ πανούργοισι
Πείνης σάκος, δίψης τε, καὶ κακῆς τέχνης.
Οὗτοι δὲ κύκλῳ πᾶσαν ἐξ ἔθους κώμην
Περιόντες, ἔλεγον, τὶς γὰρ ἀγροίκων
Οὐκ οἶδεν Ἄττιν λευκὸν ὡς ἐπηρώθη;
Τίς οὐκ ἀπαρχὰς ὀσπρίων τε καὶ σίτων,
Ἁγνῶς φέρων δίδωσι τυμπάνῳ Ῥείης;

Quædam fana semel anno adire permittunt.] Pausanias de Dyndimenæ templo in Bœoticis: μιᾷ δ' ἐφ' ἑκάστων ἐτῶν ἡμέρᾳ, καὶ οὐ πέρα, τὸ ἱερὸν ἀνοίγειν νομίζουσιν. Ibidem de Eurynomes fano: Ἡμέρᾳ δὲ αὐτῇ κατὰ ἔτος ἕκαστον τὸ ἱερὸν ἀνοιγνύουσι τῆς Εὐρυνόμης, τὸν δὲ ἄλλον χρόνον οὔσφισιν ἀνοιγνύναι καθέστηκε.

Quædam in totum nefas visere.] Innuit fortassè templum Plutonis apud Eleos, quod, licet quotannis semel aperiretur, nemini tamen nisi sacrificulo introire fas esset. De quo sic Pausanias in Eliacis: Ὁ δὲ ἱερὸς τοῦ ᾅδου περίβολός τε καὶ ναὸς (ἔστι γὰρ Ἠλείοις καὶ ᾅδου περίβολός τε καὶ ναὸς) ἀνοίγνυται μὲν ἅπαξ κατὰ ἔτος ἕκαστον, ἐσελθεῖν δὲ οὐ τότε ἐφεῖται παρά γε τοῦ ἱερωμένου. Nisi capere vis de æde priscâ Neptuni Equestris, quæ juxta montem Alesium erat, à cujus aditu homines arcebantur, de quâ idem Pausanias in Arcadicis. De aliis hujusmodi templis jam nihil occurrit, nec memini me quicquam legisse.

Est quo viro non licet.] Propertius lib. IV. Eleg. IX. de Sacris Bonæ Deæ:

Femineæ loca clausa Deæ, fontesq; piandos,
Impunè & nullis sacra retecta viris.

Adeò etiam, ut non solùm viris Templum Bonæ Deæ ingredi nefas

nefas esset; sed & picturæ masculæ in templo velatæ. Juvenalis Sat. VI:

... ubi velari pictura jubetur,
Quæcunque alterius sexus imitata figuram.

Testatur & Seneca Epist. XCVII: *Submotis extra conspectum viris, ut picturæ quoque masculorum animalium contegantur.*

Qui sanguine suo libat, & vulneribus suis supplicat.] Locus, quem hic ex Lactantio adducit Elmenhorstius, nihil ad rem facit. Non enim his verbis Minucius innuit castrationem Magnæ Matris sacerdotũ; sed morem illum quo sibi brachia & lacertos ferro cruentabant. Quo de ritu sic Appulejus Milesiar. lib. VIII: *Diuq; capite demisso, cervices lubricis intorquentes motibus, crinesq; pendulos rotantes, & nonnunquam suos incursantes musculos, ad postremum ancipiti ferro, quod ferebant, sua quisque brachia dissecant.* Statius lib. X. Thebaid. Pag. 27.

Sic Phryga terrificis genitrix Idæa cruentum
Elicit ex adytis, consumptaq; brachia ferro
Scire vetat.

Tertullianus Apologet. cap. XXIV: *Archigallus ille sanctissimus sanguinem impurum lacertos quoque castrando libabat.* Prudentius Romano Martyre:

Cultrum in lacertos exserit fanaticus,
Sectisq; Matrem brachiis placat Deûm.

Cui exta sunt obscena demessa.] Ita MS. Alii legunt *testâ* quod sanè simplicius illo, quod substituit Heraldus. Fiebat enim illa Gallorum eviratio testâ Samiâ. Cujus caussam adducit Plinius lib. XXXV cap. XII: *Samiâ testâ Matris Deûm sacerdotes, qui Galli vocantur, virilitatem amputant; nec aliter citra perniciem, si M. Cælio credimus; qui linguam sic amputandam objecit gravi probro.* Potest tamen & MS. lectio retineri, si accipiatur, ut Rigaltius exposuit.

Templa omnia de manubiis.] Florus lib. I. cap. VII. de Tarquinio Superbo: *De manubiis captarum urbium Templum erexit.* Manubiæ autem propriè quid sint, & ut à prædis sive spoliis differant, docet Nonius Marcellus dum inquit: *Manubias à Præda hoc distare veteres existimarunt, ut sit Præda corpora ipsa rerum quæ capiuntur: Manubiæ verò pecuniæ ex præda vendita redactæ. Et sic apud plurimos nam & Marcum Tullium de lege Agrariâ ita sensisse voluerunt: Prædam, manubias, castra denique Cn. Pompeii.* Vide sis Agellium lib. XIII. cap. XXIII. ubi fusiùs hoc præsequitur.

Tropæa.] Tropæa quid sint declarat Varro in Bimargo: *Fuga,* Pag. 28.

inquit, *hostium Græcè vocatur τροπή: hinc spolia capta fixa in stipitibus, appellantur tropæa.* Erant propriè tropæa corpora truncа cum spoliis, qualia hodieque adhuc duo Romæ in Esquilino visuntur, proque illis habentur, quæ Mario erecta forent, de quibus Valerius Maximus lib. VI. cap. IX. Moles enim inibi est latericia, in quâ bina tropæa ex marmore, quæ corpora sunt truncа cum spoliis. Eorum alterum thorace squamoso indutum, cum clypeis & ornamentis militaribus, ante se juvenem captivum manibus ad tergum religatis, & undique alatas victorias habens: alterum armis ornatum, clypeis non usquequaque rotundis, galeis duabus, alterâ apertâ cum cono & cristis, alterâ clausâ sine cristis: in eodem inest forma chlamydis, & alia quædam vetustate minus apparentia. Interdum tamen turres, aræ, & columnæ pro tropæis fuêre. Sic Domitius Ænobarbus & Fabius Maximus, qui primi è Romanis tropæa erexere, turres statuerunt, ut refert Florus lib. III. cap. 2. *Vtriusque victoriæ quod quantumque gaudium fuerit, vel hinc existimari potest, quòd Domitius Ænobarbus, & Fabius Maximus, ipsis quibus dimicaverant locis, saxeas erexêre turres, & desuper exornata armis hostilibus tropæa fixêre; cùm hic mos inusitatus fuerit nostris.* De aris Cicero lib. XV. ad familiares: *In Amano*, inquit, *monte aræ sunt Alexandri.* Et Tertullianus de Pallio in limine: *Post trimas Pompeii aras.* Et apud Arianum lib. V. Alexander ex Indiâ rediturus aras erexisse dicitur, ὕψος μὲν τὰς μεγίστας πύργους, ὄγκος δὲ μείονας ἢ τοὺς πύργους, χαριστήρια τοῖς θεοῖς. De columnis Plinius lib. XXXIV. cap. V. dum ait L. Mænio victis Latinis, & C. Duilio Pœnis columnas positas. Manifestim Isocrates Oratione ad Philippum: τὰς στήλας τὰς Ἡρακλείους καλουμένας ἐποιήσατο, τρόπαιον μὲν τῶν βαρβάρων, μνημεῖον δὲ τῆς ἀρετῆς αὑτοῦ. Quod Herodotus etiam in Euterpe de Sesostri docet. Apud Euripidem in Phœnissis statua est pro tropæo:

Διὸς τρόπαιον ἵστασαν βρέτας.

Antiquitùs quoque arborum truncis usi rudibus, & sine arte. Æneas apud Virgilium lib. XI:

Ingentem quercum, decisis undique ramis,
Constituit tumulo, fulgentiaq; induit arma
Mezenti ducis exuvias, tibi magne tropæum
Bellipotens: aptat rorantes sanguine cristas,
Telaq; trunca viri, & bis sex thoraca petitum
Perfossumq; locis. ---

Et paullò

Et paullò pòst:

Indutosq; jubet truncos hostilibus armis
Ipsos ferre duces. ---

Juvenalis Sat. x:

Bellorum exuvia truncis affixa tropæis.

Statius Thebaid.

Quercus erat teneræ jamdudum oblita juventæ,
Huic leves galeas, perfossaq; vulnere crebro
Inserit arma ---

Clãudianus:

--- *si lætior adsit.*
Gloria, vestita spoliis donabere quercu.

Item Panegyr. 11. Stilicon.

Ditibus exsequiis tendentem ad sidera quercum.

Et lib. 1. in Ruffinum,

Festinas urgete manus, meus ecce paratur
Ad bellum Stilico, qui me de more tropæis
Ditat, & hostiles suspendit in arbore cristas.

Sidonius Panegyr. Anthem.

--- *quercusq; tropæis*
Curva tremit ---

Et panegyr. Majorani:

Ista micant clypeo, cuspis trabe surgit eburnâ
Ebria cæde virûm; propter Bellona tropæum
Extruit, ut quercum captivo pondere curvet.

Prudentius lib. 11. adversus Symmachum

Et suspensa gravi telorum fragmina trunco.

Suetonius de Caligulâ cap. XLV: *Proripuit se cum amicis & parte equitum prætorianorum in proximam silvam: truncatisq; arboribus, & in modum tropæorum adornatis, ad lumina reversus.* Tropæa autem Dìs sacrata erant, eoque diruere ea nefas fuit. Dio lib. XLII. de Cæsare: καὶ τρόπαιον ἐπειδήπερ ὁ Μιθριδάτης ἀπὸ τοῦ τριαρίου ἐν ταῦθα που ἐγηγέρκει ἀντανέστησε. καθελεῖν μὲν γὰρ τὸ τοῦ βαρβάρου οὐκ ἐτόλμησεν, ὡς καὶ τοῖς ἐμπολεμίοις θεοῖς καθιερώμενον. Vitruvius lib. 11. cap. *Postea autem Rhodii religione impediti, quòd nefas esset tropæa dicata removere, circa locum eum ædificium struxerunt.* Sulla tamen Marii tropæa dejecit, quæ Cæsar denuò restituit, ut est apud Suetonium Julio, cap. XI. quod etiam jure fieri nequiit; semel enim dedicata nec evertere fas fuit; neque diruta, vel etiam temporis vetustate consumpta, in-

staurare, ut tangit Plutarchus in Quæst. Roman. XXXVI. Atque hæc in præsenti de tropæis, infra forsan plura adjiciemus.

Et quos post cladem detriumphatos colere cæperunt.] Ita vulgata lectio, quæ ferri potest. In M S. mendosissimè legitur, *Et q. postulaverant, d.c.c.* Quod Fulvius Ursinus restituere conatur, ac emendat: *Et quos populaverant, detriumphatos colere cæperunt.* Rigaltius verò: *Et quos post lauream detriumphatos colere cæperunt.* Ingeniosè.

Consus.] Sic Romani nuncupabant Neptunum Equestrem, cujus honori *Consualia* instituta: de quibus Varro lib. v. de L. L. Item Livius lib. I. *Romulus*, inquit, *ludos ex industriâ parat Neptuno Equestri sollemnes: Consualia vocat.* Vide sis & Dionys. Halicarnas. lib. I. Plutarchum in Romulo, Tertullianum de spectaculis, cap. v. Celebrabantur Consualia XVIII die mensis Augusti, ut Plutarchus in Romulo docet; Errat itaque Servius dum ad VIII Æneid. scribit: *Raptæ autem Sabinæ Consualibus, hoc est mense Martio.* Non enim mense Martio, sed in Augusto Consualia celebrata, die nempe XVIII ejus mensis. Ut etiam Dionysius præter Plutarchum testatur, his verbis: ἡ ἁρπαγὴ περὶ τὴν ὀκτωκαιδεκάτην ἡμέραν τοῦ σεξτιλίου ἐγένετο, ἐν ᾗ τὴν τῶν κωνσουαλίων ἑορτὴν ἄγουσι. Emendandus itaque est Tertullianus, apud quem lib. de Spectaculis cap. v. corruptè legitur: *Sacrificant apud eam Non. Iulii sacerdotes publici, XII Kal. Septembres flamen Quirinalis, & virgines.* Lege XV *Kal. Septemb.* Consum à consiliis sic dictum quidam volunt. Plutarchus in Romulo, Cyprianus Epist. CIII. & in de Idolorum vanitate. Servius in VIII Æneid. Huic Deo ara erat subterranea in maximo Circo defossa, quâ sacrificiis & libamentis colebatur. Dionysius lib. II: τὴν δὲ τότε τῷ Ῥωμύλῳ καθιερωθεῖσαν ἑορτὴν ἔτι καὶ εἰς ἐμὲ ἄγοντες Ῥωμαῖοι διετέλουν, κωνσουάλια καλοῦντες, ἐν ᾗ βωμός τε ὑπόγειος ἵδρυται περὶ τῷ μεγίστῳ τοῦ ἱππιοδρόμου, θεὸν ἀφείσης δ' γῆς, θυσίαις τε καὶ ὑπερπύροις ἀπαρχαῖς γεραίρεται, καὶ δρόμῳ ἵππων ζευκτῶν τε καὶ ἀζεύκτων ἐπιτελεῖται. κωνσον παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ὀνομάζουσι εἶναι. ὑπόγειος βωμός ἐστιν, ὅτε τὴν γῆν ὁ θεὸς ἔτος ἔχει. Quod & refert Plutarchus in Romulo.

Pilumnus ac Picumnus.] Sic malui, quàm, quod Rigaltius substituit, *Volumnus.* Pilumnus enim & Picumnus, ut ait Servius ad IX Æneid. *fratres fuerunt, & dii. Horum Picumnus* (sic enim, ut & antea, apud Servium legendum, non verò *Pithumnus*, quod vulgò corruptè circumfertur) *usum stercorandorum invenit agrorum; unde & Sterquilinius dictus est: Pilumnus verò pinsendi frumenti; unde & à pistoribus colitur. Ab ipso etiam Pilum dictum est.* Et ad. X. Æneid. *Pilumnus idem Sterculinus*

culinus, ut quidam dicunt, qui propter pilum inventum, quo fruges confici solent, ita appellatus est. Videmus ex his Pilumnum artem, cùm stercorandi agros, unde Sterculinus, tùm pinsendi, sive tundendi frumenta, invenisse, unde Pilumnus dictus; à *pilo* nimirum, quod instrumentum est, quo quid mortario tunditur. Ceterùm Pilumnus & Picumnus præesse etiam credebantur connubiis, & puerorum tutelæ, unde & illis in ædibus lectus sternebatur. Varro lib. II. de Vita populi Romani, ut à Nonio Marcello adducitur; *Natus si erat vitalis, sublatus ab obstetrice statuebatur in terrâ, ut auspicaretur rectus esse: ac diis conjugalibus, Pilumno & Picumno, in ædibus lectus sternebatur.* Verba hæc Varronis respicit Servius, cùm ad x Ædeid. loco dicto ait: *Varro Pilumnum & Picumnum infantium Deos esse ait: eisq; pro puerpera lectum in atrio sterni, dum exploretur, an vitalis sit,* (ita hîc, non *utilis*, legi oportere, manifestum ex Varronis allatis verbis) *qui natus est.* Hinc etiam L. Calpurnius Piso Pilumnum dictum existimabat, quòd pellat mala infantiæ, ut ibidem Servius subjicit.

Cloacinam.] Festivè ad hujus Deæ nomen alludit Tertullianus, in de Pallio, cap. IV: *Quod si tunc locorum Diogenes de dolio latraret, non cœnulentis pedibus, ut thori Platonici sciunt, sed omnino totum Empedoclem in adyta Cloacinarum detulisset, ut qui se cœlitem delirârat, sorores priùs suas, dehinc homines Deos salutaret.* Meminit & ejus lib. I. adversus Marcionem, cap. XVIII.

Pavorem Hostilius & Pallorem.] Livius lib. I. cap. XXVII: *Tullus Hostilius in re trepidâ vovit Salios, sanaq; Pavori & Pallori, equitem clarâ increpans voce, ut hostes exaudirent, redire in prælium jubet.*

Mox autem nescio à quo Febris dedicata.] Cicero de legib. lib. II: *Ara vetus stat in Palatio, Febris.* Plinius lib. II. cap. VII: *Etiam publicè Febri sanum in Palatio dicatum est.* Prudentius Hamartigeniâ:

Par furor illorum, quos tradit fama dicatis
Consecrâsse Deas, Febrem, Scabiemq; sacellis.

Acca Larentia.] Hæc Romuli nutrix fuit, ut refert Plinius lib. XVIII. cap. II. & Macrobius lib. I. Saturnal. cap. X. qui ex C. Licinii Macri primo historiarum libro hæc adducit: *Accam Larentiam, Romuli & Remi nutricem, regnante Romulo, Carucio* (lege *Tarruntio* vel *Tarrutio*) *cuidam Tusco diviti denuptam, auctamq; hereditate viri, quam post Romulo, quem educâsset, reliquit: & ab eo parentalia, diemq; festum, causâ pietatis statutum.* Ac convenit hoc cum eo, quod de Romulo & Remo jactatur, eos à lupâ educatos fuisse; ita enim meretricem nuncupabant ab animalis hujus moribus. Accam autem Larentiâ, ante-

antequam Tarrutio nupserat, nobile scortum fuisse ait Plutarchus in Quæstionibus Romanis; quamvis Plutarchus hanc statuat aliam esse ab illâ, quæ Romuli nutrix fuisse dicitur; Uti & Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. x. qui addit, quosdam velle, id contigisse regnante Anco Marcio. Sed potest, ut hæc eadem sit cum Romuli & Remi nutrice, idque ut credam, potissimùm ducor C. Licinii Marci auctoritate, in verbis supra laudatis.

Et Flora, meretrices propudiosæ.] Videtur Minucius hîc Floram æquè, ut Accam Larentiam, meretricem statuere. quod & facit Lactantius lib. 1. cap. xx. ubi sic de ea scribit: *Flora cum magnas opes ex arte meretriciâ quæsivisset, populum Romanum scripsit hæredem, certamq; pecuniam reliquit, cujus ex annuo fœnore suus natalis dies celebraretur, editione ludorum, quos appellant Floralia. Quod quia Senatui flagitiosum videbatur; ab ipso argumentum sumi placuit, ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur: deam finxerunt esse, quæ floribus præsit; eamq; oportere placari, ut fruges cum arboribus & vitibus benè prospereq; florescerent.* Quæ Lactantii verba nescio quî convenire possunt cum eo, quod Varro in IV de L. L. scribit; ibi enim Varro Floram ponit inter deos deasque, quos Romani temporibus Romuli à Sabinis acceperint, quique à Tatio Romæ inducti. Sic enim Varro: *Fortunam Fortem, Fidem, Lares* (ita Scaliger optimè restituit pro *ea re*) *Sabinorum linguam olent: quæ Tatii regis voto sunt Romæ dedicatæ: Nam ut annales dicunt, vovit Opi, Floræq;, Dijovi, Saturnoq;; Soli Lunaq;, Volcano Summanoq;: itemq; Larundæ, Termino, Quirino, Vortumno, Laribus, Dianæ, Cloacinæq;. E queis nonnulla nomina in utrâque linguâ habent radices; ut arbores quæ in confinio natæ, in utroq; agro serpunt.* Ex his manifestum est, jam ante cultam à Sabinis Floram fuisse, ita ut non verisimile sit, quod Lactantius ait, meretricem ejus nominis fuisse, quæ sua legârit populo Romano, atq; exinde in ejus honorem Floralia celebrata. Quam antiquus enim ejus cultus Romæ fuerit, liquet etiam ex altero Varronis loco, qui est in VI de L. L. ubi ex Ennio inquit Numam flamines fecisse cognomine Florales. Verba ejus: *Eundem Pompilium Numam ait* (Ennius) *fecisse flamines: qui omnes sint à singulis Diis cognominati; in quibusdam apparent etyma. ut cur sit Martialis, Quirinalis. Sunt in quibus flaminum cognominibus latent origines: ut qui sunt in versibus plerique, Volturnalis, Palatualis, Furinalis, Floralis, Falacer, Pomonalis.* At licet Romuli & Numæ temporibus Floræ sacra ac flamines erant, Florales tamen ludi tunc temporis nondum celebrati. Qui demum instituti anno U. C. Ixxiii. C. Claudio

Claudio Centhone, & M. Sempronio Tuditano Coss. idque non ex Flore, vel meretricis cujusdam legato, verùm ex multaticiâ pecuniâ eorum, qui peculatûs damnati erant, quia publicum populi Romani agrum occupâssent, ut narrat Ovidius in v Fastor. ubi in Floralium descriptione ipsam Deam Floram ita loquentem introducit:

Cetera luxuriæ nondum instrumenta vigebant;
Aut pecus, aut latam dives habebat humum.
Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est.
Sed jam de vetito quisque parabat opes.
Venerat in morem populi depascere saltus:
Idq; diu licuit, pœnáque nulla fuit.
Vindise servabat nullo sua publica vulgus,
Iamq; in privato pascere inertis erat.
Plebis ad ædiles perducta licentia talis
Publicios: animus defuit ante viris.
Rem populus recipit: multam subiêre nocentes:
Vindicibus laudi publica cura fuit.
Multa data ex parte mihi, magnoq; favore
Victores ludos instituêre novos.

Hoc quidem initium Florialium erat. Neq; tamen exinde in more fuit ut quotannis celebrarentur. id enim anno demum U. C. Ioxxc L. Postumio Albino, & M. Pompilio Lænate Coss. decretum est. Caussa cujus erat, quòd magna sæpiùs veris tempore fuerat aëris intemperies, quam anni sterilitas sequebatur. Unde Senatui placuit, ut in honorem Floræ celebrarentur ludi annui: quò, Deâ, hoc honore auctâ, jam deinceps favore suo arbores, plantasque prosequente, inposterùm meliùs omnes floresceren. Hinc Flora apud eundem Ovidium v Fastor.

Convenêre Patres, & si bene floreat annus,
Numinibus nostris annua festa vovent.
Annuimus votis. Consul cum consule Lænas
Postumio ludos persoluêre mihi.

Quare autem in hisce ludis liberiores joci, ac lascivi fractiq; mores forent, vide in sequentibus apud Ovidium.

Mars Thracius.] Mars Thracibus & Scythis præesse existimatus, quia ea gens maximè bellicosa, præq; aliis viribus & robore præstans, unde & apud illos natus dicitur. Vegetius lib. 1. de Re Militari, cap. ultimo. Phurnutus: Τιμᾶσθαι δὲ ὁ Ἄρης ὑπὸ Θρᾳκῶν μάλιστα

λισα δὲ Σκυθῶν καὶ τῶν τοιούτων ἐθνῶν λέγεται, ἐπεὶ παρ' ἐκείνοις τὰ πολεμικῶν ἡ ἄσκησις δόκιμος, καὶ τὸ ἀνεπιτρεφὲς τῆς δίκης. Cultus autem præcipuè in eâ civitate, cui nomen Crestone, ut est apud Stephanum de urbibus: unde & Lycophron in Cassandrâ:

Ὀρκωμοτήσας τόν τε Κρηςώνης θεὸν.

Vide ibidem Isacium Tzetzem. Solere porrò Thraces Marti & Bellonæ captivos immolare, talibusque victimis placare, testatur Ammianus Marcellinus lib. XXVII.

Iuno nunc Argiva.] Sic dicebatur quia Juno putabatur Argis nata; quæ opinio inde orta, quòd Juno Argis Dea esset tutelaris: ut, cui Inachus terram hanc consecrasset; unde etiam cultus ejus, ad Græcorum alios profluxit. Pindarus in Nemeis Argos vocat Ἥρας δῶμα. Et Euripides in Iphig. Aulidensi de Junone ait; μὰ τὼ ἄναξαν θεὰν Ἀργείαν. Item in Heraclidis:

---θεοῖσι δ' ἀκαίοσι
Χρώμεθα συμμάχοισιν, Ἀργείων ἄναξ.
Τῶν μὲν γὰρ Ἥρα πρέσβατειρα Διὸς δάμαρ,
Ἡμῶν δ' Ἀθηνᾶ.

Apud Homerum Iliad. δ. Juno inquit:

Ἤτοι ἐμοὶ τρεῖς μὲν πολυφίλταταί εἰσι πόληες,
Ἄργος τε, Σπάρτη τε, καὶ εὐρυάγυια Μυκήνη.

Huic apud Argivas celebrabantur sacra, Ἥραια dicta. Pausanias in Corinthiacis, ubi de Argivis agit: Ἔχεται δὲ τὸ στάδιον, ἐν ᾧ τὰ ἀγῶνα τῷ Νεμείῳ Διΐ, καὶ τὰ Ἥραια, ἄγουσιν. Prima illic sacerdotio functa est Callithea, ut vocatur Theoni Commentario in Aratum: οἱ δὲ μυθολόγοι τὴν ἡνιόχην λέγουσιν εἶναι εἴδωλον, ἢ Βελλεροφόντης, ἢ Τροφίλης, τῆς Καλλιθέας παιδὸς, τῆς πρώτης ἐν Ἄργει γενομένης ἱερείας. Aliis enim, ut Clementi Alexandrino lib. I. Stromat. Καλλιθόη, Eusebio lib. III. Præparat. Euang. cap. VIII. ex Plutarcho Καλλίθυια appellatur. Hygino etiam, nisi corruptum sit, ut credo, quod vulgò circumfertur, fabulâ CXLV. dicitur *Callirrhoë*. Neque ad hoc sacerdotium nisi feminæ honoratissimæ admittebantur. Palæphatus, ubi de Ione agit: Ταύτῃ οἱ ἀπὸ τῆς πόλεως ἡμιόνους ἔδωκαν, τὸ, ἱέρειαν εἶναι τῆς Ἀργείας Ἥρας. Per eas tempora computabantur, uti per Archontes apud Athenienses solebat fieri. Liquet hoc ex Thucydide, qui initio lib. II. Ἐπὶ Χρυσίδος, τότε ἐν Ἄργει πεντήκοντα δυοῖν δέουσα ἔτη ἱερωμένης. Quo loco sic Scholiastes ejus: Ἠθέμην τὰς χρόνους οἱ Ἀργεῖοι ἀπὸ τῆς ἱερείας. Festo hoc currus, in quo sacerdos considebat, trahebatur albis bobus ad Templum Junonis, quod extra urbem erat.

erat., Palæphatus prope finem: Ἀργεῖοι πολιοῦχον αὐτοῖς τὴν Ἥραν ἡγοῦντο· καὶ διὰ τοῦτο καὶ πανήγυριν αὐτῇ τεταγμένην ἄγουσιν. ὁ δὲ τρόπος τῆς ἑορτῆς, ἅμαξα βοῶν, τὸ χρῶμα λευκῶν. ἀπὸ δὲ τῆς ἁμάξης εἶναι δεῖ ἱέρειαν. οὕτω δὲ ἔχειν ἄχρι τοῦ νεοῦ. τὸ δὲ ἱερὸν, ἔξω τοῦ ἄστεος. Plura de hoc festo vide sis apud Meursium Græciâ feriatâ.

Nunc Pœna.] Ab urbe Carthagine sic dicta, quam, ut ait Maro 8 Æneid.

--- fertur terris magis omnibus unam
Posthabita coluisse Samo. Hic illius arma,
Hic currus fuit.

Ægyptia illa non numina sed portenta.] De portentosâ ac ridiculâ Ægyptiorum superstitione, qui boves, feles, scarabeos, buculos, aliaq; id genus bruta animantia pro numinibus colebant, scatent veterum libri. Nos infrà de plerisque speciatim dicemus; lubet jam unum vel alterum locum adducere. Lactantius lib. 1. cap. xx: *Mille alia portenta: ut jam vaniores qui hæc colenda susceperint, quàm Ægyptios esse dicamus, qui monstruosa ac ridicula quædam simulacra verebantur.* Et lib. v. cap. xx: *Num pejus nos destruimus, quàm natio Ægyptiorum? qui turpissimas bestiarum ac pecudum figuras colunt.* Vide Lucianum in Concilio Deorum, Clementem Alexandr. III. Pædagog. Laertium Proœmio lib. 1. Maximum Tyrium Sermone XXXVII. Prudentium lib. II. adversus Symmachum, alios infrà adducendos.

Intra aras & delubra stupra conducuntur.] Præcipuè in Isidos templo scelera hæc committebantur; unde Ovidius Amor. II. Eleg. 11:

Nec tu Niligenam fieri quid possit ad Isin
Quæsieris. ---

Et lib. 1. de Arte:

Nec fuge Niligenæ Memphitica sacra juvencæ.
Multas illa facit, quod fuit ipsa Iovi.

Item lib. III:

Quid faciet custos? cùm sint tot in urbe theatra?
Cùm spectet junctos illa libenter equos?
Cùm sedeat Phariæ sacris operosa juvencæ,
Quoq; sui comites ire vetantur, eat?

Sic Juvenalis Satyra VI:

--- Iamq; exspectatur in hortis,
Aut apud Isiacæ potius sacraria lenæ.

Ubi vetus ejus Scholiastes: *Apud templum Isidis Lenæ conciliatrices: quia in hortis templorum adulteria committuntur.* Nec tamen in aliis multis templis corruptelæ hæ quoque minus fiebant. Juvenalis Sat. IX:

Nuper enim, ut repeto, fanum Isidis, & Ganymedem
Pacis, & advectæ secreta palatia matris,
Et Cererem, (Nam quo non prostat femina templo?)

Pag. 29. *Solistimum tripudium*] Ita omninò legendum. Quod enim ex MS. Reg *solemnissimum* suggerunt, atque hoc defendere conantur, minimè placet. Et quis non videt quam facilè hîc ab imperito librario peccari potuerit? Retineamus itaque *solistimum*, quod usus & ratio fert. Hujus auspicii ritus & solemnia verba egregiè refert Cicero lib. II. divinat. Qu. FABI, TE MIHI IN AUSPICIO ESSE VOLO. *Respondet*, AUDIVI. *Illi autem, qui in auspicium adhibetur, cùm ita imperavit is, qui auspicatur,* DICITO, SILENTIUM ESSE VIDEBITVR? *Nec suspicit, nec circumspicit: statim respondet*, SILENTIUM ESSE VIDERI. *Tum ille*, DICITO, SI PASCUNTUR? PASCUNTUR. *Quæ aves? & ubi? Attulit, inquit, in caveâ* PULLOS *is, qui ex eo nominatur* PULLARIUS. *Sed quia, cùm pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pavire,* TERRIPAVIUM *primò, pòst* TERRIPUDIUM *dictum est: hoc quidem jam* TRIPUDIUM *dicitur. Cùm igitur offa cecidit ex ore pulli, tum auspicanti* TRIPUDIUM SOLISTIMUM *nunciant.* Hoc vero augurii genere Romani maximè utebantur, ut prælii eventum conjectarent. Pullarius enim pullos caveâ inclusos emittebat, eisque, fame ferè enectis, pultem objiciebat, quam si avidè, & cum sonitu appeterent, auspicatum fuit. Unde Livius lib. IX: *Auspicia secunda esse Pullarius nuntiat.* Sin autem pulli è caveâ non exirent, vel cavea educti effugerent & evolarent, aut pasci renuerent, dirũ atque triste erat omen, & prodigium. Valer. Maximus lib. I. cap. VI: *Cui Consuli* (Mancino) *in Hispaniam ituro hæc prodigia acciderunt: Cum Lavinii sacrificium facere vellet, pulli caveâ emissi in proximam silvam fugerunt, summâque diligentiâ quæsiti reperiri nequirerunt.* Plutarchus in Graccho: ἅμα δὲ ἡμέρᾳ παρῆν ὁ τὰς ὄρνιθας αἷς διαμαντεύονται κομίζων, καὶ προέβαλε τροφὴν αὐταῖς· αἱ δὲ οὐ προῆλθον εἰ μὴ μία μόνη διασείσαντος εὖ μάλα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἀγγεῖον· οὐ δὲ αὐτὴ δὲ τῆς τροφῆς ἔθυγεν, ἀλλ' ἐπαρσαῖα τὴν ἀριστερὰν πτέρυγα καὶ παρατείνασα τὸ σκέλος, πάλιν εἰς τὸ ἀγγεῖον κατέφυγε. Hinc quoque Silius Italicus lib. V. capiendus:

Tunc ales, priscum populis de more Latinis

Auspi-

Auspicium cum bella parant, mentesq́; Deorum
Explorant super eventu, ceu præscia luctu
Damnavit vesci, planctuq́; alimenta refugit.

Pythii responsa.] Quam falsa ac inania gentilium oracula & vaticinationes forent, auctor noster, ut doctè, ita & eleganter in sequentibus, dum originem & fontem eorum altiùs eruit, & manifestat, perspicuum facit. Libet autem quædam quasi per transennam de oraculo Pythio notare. Illud quomodo primo inventum fuerit à caprâ, posteà à pastoribus, tradit Diodorus Siculus lib. XVI. Cujus verba cùm aliquomodo prolixiora sint, quàm ut hîc inseri possint, ipsum adire præstat; & sufficit nobis digitum ad fontem intendisse. Erat verò ibi specus, cujus ex intimâ parte spiritus erumpens Pythiam, quæ feminibus diductis cortinæ insidebat, per interfeminium se insinuans, afflabat; atque tum illa spiritu plena vaticinabatur, vel potiùs deliria effutiebat. Scholiastes Aristophanis: Ἐπικαθημένη τῷ τρίποδι, καὶ διαιροῦσα τὰ σκέλη, πονηρὸν κάτωθεν πνεῦμα διὰ τῶν γενητικῶν ἐδέχετο μορίων, καὶ τὰς τρίχας λύουσα, καὶ ἀφρὸν ἐκ τοῦ στόματος πέμπουσα, καὶ μαίνουσα, τὰς μαντείας, ἢ μᾶλλον μανίας ἐφθέγγετο. Priusquam verò Pythia vaticinia dabat, è sacro fonte potabat, laurumque manducabat. Lucianus in δὶς κατηγορ. Ἔνθα ἡ πρόμαντις πιοῦσα ἱεροῦ νάματος, καὶ μασησαμένη δάφνης. Coronâ quoque ornata erat, sicut & ipsi, qui oraculum consulerent, lauro redimiti quæsita in pugillaribus scribebant. Aristophanes Pluto:

Τί δῆτα Φοῖβος ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων.

Ubi ejus Scholiastes: Ἐστεφανηφόρει ἡ Πυθία. οἱ τρίποδες δάφνῃ ἦσαν ἐστεμμένοι. οἱ μαντευόμενοι ἐν πυξίδιῳ ἔγραφον τὰς πεύσεις, στεφάνῳ τ' ἀμφιστάντες ἁβρῷ τῇ μαντιπόλῳ ἐχειροτόνουν. Sic Livius lib. XXIII. Fabium Pictorem laureâ coronatum oraculum Apollinis adiisse scribit. Verba ejus mox adducemus. Aures quoque eorum, qui oraculum adibant, æris tinnitu circumsonare solebant, ne verba malè sibi ominata, & inauspicata audirent. Plutarchus Quæst. Roman. X: ἢ μᾶλλον, εὐλαβούμενοί τινα φωνὴν προσπεσεῖν αὐτοῖς ἔξωθεν εὐχομένοις ἀπαίσιον καὶ δύσφημον, ἄχρι τῶν ὤτων ἀνελάμβανον τὸ ἱμάτιον. ὅτι γὰρ ἰσχυρῶς ἐφυλάττοντο ταῦτα, δῆλόν ἐστι τῷ προσιόντας ἐπὶ μαντείαν χαλκωμάτων πατάγῳ περιψοφεῖσθαι. Cùm ab oraculo redirent, coronati etiam erant. Athenæus lib. XV. ait, eos, qui ab oraculo reverterent, coronam unam capiti, alteram fronti, tertiam collo adhibuisse. Livius lib. XXIII. de Fabio Pictore: *Tum dixit, se oraculo egressum extemplò his omnibus divis rem divinam ture ac vino fecisse: jussumq́; ab*

antistite, sicut coronatus laureâ coronâ & oraculum adisset, & rem divinam fecisset; ita coronatum navim ascendere, nec antè deponere eam, quàm Romam pervenisset; se, quæcunque imperata sint, cum summâ religione & diligentiâ exsecutum, coronam Romæ in arâ Apollinis deposuisse. Fuit verò Delphis non modò Pythia, & posteà anus antistita, verùm etiam vir προφήτης nuncupatus. Ita Herodotus lib. VIII, sive Uraniâ, refert, tempore Xerxis ibi quendam fuisse, nomen cujus *Aceratus*. Πάντες δὲ ὦν οἱ Δελφοὶ ἐξέλιπον τὴν πόλιν, πλὴν ἑξήκοντα ἀνδρῶν καὶ τοῦ προφήτεω. Ἐπεὶ δὲ ἀγχοῦ τε ἔσαν οἱ βάρβαροι ἐπιόντες, καὶ ἀπώρεον τὸ ἱρὸν, ἐν τούτῳ ὁ προφήτης τῷ οὔνομα ἦν Ἀκήρατος ὁρᾷ πρὸ τοῦ νηοῦ ὅπλα προκείμενα ἔσωθεν ἐκ τοῦ μεγάρου ἐξενηνειγμένα ἱρὰ, τῶν οὐ χόσιον ἦν ἅπτεσθαι ἀνθρώπων οὐδενί. Plures etiam Prophetas fuisse liquet ex Æliano lib. x. de Animalib. cap. XXVI: Λύκος, inquit, παρελθὼν εἰς τὴν νεὼν, καὶ τῶν προφητῶν τινα τῆς ἐσθῆτος τῆς ἱερᾶς ἑλκύσας. Atque hæc hactenus, plura aliàs.

Socrates novit, qui ad nutum & arbitrium assidentis sibi dæmonis, vel declinabat negotia vel petebat.] Hunc Socratis Genium quidam nihil aliud dicebant esse, quàm sternutationem cùm ipsius, tùm aliorum. Cùm enim se ad quid agendum accingeret, si alius tùm fortè sternutâsset à dextrâ, sive ante, sive post ipsum, indiciũ id erat ut in actu pergeret; sin verò à lævâ sternutatio fieret, tùm eum monitum ut à cœpto desisteret. De ipsius sternutationibus, quæ fieret acturo aliquid, propositum ejus confirmabat; quæ verò fieret, cùm agere jam occepisset, ipsum ab actione revocabat. Ita Plutarchus his verbis in de Socratis Genio: ἤκουσα, inquit, ὅτι τὸ Σωκράτους δαιμόνιον, πταρμὸς ἦν ὅ τε παρ' αὐτοῦ, καὶ ὁ παρ' ἄλλων· ἑτέρου μὲν παρόντος ἐκ δεξιᾶς εἴτ' ὄπισθεν εἴτ' ἔμπροσθεν, ὁρμᾷν αὐτὸν ἐπὶ τὴν πρᾶξιν· εἰ δ' ἐξ ἀριστερᾶς, ἀποτρέπεσθαι. τῶν δὲ αὐτοῦ πταρμῶν τὴν μὲν ἔτι μέλλοντος βεβαιοῦν, τὴν δ' ἤδη πράσσοντος, ἐπέχειν καὶ κωλύειν τὴν ὁρμήν. Sternutatio enim veteribus inter omina erat, ut ex eodem Plutarcho paullò post liquet: μαντείας ἔργον εἰς πταρμοὺς, καὶ κληδόνας, οἷς καὶ οἱ πολλοὶ καὶ ἰδιῶται περὶ μικρὰ προσχρῶνται, καὶ παίζοντες. Unde caput sacrum esse putabant, uti & sternutamentum ipsum. Aristoteles Problemat. Sect. XXXIII. § IX: Matutina sternutatio infausta habebatur, meridiana verò bona & fausta. Aristoteles ibidem §. XI. Maximè autem felix erat si à dextrâ fiebat. Plutarchus in Themistocle de tribus captivis Themistocli sacrificanti oblatis ait: τούτους ἰδὼν Εὐφραντίδης ὁ μάντις, ὡς ἅμα μὲν ἀνέλαμψεν ἐκ τῶν ἱερῶν μέγα καὶ περιφανὲς πῦρ, ἅμα δὲ πταρμὸς ἐκ τῶν δεξιῶν ἐσήμηνε, τὴν Θεμιστοκλέα δεξιωσάμενος. Catullus Epigr. XLV:

Hoc

Hoc ut dixit, Amor, sinistram ut antè,
Dextram sternuit approbationem.

Ita hic locus legendus & distinguendus. In Cereris potestate sternutamenta erant, eique sacra. Hesychius: συμβόλους, τοὺς διὰ τῶν πταρμῶν οἰωνισμοὺς. ἀνετίθεντο δὲ οὗτοι δήμητρι. Scholiastes Theocriti ad Thalysia ad hæc verba:

Συμμαχίδα μὲν Ἔρωτες ἐπέπταρον,

notat: τῶν πταρμῶν οἱ μὲν εἰσιν ὠφέλιμοι, οἱ δὲ βλαβεροί. Unde & sternutantibus bona verba dicebant astantes, ut si quid mali portenderetur, id faustâ precatione averterent. Plinius lib. XXVIII. cap. II: *Cur sternutamentis salutamur? Quod etiam Tiberium Cæsarem, tristissimum (ut constat) hominum, in vehiculo exegisse tradunt. & aliqui nomine quoque consalutare religiosiùs putant.* Petronius: *Gniton collectione spiritus plenus ter continuò ita sternutavit, ut grabatum concuteret. Ad quem motum Eumolpus conversus, salvere Gnitona jubet.* Appulejus Milesiarum lib. IX: *Crebras ei sternutationes commovebat, & quod, cùm putaret ab eâ profectum, solito sermone salutem ei fuerat imprecatus.* Huc quoq; facit lepidum istud Epigramma Ammiani, in Proclum, hominem insigniter nasutum, Antholog. lib. II. cap. de Deformis:

Οὐδύναται τῇ χειρὶ Πρόκλος τὴν ῥῖν' ἀπομύσσειν,
Τῆς ῥινὸς γὰρ ἔχει τὴν χέρα μικροτέρην.
Οὐδὲ λέγει, Ζεῦ σῶσον, ἐὰν πταρῇ· οὐ γὰρ ἀκούει
Τῆς ῥινὸς, πολὺ γὰρ τοῦ ἀκοῆς ἀπέχει.

Quod Henricus Stephanus ita vertit:

Haut manibus Proclus potis est emungere nasum,
Nam Procli nasus longior est manibus.
Invocat hautq́; Iovem, cùm sternuit, auribus istum
Tam procul à naso non capit ille sonum.

Eadem quoque Ebræis consuetudo fuit, ut sternutantem salvere juberent, dicentes אסותא, id est, *Medicina, Salus sit tibi*, vel רפואה, quod idem. Quod inde ortum, quia Rabbini fingunt, morbum, quem vocant אסכרא, id est *Anginam*, (à verbo סכר *Claudere, Obturare*) primitùs familiarem fuisse infantibus die quarto nativitatis ipsorum; unde eo die parentes jejunare solebant, ut morbum hunc ab infantibus deprecarentur. Hinc in Schabbas: ברביעי היו מתענין מפני האסכרה *Die quarto jejunabant propter anginam.* Posteà volunt etiam adultos corripuisse, atque strangulâsse, maximè in sternutatione: unde mos inolevit, ut sternutanti dicerent אסותא vel רפואה. Hinc etiam quidam illud quod de Achitophele II. Sam. cap. XVII. com.

XXIII scriptum est, ויחנק *Et strangulatus est*, exponunt, *anginâ suffocatus est*, & volunt, Achitophelem anginâ periisse. Vide Buxtorf. Lex. Talmud. voce אסנרא. Sed quò dilabor? Certè cùm de Socratis Genio dicere quædam instituebam, minimè ita desinere cogitabam. Redeamus igitur in viam. Plutarchus, licet hoc, quod de sternutamento dicebamus, de Genio Socratis referat, posteà tamen refellit, aliasque rationes adducit, quas hîc inferere nec lubet, nec otium est. Ipsum qui voles adi. De Socratis quoque Genio gemina est dissertatio apud Maximum Tyrium. Interim si & nos rogemur quidnam de illo adeò decantato Socratis Genio sentiamus? non dubitamus dicere: Omne quicquid tota de eo antiquitas notat, merum esse figmentum; idque vel ab ipso Socrate profectum, ut tantò magis in sui admirationem homines raperet, vel ab ejus amicis & fautoribus, quibus primò id ipse fortè persuaserat, in vulgus sparsum. Scimus enim quàm ingeniosa in fabulis confingendis fuerit antiquitas; neque ambigendum, quin Socrates plurimum auctoritatis, hoc de Genio suo commento, apud ceteros meruerit, qui cum quasi præ aliis divinitatis quid possidentem suspexêre. Vide quidnam apud credulos etiam mera mapalia efficere possint.

Magi.] Vox, ut multis videtur, Persica; quæ licet jam infamis, primò tamen honori fuit, & vel Philosophum, vel, ut vult Appulejus, sacerdotem significabat. Suidas: ὡσὰ Πέρσαις μάγοι οἱ φιλόσοφοι, ἢ φιλόθεοι. Appulejus in Apologiâ: *Persarum lingua Magus est, qui nostra sacerdos.* Alii tamen originem vocis *Magi* ex Ebræo petunt; qui enim nomen id Latinum vel Græcum volunt esse, risu potiùs quàm refutatione digni sunt. Qui Ebræum volunt, eorum magis probabilis est opinio qui Μάγον ab הגה *Meditari* deducunt, quod in Participio Hiphil מהגה habet, quod propriè designat, *meditans, mussitans.* Vir Clarissimus Lodovicus de Dieu observat originem Syro-Arabicam, cum מגוש, accepto מ pro servili, ut loquuntur, sive Heëmantico, derivat à verbo גש, quod Syris & Arabibus est *scrutari, explorare.* ut מגושא גשושא *exploratores, scrutatores.* Quod satis quidem appositè dici possit. Attamen nobis potius arridet sententia eorum, qui Persicum statuunt, licet originem ejus juxta cum ignarissimis adhuc ignoremus. Magiam enim præcipuè apud Persas viguisse in confesso est. Undè Basilius Homil. de Nativit. ἔθνος περσικὸν οἱ μάγοι, μαντείας, ἢ ἐπαοιδὰς, ἢ φυσικὰς πσιν ἀνθρωπείας ἐπιστήμας ἐπιτέχοντες, ἢ σὺν τῇ τήρησιν μεταρσίων ἐχολη-

ἐσχολήκοτες. Et Sozomenus lib. II. cap. IX: ἐλύπει τοῦτο σοῦ μάγους, οἵ τὴν Περσῶν θρησκείαν, ὥσπερ τι φῦλον ἱερατικὸν, καὶ διαδοχὴν γένους ἀρχῆθεν ἐπιτροπεύουσι. Primum magicas artes invenisse Zoroastrem referunt Justinus lib. I. Augustinus de Civit. Dei lib. XXI. cap. XIV. & Orosius lib. I. cap. IV. Cujus adhuc hodie, si Dîs placet, quædam oraculorum fragmenta exstant. Et quanquam Magia olim fuerit, quæ posteà philosophia dicta est, ita ut etiam Aristoteles libro de Magiâ, teste Diogene Laërtio, Magos illicitæ divinationis ignaros fuisse scripserit; posteà tamen se malis artibus addixerunt, studiumque suum in nefariis & abominandis rebus posuerunt. Unde de ipsis Philo Iudæus lib. de specialibus legibus: Εἰσὶ δὲ ἕτεροι πονηρότατοι χερσὶ, καὶ τέχναις, καὶ γνώμαις ἐναγεῖς, οἱ μάγοι, καὶ φαρμακευταὶ, σχολὴν καὶ ἀναχώρησιν ἐνδιδόντες πρὸς καιρίους ἐπιθέσεις, καὶ τέχνας, καὶ μηχανὰς πολυτρόπους ἀνευρίσκοντες ἐπὶ ταῖς τῶν πλησίων συμφοραῖς. Multa hîc de dæmonum naturâ artibusque magicis ad Minucium dici possent, quæ, cum nec unius vel alterius horæ forent, satiùs prætermittere visum est. Interim plurima huc spectantia peti possunt ex Delrio in Disquisitionum magicarum libris, Peucero de Divinatione, Bulengero de Magiâ licitâ & vetitâ, aliisq; ferè innumeris, qui de his rebus litteris quid consignârunt. Quibus tamen, Deo volente, fortassis & nos commentationem nostram aliquando addituri sumus, cùm adhuc neminem viderimus, qui nobis satisfacere quivit.

Sed etiam quicquid miraculi ludunt.] Ludere hâc in re proprium vocabulum. Arnobius lib. I: *Magicarum artium ludi.* Cyprianus de Idolorum Vanitate: *Et Magis inde est ad perniciosa vel ludicra potentia.* Tertullianus Apoleg. cap. XXIII: *Multa miracula circulatoriis præstigiis ludunt.* Plinius lib. XXXV. cap. XV: *Lusit & Anaxilaus eo,* &c. Curtius lib. VIII: *Erat in eo convivio Cobares natione Medus; sed magicæ artis (si modò ars est, non vanissimi cujusque ludibrium) magis professione, quàm scientia celeber.* Sic Græcis quoque παίζειν dicuntur. Philostratus lib. VII. de vitâ Apollonii cap. XVI: ἐμοὶ δὲ ἀποπεφάνθα μηδ' ἐκείνοις ὁμιλεῖν σοῦ νέους, ἵνα μηδὲ παίζειν τὰ τοιαῦτα ἐθίζοιντο. Uti & Magorum παίγνια. Irenæus apud Epiphanium, Hæresi XXXIV. Τὰ γὰρ Ἀναξιλάου παίγνια τῇ τῶν λεγομένων μάγων πανουργίᾳ συμμίξας, δι' αὐτῶν φαντάζων τε καὶ μαγεύων, εἰς ἔκπληξιν σοῦ ὁρῶντάς τε καὶ πειθομένους αὐτῷ περιέβαλεν. Hosce ludos Plinius lib. XXX. cap. I *Magicas vanitates* vocat, Tertullianus de Animâ cap. LVII. *Magicas fallacias & præstigias.* Aldhelmus de laud. Virg. *Magorum & hierophantarum phantasmata.*

Ex

Ex quâ movet etiam in nos procupidinem amoris, & dicit informari.] Retinuimus hoc loco emendationem Rigaltii, quam secundum vestigia MS. expressit, & nobis verissima videtur. In al. *Ex qua manare in nos p. a. dicit, & informari.*

Isti igitur impuri spiritus &c.] Lactantius lib. II. cap. XVI: *Hi porro incesti ac vagi spiritus ut turbent omnia, & errores humanis pectoribus infundant; ferunt, ac miscent falsa cum veris.*

Extorum fibras animant.] Existimabant stolidæ Gentes exta notis quibusdam signari à Diis, varieq; commoveri, ac quasi animari. Tibullus lib. II. Eleg. V:

Tu procul eventura vides, tibi deditus augur
Scit benè, quid fati provida cantet avis.
Tuq; regis sortes, per te præsentit aruspex,
Lubrica signavit cùm Deus exta notis.

Statius lib. IV. Thebaid.

Et in nullis spirat Deus integer extis.

Hinc Arnobius lib. II: *Semicruda cœpistis, & leviter animata porricere.* Et Zeno Veronensis de Jonâ: *Non aris fœtentibus funestos excitant ignes, non tura cremant, non merum profundunt, nec pecudum inexspectatâ morte rapti jecoris spirantes consulunt fibras.* Manilius lib. IV:

Hinc in tanta fidem petimus, quam sæpè volucres
Accipiunt, trepidaq; suo sub pectore fibræ.

Oracula efficiunt falsis pluribus involuta.] Lactantius lib. II. cap. XVI: *Eorum inventa sunt astrologia, & aruspicina, & auguratio, & ipsa quæ dicuntur oracula, & necromantia, & ars magica, & quicquid præterea malorum exercent homines vel palàm, vel occultè.*

Somnos inquietant.] In MS. *omnes*; quod vitiosum existimo. Cyprianus *somnos* habet. Quid si fortassis Minucius scripserit *somniis inquietant*? Cujus simile apud Lactantium lib. II. cap. XIV: *Qui quoniam sunt spiritus tenues, & incomprehensibiles; insinuant se corporibus hominum; & occultè in visceribus operti valetudinem, vitium, morbos ciunt, somniis animos terrent.* Potuit sanè ut ita sit; nihil tamen affirmo, & unicuiq; suum, quod maximè arridet, relinquo.

Nidore altarium.] Propriè. Arnobius lib. VI: *Nidoribus atque fumo suffita.* Lib. VII: *Ex aris ardentibus nidorem consectatur & fumos.* & sæpiùs ita. Tertulliani est Apolog. cap. XXII: *Pabula propria nidoris & sanguinis procuret.* Item: *Numen de nidore concipiunt.* Et de Idolatriâ cap. VI: *Spiritus vilissimi nidoris.* Servius ad illud Virgilii XII Æneid.

Nido-

Nidoremq; ambusta dedit. ---

NIDOREM, inquit, *Putorem.* In glossis: Κνίσσα, *Nidor.*

Nidore altarium vel hostiis pecudum saginati.] Refer huc illud Clementis Alexandrini Admonitione ad Gentes: Αὐτοί πȣ ἐξομολογȣ̃νται οἱ δαίμονες τὴν γαστριμαργίαν τ̃ αὐτῶν,

Λοιβῆς τε κνίσσης τε, τὸ γὰρ λάχομεν γέρας ἡμεῖς,

Λέγοντες.

Remissis quæ constrinxerant curâsse videãtur.] Tacianus adversus Gentes: Οὐ θεραπεύȣσι δαίμονες. τέχνῃ καὶ ὁ θαυμασιώτατος Ἰȣστῖνος ὀρθῶς ἐξεφώνησεν, ἐοικέναι σοῦ προειρημένȣς λῃσταῖς. Et postea: ἐπειδὰν τ̃ ἐγκοσμίων ἀπολαύσωσιν ἀποπτάμενοι, τ̃ καμνόντων ἣν ἐπραγματεύσαντο νόσον περιγράφοντες, σοῦ ἀνθρώπȣς εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαθιστῶσιν.

Sic insaniunt, sic bacchantur.] Vaticinantium proprium. Virgilius lib. VI Æneid. de Sibyllâ:

--- *Totoq; immanis in antro*

Bacchatur vates ---

Statius lib. III. Silvarum:

En ut colla rotat, novisq; latè

Bacchatur spatiis. ---

Appulejus lib. VIII. Miles. *Inter hæc unus ex illis bacchatus effusiùs, ac de imis præcordiis, anhelitus crebros reserens.* Lactantius lib. IV. cap. XXVII: *Ecce aliquis instinctu dæmonis percitus dementit, efferatur, insanit.* Prudentius lib. II. contra Symmachum:

Instigat bacchantis anus ambage Sibyllæ.

Lycophron Cassandrâ:

Ἡ δ' ἔνθεον σχάσασα βακχεῖον στόμα.

Sic Aristoteles lib. I. Ethicor. Epidem. σοῦ νυμφολήπτȣς ἐπιπνοίᾳ δαιμονίᾳ ἐνθȣσιάζειν.

Rotantur.] Prudentius:

Furere ac rotare jus putatur mysticum.

Hieronym. in Epitaph. Paul. *Alios rotare caput varium oraculis.*

Serapis.] Serapis, sive Sarapis, ut Græcis ferè vocatur, idem ac Apis Ægyptiorum Deus, ut est apud Clementem Alexandrinum lib. I. Stromat. qui Aristeam laudat auctorem. Verba ejus: Ἄπις τε ὁ Ἄργȣς βασιλεύς, Μέμφιν οἰκίζει, ὥς φησιν Ἀριστιππος ἐν πρώτῃ Ἀρκαδικῶν. τȣ̃τον δὲ Ἀριστέας ὁ Ἀργεῖος ἐπονομασθῆναί φησι Σάραπιν. Idem & tradit ex Terentio Varrone Augustinus de Civitate Dei lib. XVIII. cap. V. In his tamen falluntur, & fallunt, quòd Apim hunc velint esse regem Argivum, cùm sit Ægyptius, & multò an- Pag. 31.

tiquior Jove illo Argivo, qui proprio nomine Apis nuncupabatur. Plerique per Serapim ab Ægyptiis cultum volunt Josephum, Patriarchæ Jacobi filium, eò quod Ægyptiis in fame maximâ de frumento prospexerit. Sic Firmicus de E. P. R. manifestè ait Apim fuisse symbolum Josephi. Et Rufinus lib. 11. Historiæ Ecclesiasticæ cap. XXIII. de Serapidis templo agens: *Quidam*, inquit, *in honorem nostri Ioseph, formatum perhibent simulacrum, ob divisionem frumenti, quæ famis tempore subvenit Ægyptiis.* Idem & tradit Suidas in voce Σάραπις. Huc etiam facit quod Ruffinus, licet fabulis quibusdam admixtis, de Apide ex Gentili historiâ subjungit, dum inquit: *Alii repertum in historiis Græcorum veteribus ferunt, Apim quendam patremfamilias seu regem in Ægypto Memphis positum, cùm famis tempore frumenta apud Alexandriam defecissent, ex proprio assatim civibus alimenta præbuisse. Quo defuncto, in honorem ejus instituerint apud Memphim templum, in quo bos quasi indicium optimi agricolæ nutritur, habens quædam honoris insignia, qui ex nomine ejus Apis appelletur.* Ita & Suidas voce Σάραπις. Ἕτεροι δέ, inquit, Ἄπιν τινὰ γεγονέναι ἄνθρωπον δίκαιον, καὶ βασιλέα ἐν Μέμφιδι πόλει τῆς Αἰγύπτου. λιμοῦ δὲ γενομένου τοῖς Ἀλεξανδρεῦσιν, ἐκ τῶν ἰδίων τροφὰς παρέσχε. τελευτήσαντι δὲ αὐτῷ ναὸν ἀνέστησαν. ἐν ᾧ βοῦς ἐτρέφετο, σύμβολον φέρων τῆς γεωργίας, καί τινα δὲ ἔχων ἐν τῇ χώρᾳ δήλωμα, ὅ τις ἐκ τῆς προσηγορίας αὐτοῦ ἐκ αὐτὸς Ἄπις ἐκαλεῖτο. Ubi videmus Suidam eadem ad verbũ ferè habere, quæ ex Rufino adducebamus. Etiam spissum illum errorem, quo Alexandriæ hanc frumenti penuriam contigisse scribit, cùm Alexandria amplius decem seculis pòst ab Alexandro Magno demum condita sit, ac Apis antè jam ab Ægyptiis cultus. Ita ut vel Suidas Rufinum, vel etiam uterque eundem exscripserit. Quod verò de bovis symbolo aiunt, id optimè convenit Josepho, ad exprimendum beneficium, quo Ægyptios affecerat; bos enim fertilitatis est symbolum. Imò Josephus ipse à Mose, Repetitæ legis cap. XXIII. com. XVII, bos appellatur, ut habent codices Ebræi; vel saltem, ut vertit Vulgaris Interpres, bovi comparatur. Idem potest & hauriri ex nomine Sarapis. Optimè enim illud deduci potest à שור, quod *bovem* designat, & אב, quasi dicas *bovem patrem*, hoc est, patrem regni Ægypti Josephum, symbolo bovis expressum. Accedit quod *Sarapis* etiam dictus sit *Sorapis*, ubi Græculi nugantur, dum sic dictum volunt ex σορὸς, *loculus*; & *Apis*; quia bos ille, qui Apis dicitur, sale fuerit conditus, & loculo, sive sarcophago impositus, ut ex Nymphodoro tradit Clemens Alexandrinus lib. 1. Strom. atque hinc

Euse-

Eusebius lib. x. Præparat. Euang. cap. XII. item Augustinus de Civit. Dei lib. XVIII. cap. V. Suidas in Σάραπις. Quanquam *Sarapis* etiam esse potest ex שר quod *Principem* notat, à שור *Dominari*. quasi dicas, *Princeps Apis* sive *pater*. Nec enim audiendus Julius firmicus de E.P.R. qui cùm primùm dixisset Josephum in Api cultum fuisse, posteà subjicit; *Nam quia Saræ pronepos fuerat, ex quâ nonagenariâ Abraham indulgentiâ Dei susceperat filium, Serapis dictus est Græco sermone, hoc est,* Σαρᾶς ἄπο. Quo magis ridicule nihil fingi potest. Majoris ponderis est, quod refert Clemens Alexandrinus in Protreptico. Uti quod, cùm *Apis* & *Osiris* idem numen sit, ex *Osir* & *Apis*, priùs fuisse volunt *Osirapis*; deinde, omissâ principe litterâ, Serapis. Quisque suo gaudeat judicio, mihi quod primùm adduxi etymon maximè placet. Plura de Serapide vide apud Magnum Vossium in De Theologiâ Gentili & Physiologiâ Christianâ lib. I. cap. XXIX. ubi hoc de Josepho & Serapide uberiùs prosequitur.

Adjurati enim per Deum verum & solum &c.] S. Justinus Dialog. cum Tryphone: Τὴν τοῦ ὀνόματος χριστοῦ ἰσχὺν καὶ τὰ δαιμόνια τρέμει, καὶ σήμερον ἐξορκιζόμενα κατὰ τὸ ὄνομα Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σταυροθέντος ὑποτάσσεται. Item: Ἡμεῖς οἱ πιστεύοντες ἐπὶ τὸν σταυροθέντα Ἰησοῦν, τὰ δαιμόνια πάντα καὶ πνεύματα πονηρὰ ἐξορκίζοντες. De Judæorum autem & Gentilium exorcistis inquit eodem Dialogo: Οἱ ἐκ Ἰουδαίων ἐπορκισταὶ τῇ τέχνῃ ᾗπερ καὶ τὰ ἔθνη χρώμενοι ἐξορκίζουσι, καὶ θυμιάμασι, καὶ καταδεσμοῖς χρῶνται. Fuerunt enim & apud Gentes Exorcistæ qui pollentibus verbis Dæmones ex obsessis corporibus ejicerent, idque proprium Magis fuisse videtur. Lucianus in Philopseude: Ὁ μὲν νοσῶν αὐτὸς σιωπᾷ, ὁ δαίμων δὲ ἀποκρίνεται, εἰ δὲ μὴ πεισθείη, καὶ ἀπειλῶν ἐξελαύνει τὸν δαίμονα. Adi ipsum Lucianum ibidem, ubi plurima huc spectantia habet. Solebant verò Magi eos, qui à Dæmonibus obsessi erant, jubere ut Ephesias litteras, ita dictas, recitarent, quibus tum liberabantur. Unde Plutarchus Symposiacon lib. VII. quæst. V: οἱ μάγοι τοὺς δαιμονιζομένους κελεύουσι τὰ Ἐφέσια γράμματα πρὸς αὐτοὺς καταλέγειν καὶ ὀνομάζειν. Et Eustathius: Ἐφέσια γράμματα ἐπῳδαί, δι' ὧν τινὲς ἐκ μεγάλων κινδύνων ἐσώθησαν, καὶ ἀγῶνας ἐνίκησαν. Φωναί τινες ἦσαν ἔπι τῆς στεφάνης, καὶ ζώνης, καὶ τῶν ποδῶν τῆς Ἐφεσίας Ἀρτεμιδος αἰνιγματῶδες γεγραμμέναι, ὅθεν καὶ τοῖς ἀσαφῶς λαλουμένοις λέγεται: Ἐφέσια γράμματα. Suidas quoque: Ἐφέσια γράμματα· ἐπῳδαί τινες δυσπαρακολούθητοι. Quicquid de his Ephesiis litteris sit, in medium relinquo, saltem fabulosa earum inventio est, dum ea Idæis Dactylis tri-

 buitur;

buitur, ut est apud Clementem Alexandrinum Stromat. lib. 1. Justinus Martyr, Apologiâ, de Christianis ait, δαιμονολήπτους, ὑπὸ τ ἄλλων πάντων ἐπορκιστῶν ἢ φαρμακευτῶν μὴ ἰαθέντας, ἰάσαιτο.

Quàm autem iniquum sit incognitis & inexploratis judicare.] Seneca:

Qui statuit aliquid parte inaudita altera,
Æquum licet statuerit, haud æquus fuit.

Cassiodorus VII. VIII: *Iustitia non videtur quicquid non discutitur, nec examinatur.* Euripides Heraclidis:

Τίς ἂν δίκλω κρίνοιεν, ἢ γνοὶη λόγον,
Πρὶν ἂν παρ' ἀμφοῖν μῦθον ἐκμάθῃ σαφῆ.

Nec enim, ut ait Tacitus II Annalium, *prohibendus est reus quo minus cuncta proferat quibus innocentia ejus sublevari possit.* Et Lactantius lib. V. cap. I: *Sacrilegis, proditoribus, & veneficis, potestas defendendi sui datur: nec prædamnari quenquam incognitâ causâ licet.* Maximus Tyrius Dissertatione VI: Εἰ δίκλω ἐφεύγομεν, ἠχθόμεθα ἂν τῷ δικαστῇ μὴ παρέχοντι ἑκατέρῳ ἐκ τ ἴσης τὴν ἀπολογίαν. Unde Seneca in Apocol. *Dic mihi*, &c. *quare quenquam ex his, quos quasque occidisti, antequam de causâ cognosceres, antequam audires, damnasti.*

Pag. 32. *Nec tamen mirum, cùm omnium fama, quæ semper inspersis mendaciis alitur, ostensâ veritate consumitur. Sic est negotium dæmonum. Ab ipsis enim rumor falsus & seritur & fovetur.*] Locus luxatus, quem quî Rigaltius restituere conatus sit, vide in ejus Observationibus. Ac primùm quidem benè, cùm pro *omnium*, reponit *hominum*; sed malè, cùm id de Christianis intelligi vult, ut jam monuit V. C. I. F. Gronovius Observat. in Eccles. Script. cap. VII. ubi totum hunc locum ita restituendum censet: *Nec tamen mirum, cùm hominum fama, quæ semper inspersis mendaciis alitur, ostensâ veritate consumitur, sit & negotium dæmonum: ab ipsis enim rumor falsus & seritur & fovetur.* Hoc est, ut idem Gronovius ibi explicat, Fama illa hominum oribus jactata & propagata, quæ semper alitur & crescit mendaciis, quæque veritate patefactâ evanescit, eadem hominum fama est ipsorum dæmonum negotium & opus: horum est auctoritas & instinctus, illorum ministerium. Hæc, quin vera lectio sit, nullus dubito, quare conjecturæ huic L. M. Q. subscribo.

Cum vestrâ Eponâ.] Sic edidimus, ut vulgata habet lectio, quæ sanè sana est. Illud *vel suâ*, quod inserit Rigaltius, ferri quidem possit, meliùs tamen abesse.

Epona.] Dea quæ stabulis, atque adeò asinis & equis præerat.

Appu-

Appulejus Mileſiarum lib. III: *Reſpicio pilæ mediæ, quæ ſtabulî trabes ſuſtinebat, in ipſo ferè meditullio Eponæ, deæ ſimulacrum præſidens ædiculæ, quod accuratè corollis roſeis equidem recentibus fuerat ornatum.* Tertullianus ad Nationes lib. I. cap. XI: *Sanè vos totos aſinos colitis & cum ſuâ Eponâ, & omnia jumenta & pecora & beſtias, quæ perinde cum ſuis præſepibus conſecratis.*

Et eoſdem aſinos cum Iſide religiosè devotatis.] *Devotatis* habent vulgati codd. In MS eſt *devoratis.* quod vitioſum eſſe cuique liquet. Rigaltius, litterâ unicâ mutatâ, edidit *decoratis.* Quòd ſenſu, quo explicat, tolerari poteſt. Sin verò *devotatis* retinere hîc quis malit; minimè hic denotare poteſt, quâ ſignificatione eo vocabulo utitur Plautus Caſina Sc. II. Act. VI. ibi enim ſignificat *diris devovere. Devotare* itaque hoc loco, vel idem erit, ac conſecrare; vel, quod magis probo, cum Minucius ait, *Aſinos cum Iſide religiosè devotatis*, nihil aliud vult, quàm, devotos vos aſinis & Iſidi oſtenditis.

Nonne & Apim bovem cum Ægyptiis adoratis?] Perſtringit hîc Minucius monſtruoſam illam & ridiculam Ægyptiorum ſuperſtitionem in brutis animantibus colendis, quam, ſi aliquomodo uberiùs proſequamur, non erit id, quod ajunt, extra oleas vagari. Ac primum quidem de bove quædam dicemus, qui geminus ab Ægyptiis cultus, alter Mnevis nuncupatus, & ab Heliopolitanis, alter Apis, & à Memphitis pro numine habitus. Ita enim Strabo lib. XVII. cum de Bubaſto, & Bubaſticâ præfecturâ, dixiſſet, ſubjungit: Ὑπὲρ αὐτῶν ὁ Ἡλιοπολίτης νομός. Ἐνταῦθα δ' ἐστὶν ἡ τοῦ Ἡλίου πόλις, ὄρη χώματος ἀξιολόγου κειμένη, τὸ ἱερὸν ἔχουσα τοῦ ἡλίου· καὶ τὸν βοῦν τὸν Μνεῦιν ἐν σηκῷ τινι τρεφόμενον, ὃς παρ' αὐτοῖς νενόμισται θεὸς, ὥσπερ καὶ ἐν Μέμφει ὁ Ἆπις. Sic Plutarchus in De Iſide & Oſiride: Ὁ δὲ ἐν Ἡλιοπόλει τρεφόμενος βοῦς, ὃν Μνεῦιν καλοῦσιν, (Ὁ σεμνὸς ἦν ἱερὸν, ἔνιοι δὲ καὶ τοῦ Ἄπιος πατέρα νομίζουσι) μέλας ἐστὶ, δευτέρας ἔχων λαμπὰς μετὰ τὰ κέρατα. Apim intelligit Tibullus cum lib. I. Eleg. VII. ait:

Te canit atque ſuum proles miratur Oſirin,
Barbara Memphitem plangere docta bovem.

Nam διαπεπλεγμένως eum appellat *Memphitem bovem*, ab illo qui Mnevis nomine Heliopoli colebatur. De Api etiam Cicero lib. I. de Naturâ Deorum: *Quid igitur cenſes? Apim illum, ſanctum Ægyptiorum bovem, nónne deum videri Ægyptiis?* Uti & Plinius lib. VIII. cap. XLVI: *Bos in Ægypto etiam numinis vice colitur. Apim vocant.* Et paullò pòſt: *Sunt delubra ei gemina, quæ vocant thalamos auguria populorum. Alterum intrâſſe latum eſt; in altero dira portendit* Et Clemens Pſeudo-Romanus

lib. v. Recognitionum: *Alii Ægyptiorum bovem, qui Apis dicitur, colendum tradidêre.* Apidis etiam meminere Clemens Alexandrinus Admonitione ad gentes. Mela de Situ Orbis, lib. i. cap. ix Solinus cap. xxxv. Lucianus in concilio Deorum, & de Sacrific. Spartian. in Hadriano. Diodor. Sicul. lib. i. Ælianus de Animal. lib. xi. cap. x. alii. Sub bove autem Ægyptii Solem colebant. Macrobius lib. i. cap. xxi. *Taurum verò ad Solem referri, multiplici ratione Ægyptius cultus ostendit: vel quia apud Heliopolim taurum Soli consecratum, quem Neton cognominant, maximè colunt; vel quia bos Apis in civitate Memphi Solis instar excipitur.* Ubi pro *Neton* legendum censeo *Mnevin*, uti ab aliis vocatur, quæ haut dubiè vera est lectio. Hæc cum scripsissem, incidi fortè in locum Cl. Seldeni Syntag. i. de Dîs Syris, ubi video jam ab eo monitum, *Mnevin* apud Macrobium reponendum esse. Ælianus autem lib. xi. Histor. Animalium cap. xi. ait, Apim non Solis sed Lunæ symbolum fuisse, &, ut Heliopolitani bovem suum Soli, ita Memphitæ suum Lunæ consecrasse. ὃ τοῦτον (Μνεῦιν) Αἰγύπτιοι ἡλίῳ φασὶν ἱερὸν· ἐπεὶ τόγε Ἄπιν ἀνάθημα εἶναι σελήνῃ λέγουσιν. Ab hoc Ægyptiorum Apide veterum quidam volunt originem traxisse vitulum illum aureum, quem Israelitæ sibi in deserto erigebant, colebantque. Sic Lactantius lib. cap. x: *In luxuriam prolapsi, ad profanos Ægyptiorum ritus animos transtulerunt. Cùm enim Moses Dux eorum ascendisset in montem, atque ibidem quadraginta dies moraretur, Aureum caput Bovis, quem vocant Apin, quod eis signo præcederet, figurarunt.* Idem & tradit de Ierobami vitulis, de quibus i, sive iii Regum, cap. xii. com. xxviii. D. Ambrosius, sive alius quis in Epist. ad Romanos cap. i. Idem etiam de utrisque sentit D. Hieronymus ad cap. iv. Hoseæ. *Videtur*, inquit, *idcircò mihi populus Israel in solitudine fecisse sibi Vituli caput quod coleret, & Ieroboam filius Nabat Vitulos aureos fabricatus, ut quod in Ægypto didicerant, Ἄπιν καὶ Μνεῦιν, qui sub figura Boum coluntur, esse Deos, hoc in suâ superstitione servarent.* De bove verò, ac aliis plerisque animantibus ab Ægyptiis cultis, elegans locus est apud Strabonem dicto libro xvii. Τινὰ δὲ ζώων, inquit, ἅπαντες κοινῇ τιμῶσιν Αἰγύπτιοι, καθάπερ τῶν πεζῶν μὲν τετράποδα, βοῦν, κύνα, αἴλουρον· τῶν δὲ πτηνῶν δύο, ἱέρακα, ὃ ἴβιν· τῶν δὲ ἐνύδρων δύο, λεπιδωτὸν ἰχθύν, καὶ ὀξύρυγχον. ἄλλα δ' ἐστὶν, ἃ τιμῶσι καθ' ἑαυτὸς ἕκαστοι, καθάπερ Σαΐται μὲν βάτον, καὶ Θηβαῖται· λάτον δὲ τὸν ἐν τῷ Νείλῳ τινὰ ἰχθύν, Λατοπολῖται· λύκον Λυκοπολῖται· κυνοκέφαλον δὲ Ἑρμοπολῖται. κῆπον δὲ Βαβυλωνίοις οἱ καὶ Μέμφιν· ἔστι δ' ὁ κῆπος τὸ μὲν πρόσωπον ἐοικὼς Σατύρῳ, τὰ ἄλλα δὲ κυνὸς, ὃ ἄρκτου μεταξύ· γίνεται δ' ἐν

δ' ἐν Αἰθιοπίᾳ. ἀετὸν δὲ Θηβαῖοι, λέοντα δὲ Λεοντοπολῖται, αἶγα δὲ ἡ πρόσω Μενδήσιοι, μυγάλην δὲ Ἀθηνεῖται· ἄλλοι δ' ἄλλό τι. τὰς δ' αἰτίας οὐχ ὁμολογουμένως λέγουσιν. Videmus ex hoc loco, quorundam animantium cultum universis Ægyptiis communem fuisse, quorundam etiam quibusdam tantum civitatibus observatum. De singulis singulatim quædam subjiciemus. Post bovem, de cujus cultu jam diximus, addit Strabo κύνα, *canem*. De hujus veneratione quoque Cicero lib. v. Tuscul. Quæst. *Ægyptiorum morem quis ignorat? quorum imbutæ mentes pravitatis erroribus, quamvis carnificinam priùs subierint, quàm ibim, aut aspidem, aut felem, aut canem, aut crocodilum violent.* Meminit & canis venerationis lib. 1. de Legib. Item Plutarchus in De Iside & Osiride. Et Juvenalis Satyrâ xv:

--- *Illic*
Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam.

Clemens etiam Alexandrinus προτρεπτ. qui & indicat canem præcipuè à Cynopolitanis cultum. Κυνοπολίτης δὲ (σέβουσι) κυνα. De canis culturâ etiam Herodotus in Euterpe, & Diodorus Siculus lib. 1 1. qui & addunt, Ægyptios, in quorum domibus canis moreretur, solitos fuisse ad luctum indicandum, totum corpus radere. Verba Herodoti infra, cùm de felis cultu dicam, referam. Diodori hæc sunt: Ἀλλὰ μὴν ἔγε καθ' ὧν ἂν οἰκίαν αἱρεθῇ κύων τετελευτηκὼς, ξυρῶνται πάντες οἱ κατ' οἶκον ὄντες ὅλον τὸ σῶμα, ἐποιοῦντο πένθος. Subdit Strabo αἴλουρον sive felem. De quo & Herodotus in Euterpe, Plutarchus quoq; in De Iside & Osiride. Item Cicero lib. 1. de Legib. & lib. v. Tuscul. Quæst. in verbis supra adductis, uti & lib. 1. de Natura Deorum: *Ne fando quidem auditum est, crocodilum, aut ibim, aut felem violatum ab Ægyptio.* Juvenalis quoque Satyrâ xv:

Illic aluros, hîc piscem flumnis ---
--- *venerantur.* ---

Sic enim ibi legendum, non *cæruleos*, ut est in vulgatis, optimè monuit Brodæus Miscellan lib. v 1 1. cap. 1 1 Diodorus etiam Siculus Biblioth. Hist. lib. 1: Περὶ δὲ τῶν ἀφιερωμένων ζώων τῇ Αἰγύπτῳ εἰκότως φαίνεται πολλοῖς παρέδοξον τὸ γινόμενον, καὶ ζητήσεως ἄξιον. σέβονται γὰρ ἔνια τῶν ζώων Αἰγύπτιοι καθ' ὑπερβολὴν, οὐ ζῶντα μόνον, ἀλλὰ καὶ τελευτήσαντα. οἷον τούς τε αἰλούρους, καὶ σὺς ἰχνεύμονας καὶ κύνας. ἔτι δὲ ἱέρακας, καὶ τοὺς καλουμένους παρ' αὐτοῖς ἴβεις· ὄφεις δὲ τούτοις τούς τε λύκους, καὶ σὺς χρυσοειδεῖς καὶ ἕτερα τοιαῦτα πλείω. Paullò pòst causſam hujus cultûs Diodorus adducit; quia felis contra aspidum, aliorumque serpentium morsus utilis est. Καὶ τὸ μὲν αἴλουρον πρός τε τοὺς ἀσπίδας θαυ-

μάσιμα

νάϛιμα δακνούϛας εὔθετον ὑπάρχειν, καὶ τἄλλα δάκετα τῶν ἑρπετῶν. Felis quoque cultûs meminit Plutarchus Symposiacôn lib. IV. quæst. V. Et Clemens Pseudo-Romanus lib. V. Recognit. loco ex parte superiùs jam allato: *Alii Ægyptiorum bovem, qui Apis dicitur, colendum tradidêre, alii Hircum, alii Gattas.* Per *gattas* enim planè feles, sive æluros designat. Sic enim tum temporis locuti sunt, & *gattas*, vel *cattas*, feles appellabant. Unde in Gloss. *Catta*, αἴλουρος. Et aliæ: Κάττα, *Catta*. Sic Callimachi Scholiastes ait αἰλούρους, sive feles, κάττας ἰδιωτικῶς nominatas fuisse. Item Euagrius lib. VI. cap. XXIV: αἴλουρον κάτταν ἡ συνήθεια λέγει. *Catti* voce etiam utitur Auctor Historiæ Barlaami, ubi de Ægyptiorum superstitionibus agit: *Quidam*, inquit, *illorum coluerant ovem, quidam hircum, alii vitulum, & porcum, nonnulli corvum & accipitrem, & vulturem, & aquilam. Alii verò crocodilum, quidam cattum, & canem, & lupum, & simiam, & draconem, & aspidem: alii cepas, & allia, & spinas.* Porrò apud Herodotum, libro dicto, legimus, Ægyptios ab felis mortem, non, ut in morte canis, totum rasisse corpus, sed tantum supercilia. Ἐν ὁτέῃϛι δ' ἂν οἰκίῃϛι αἴλουρος ἀποθάνῃ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου, οἱ ἐνοικέοντες πάντες ξυρέονται τὰς ὀφρύας μούνας. παρ' ὁτέυισι δ' ἂν κύων, πᾶν τὸ σῶμα καὶ τὴν κεφαλήν. Addit deinde, feles mortuas saliri solitas, atq; ita Bubastim deferri, ubi sepeliebantur: Ἀπάγονται δὲ οἱ αἴλουροι ἀποθανόντες ἐς ἱερὰς ϛέγας, ἔνθα θάπτονται ταριχευθέντες ἐν Βουβάϛι πόλι. De fele hactenus, sequuntur ἱέρακες, sive *accipitres*. De quibus etiã Plutar. in De Isid. & Osir., & Diodor. Sicul. lib. I. in verbis supra adductis; qui & posteà cultus ejus caussam addit, quia Ægyptum purget à cerastis, scorpiis, aliisq; noxiis animalibus: Τὸν δὲ ἱέρακα, πρός τε τοὺς σκορπίους καὶ τοὺς περάϛας καὶ τὰ μικρὰ τῶν δακέτων θηρίων, τὰ μάλιϛα σοῦ ἀνθρώπους ἀναιροῦντα. Hanc quoq; rationẽ ex Diodoro adducit Euseb. lib. II. de Præpar. Euan. Aliam etiam adfert Diodorus, cùm continuò subjungit: Ἔνιοι δὲ λέγουσι τιμᾶσθαι τὸ ζῶον τοῦτο διὰ τὸ, σοῦ μάντεις οἰωνοῖς τοῖς ἱέραξι χρωμένους, προλέγειν τὰ μέλλοντα τοῖς Αἰγυπτίοις. Tertiam adhuc addit, sed quam ex ipso petes. Straboni autem, accipitrem ab universâ coli Ægypto dicenti, non adsentit Ælianus, qui expressè in Historiâ Animalium ait, accipitrem à Tentyritis cultum. Sic enim lib. X. cap. XXIV: Σέβουσι δὲ οἱ Τεντυρίται ἱέρακας. Subdit deinde, ut à Coptitis contrà crocodili honorentur; accipitres verò ab iis, veluti crocodilorum hostes, sæpè cruci affigi. verba ejus: Οὐκοῦν οἱ Κοπτὸν οἰκοῦντες, ὡς κροκοδείλοις λυπεῖν προῃρημένοι, πολλάκις ἀποϛαυροῦσιν ἱέρακας. Hoc certè nimium quantum ab eorum veneratione abest.

Adfert

Adfert etiam Ælianus ibidē hanc utriusq; cultus rationem: Ἐικάζουσι δὲ τὸ μὲν κροκόδειλον ἐκεῖνοι ὕδατι, ἔνθέν τοι καὶ σέβουσιν. οἱ δὲ τὸ ἱέρακα πυρί· ταύτῃ τοι καὶ προσκυνοῦσι. Strabo quoque lib. XVII. tradit, à Philæis (qui imolæ sunt Philarum insulæ, quæ Ægyptiis & Æthiopibus adjacet) avem, quam accipitrem dicerent, in templo esse cultam. Itaque cùm Cicero, lib. III. de Nat. Deorum, accipitrem inter eos ponit, qui à barbaris Deorum honore afficiebantur; per barbaros innuit fortassis cùm Tentyritas, tùm Philæos. Hæc de accipitre. De ibidis cultu præter Herodotum in Euterpe, & Diodorum Siculum lib. II, Juvenalis quoque Sat. XV:

--- *Illa pavet saturam serpentibus ibin.*

Ubi ejus Scholiastes: *Ibin propterea Ægyptii colunt, quòd illi naturale cum serpentibus bellum est. Nam cùm Ægyptum Nilus etiam serpentibus inundaverit, illa eos omnes devorat simul & aspides.* Quam rationem & Herodotus in Euterpe & Plin. lib. X. cap XXVIII. adfert, cujus est: *Invocant & Ægyptii ibes suas contra serpentium adventum.* Et ante Plinium Cicero de Naturâ Deorum lib. I: *Ægyptii nullam beluam, nisi ob aliquam utilitatem, quam ex eâ caperent, consecraverunt. Velut Ibes maximam vim serpentum conficiunt, cùm sint aves excelsæ, cruribus rigidis, corneo, proceroq; rostro: avertunt pestem ab Ægypto, cùm volucres angues ex vastitate Libyæ vento Africo invectas interficiunt atq; consumunt; ex quo fit, ut illæ, nec morsu vivæ noceant, nec odore mortuæ.* Diodori Siculi lib. II. quoq; est: Τῶν δὲ ὀρνέων τὴν μὲν ἴβιν χρησίμην ὑπάρχειν πρός τε τοὺς ὄφεις, καὶ τὰς ἀκρίδας, καὶ τὰς καμπάς. Meminit & ibidis cultus Tuscul. Quæst. lib. V. item Plutarchus Symposiacôn lib. IV. quæst. V. & in De Iside & Osidere. Uti & Lucianus in Deorum concilio: Αἰσχύνομαι δὲ ἴβιδας, καὶ πιθήκους, καὶ τράγους, καὶ ἄλλα πολλῷ γελοιότερα, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐξ Αἰγύπτου παραβυσθέντα ἐς τὸν οὐρανόν. Ammianus item Marcellinus lib. XXII: *Inter Ægyptias aves, quarum varietas nullo comprehendi numero potest, ibis sacra est & amabilis, & innocua, ideo quòd nidulis suis ad cibum suggerens ova serpentum, efficit ut rarescant mortiferæ pestes absumptæ.* Ceterùm Herodotus in Euterpe ait, capital esse Ægyptiis, si quis vel ibim, vel accipitrem, sive sciens, sive ignarus interfecerit: Ὃς δ' ἂν ἴβιν ἢ ἴρηκα ἀποκτείνῃ, ἦν τε ἑκὼν, ἦν τε ἀέκων. τεθνάναι ἀνάγκη. Sequitur apud Strabonem cultus λεπιδωτοῦ, piscis à squammis sic dicti. Cui assentit & Herodotus in Euterpe: Νομίζουσι δὲ καὶ τῶν ἰχθύων τὸν καλούμενον λεπιδωτὸν. De oxyryncho, quem Strabo hic ait ab universis cultum Ægyptiis, anteà etiam dixerat eum ab Oxyrynchitis coli. Sic enim inquit: Ἐν δὲ τῇ περαίᾳ (Αἰγύπτου) Ὀξύρυγχος πόλις,

καὶ νομὸς ὁμώνυμος. Τιμῶσι δὲ τὸν Ὀξύρυγχον. ὃ ἔστιν αὐτοῖς ἱερὸς Ὀξυρύγχου. Quod & refert Clemens Alexand. Admonitione ad Gentes: Ὀξυρυγχίται (σέβουσι) τὸν φερώνυμον τῆς χώρας αὐτῶν ὁμοίως ἰχθῦν. Plutarchus itē in De Iside & Osiride. Hadriano Junio in Nomencl. cap. de Piscib. oxyrynchus est rajarū genus, quod βάτος ὀξύρυγχος nuncupetur. Alii volunt lucium esse, ut Petr. Bellonius Observation. lib. II. cap. XXXII. qui id ex inde colligit, quòd Nilus luciis abundet. Ovem à Saïtis & Thebanis cultam dicit Strabo. Hoc etiam testatur Clemens Alexandrinus προτρεπτ. Σαΐται δὲ καὶ Θεβαῖοι (σέβουσι) πρόβατον. Tum addit Strabo lati venerationē, cujusdā piscis in Nilo, præbitā ei à Latopolitanis De cujus cultu apud alios, quos mihi quidē hactenus videre contigit, nominatim nihil reperio. Subdit porrò Strabo lupū, quem Lycopolitani venerati sunt, teste etiā Plutarcho in de Iside & Osiride, ac Clemente Alexandrino loco sæpiùs citato: Λυκοπολῖται δὲ (σέβουσι) λύκον. Cultus ejus rationē, quâ Ægyptii moti lupū in honore haberent, ait Diodorus Siculus lib. I. esse, quia iis tanta cum canibus affinitas adest: Τοὺς δὲ λύκους τιμᾶσθαι λέγουσι διὰ τὴν πρὸς τοὺς κύνας τῆς φύσεως ὁμοιότητα. Alteram quoque & tertiam deinceps adducit, quas apud ipsum vide. De Cynocephali cultu superiùs quædam jam diximus, quibus licet addas quòd Cynocephali cultus etiam memoratur Tertulliano in Apologet. cap. VI, & Augustino lib. II. de Civitate Dei cap. XIII. Est verò Cynocephalus ex simiarum caudatarum genere; sed, ut ait Aristoteles, cebo, sive cercopitheco major validiorq; ac efferatior, propius etiā ad caninam faciem accedens. Sic enim lib. II. Histor. Animal. cap. VIII. cùm de cebis dixisset, quòd essent simiæ caudam gerentes, subdit continuò: Καὶ οἱ κυνοκέφαλοι δὲ τὴν αὐτὴν ἔχουσι μορφὴν τοῖς πιθήκοις, πλὴν μείζονες τ' εἰσὶ, καὶ ἰσχυρότεροι, καὶ τὰ πρόσωπα ἔχοντες κυνοειδέστερα. ἔτι δὲ ἀγριώτερά τε τὰ ἤθη, καὶ τοὺς ὀδόντας ἔχουσι κυνοειδεστέρους καὶ ἰσχυροτέρους. Subjungit deinceps Strabo κεῖπον, ubi in aliis codicibus est κῆπον, aut κῆβον. Aristoteles lib. II. Hist. Animal. cap. VIII. ubi de simiis agit, primum simiarum genus facit πιθήκους, sive simias, caudæ expertes, quæ etiam Latinis dicuntur *clunæ*, ab attritis clunibus, ut Festus auctor est. In Gloss. est: *Clura* πίθηκος, quod Illustrissimus Scaliger perperàm pro *cluna* positum ait. Alterum simiarum genus Aristoteli est κῆβος, tertium verò κυνοκέφαλος, de quo diximus. De κήβῳ autem Aristoteles ait: Ἔστι δ' ὁ μὲν κῆβος, πίθηκος ἔχων οὐράν. Ita ut κῆβος idem planè sit qui κερκοπίθηκος, & opponatur τῷ πιθήκῳ, sive *clunæ*. Unde Martialis

tialis lib. XIV. Epigramm. CCII:

Callidus emissas eludere simius hastas,
Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.

De cultu cercopitheci Juvenalis Satyra XV:

Effigies sacri nitet aurea cercopitheci
Dimidio magicæ resonant ubi Memnone chordæ,
Atque vetus Thebæ centum jacet obruta portis.

Cercopithecum innuit Prudentius lib. II. adversus Symmachum, cùm inquit:

Isis enim & Serapis, & grandi Simia caudâ,
Et Crocodilus id est, quod Iuno, Laverna, Priapus.

Simiæ quoque cultus commemoratur Luciano in Deorum concilio. Quod de aquilæ cultu ait Strabo, illud etiam legere est apud Diodorum Siculum, qui & simul rationem addit: Sic enim lib. I. inquit: Τὸν δὲ ἀετὸν Θηβαῖοι τιμῶσι, διὰ τὸ βασιλικὸν εἶναι δοκεῖν τοῦτο τὸ ζῶον, καὶ Διὸς ἄξιον. Subjicit posteà Strabo de Leone à Leopolitanis culto, cujus cultûs etiam mentio est apud Plutarchum lib. IV. Sympos. quæst. V. qui Leonem Soli sacratum dicit, eò quòd ex curviungulis quadrupedibus sola læena fœtum edat videntem: insuper quòd leo brevissimo temporis tantum spatio somnum capiat, oculique dormientis suffulgeant; item quòd Leontini, fontes & hiatus suos, cùm Sol per Leonem transeat, novâ inveniant aquâ repletos: Verba sunt: Τὸν λέοντα τῷ ἡλίῳ συνοικειοῦσιν, ὅτι τῶν γαμψωνύχων τετραπόδων βλέποντα τίκτει μόνος· κοιμᾶται δὲ ἀκαρὲς χρόνου, καὶ ὑπολάμπει τὰ ὄμματα καθεύδοντος. κρῆναι δὲ καὶ καταχάσματα τῶν Λεοντείων ἐξίασι κρουνοὺς, ὅτι Νεῖλος ἐπάγει νέον ὕδωρ ταῖς Αἰγυπτίων ἀρούραις ἡλίου τὸν λέοντα παροδεύοντος. Capræ porrò & hirci venerationem tribuit Strabo Mendesiis. De quibus assentit & Herodotus in Euterpe: Σέβονται πάντας τοὺς αἶγας οἱ Μενδήσιοι, καὶ μᾶλλον τοὺς ἄρσενας τῶν θηλέων· καὶ τούτων οἱ αἰπόλοι τιμὰς μείζονας ἔχουσι. De hirco etiam Clemens Alexandrinus Admonitione ad Gentes: Μενδήσιοι (σέβουσι) τὸν τράγον. Videntur etiam alii Ægyptiorum hircum pro numine habuisse, cùm Diodorus lib. II. ita generatim loquitur: Τὸν δὲ τράγον ἀπεθέωσαν, καθάπερ καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι τετιμῆσθαι λέγουσι τὸν Πρίαπον, διὰ τὸ γεννητικὸν μόριον. Subditque rationem: Τὸ μὲν γὰρ ζῶον εἶναι τοῦτο κατωφερέστατον πρὸς τὰς συνουσίας, τὸ δὲ μόριον τοῦ σώματος τὸ τῆς γενέσεως αἴτιον τιμᾶσθαι προσηκόντως, ὡς ἂν ὑπάρχον ἀρχέγονον τῆς τῶν ζώων φύσεως. Hirci cultûs meminit & Lucianus in Deorum concilio. Supra ex Herodoti verbis proximè

allatis, videmus Mendesios è capris maribus magis quàm feminis divinum tribuisse honorem. Planè huic contrarium prodit Ælianus de Coptitis, qui in cultu divino hircis capras, velut oblectamentum Isidos, præferebant. Sic enim lib. x. de Animalibus cap. XXIII: Σέβουσι δὲ οἱ Κοπτῖται καὶ θηλείας δορκάδας, καὶ ἐκθεοῦσιν αὐτάς· τοῦ δὲ ἄρρενας κατεσθίουσιν. ἄθυρμα δὲ εἶναι τὰς θηλείας τῆς Ἴσιδός φασι. Dicit quoque Herodotus ibidem, Mendesiis caprarios præcipuo in honore fuisse; ac deinde subjungit, si caprariorum princeps, quem nimirùm maximè honorabant, fatis concesserit, universæ tum Mendesiorum regioni ingentem proponi luctum. Καὶ τούτων, inquit, οἱ αἰπόλοι τιμὰς μέζονας ἔχουσι. ἐκ δὲ τούτων εἷς μάλιστα, ὅστις ἐπεὰν ἀποθάνῃ, πένθος μέγα παντὶ τῷ Μενδησίων νομῷ τίθεται. Imò & Mendesios nomen ab hirci cultu tulisse, colligi potest ex eo, quod Herodotus ibidem ait: Καλέεται δὲ ὅ τε τράγος καὶ ὁ Πὰν Αἰγυπτιστὶ Μένδης. Novissimè adjicit Strabo μυγάλην, quam *murem araneum* reddunt interpretes, Athribitis pro Deo fuisse. De cujus animalis apud Ægyptios cultu præter Herodotum in Euterpe, etiam legimus apud Plutarchum Sympos. lib. IV. quæst. V. qui caussam tanti honoris esse ait cæcitatem, quia tenebras luce antiquiores arbitrentur. Adhæc quòd in novilunio è muribus quinctâ producatur ætate; quòd etiam jecur ejus, lunâ decrescente, diminuat. Τὴν μὲν γὰρ, inquit, μυγάλην ἐκτεθειᾶσθαι λέγουσιν ὑπὸ Αἰγυπτίων τυφλὴν οὖσαν. ὅτι τὸ σκότος τοῦ φωτὸς ἡγοῦντο πρεσβύτερον· τίκτεσθαι δὲ αὐτὴν ἐκ μυῶν πέμπτῃ γενεᾷ νουμηνίας οὔσης. ἔτι δὲ μειοῦσθαι τὸ ἧπαρ ἐν τοῖς ἀφανισμοῖς τῆς σελήνης. Atque hactenus Ægyptiorum in animantibus colendis superstitionem juxta Strabonem prosecuti sumus. Concludit denique Strabo, dicendo, alia etiam animantia ab aliis Ægyptiorum populis coli. De quibus, ut & de iis, quæ ab gentium aliis pro Dîs habita sunt, mox ad sequentia auctoris nostri verba dicemus.

Serpentibus.] Serpentes ab Ægyptiis cultos, testis etiam Herodotus in Euterpe, ubi ait, serpentes circa Thebas sacros fuisse, quos etiam defunctos in Jovis, cui Deo sacri erant, templo sepeliebant. Εἰσὶ δὲ, inquit, περὶ Θήβας ἱροὶ ὄφιες, ἀνθρώπων οὐδαμᾶ δηλήμονες· ὃ μεγάθεϊ ἐόντες μικροὶ, δύο κέρεα φερέουσι, πεφυκότα ἐξ ἄκρης τῆς κεφαλῆς. τοῦ ἀποθανόντας θάπτουσι ἐν τῷ ἱρῷ τοῦ Διός. Aspides verò præ aliis Ægyptiis vehementer in honore fuisse, ex Phylarcho testatur Ælianus lib. XVII. de Animal. cap. V: Φύλαρχος, inquit, ἐν τῇ ι β. ὑπὲρ τῶν Αἰγυπτίων ἀσπίδων ᾄδει τοιαῦτα· τιμᾶσθαί φησιν αὐ-

τὰς

τὰς ἰσχυρῶς· καὶ ἐκ ταύτης τῆς τιμῆς ἡμερωτάτας καὶ χειροήθεις γίνεσθαι τὰς ἐκ τῆς τροφῆς πεπωλευμένας. τοῖς παιδίοις οὖν συντρεφομένας μηδὲν ἀδικεῖν· καὶ καλουμένας δὲ, ἐξέρπειν τῶν φωλεῶν, καὶ ἀφικνεῖσθαι. κλῆσις δὲ αὐτῶν ὁ τῶν δακτύλων ἐστὶ κρότος. Vide etiam quæ ibidem sequuntur. Idem Ælianus lib. x. cap. xxxi. ait, genus quoddam Aspidis, quam Ægyptii Thermuthin vocabant, iis in summâ veneratione fuisse, eâque tanquam regio quodam diademate Isidos simulacra coronâsse: Τὴν δὲ θέρμουθιν, sunt verba ejus, ἀσπίδα, ἣ ὄνομα ἔθεντο Αἰγύπτιοι τοῦτο, ἱερὰν εἶναί φασι, καὶ σέβουσιν αὐτὴν οἱ ἐκεῖθι, καὶ τῆς Ἴσιδος τὰ ἀγάλματα ἀναδοῦσι ταύτῃ, ὥς τινι διαδήματι βασιλείῳ. Aspidis cultûs meminit & Cicero lib. v. Tuscul. Quæstion. Auctor item Historiæ Barlaami loco suprà laudato. Non solùm verò antiquis seculis Ægyptii serpentes venerati sunt, sed & multò recentioribus ab aliis etiam gentibus divinus honor serpentibus tributus. Sic Erasmus Stella serpentes à Borussis pro Deo habitos scribit lib. i. de antiquitatibus Borussiæ in limine: *Nulla*, inquit, *eis sacra aliquamdiu fuêre: tandem in eam deducti insaniam, ut serpentes, ferasq́, & arbores, religiosè colerent.* Sigismundus quoque L. Baro in Heberstein idem refert de Samogitis, Commentariis Rer. Moscoviticar. Ait enim, *Samogitiæ incolis serpentem esse pro Deo.* Et, *Siquid adversi illis accideret, serpentem, Deum domesticum, malè acceptum ac saturatum esse credunt.* De Samogitis item J. Cæsar Scaliger de *Subtilitate*, contra Cardanum Exercitat. CLXXXIII. Sect. II: *In Sarmatiâ*, inquit, *regio aut Rutenorum, aut Rutenis proxima est, Samogitia. In ea lacerti sesquipede majores, crassi, nigri: quos incolæ pro laribus colunt familiaribus. Si quid accidit sinistri: minus ritè cultum numen suspicantur, aut deterioribus, parcioribúsve acceptum epulis. Itaque curant eum operâ attentiore: quâ sese ad res secundiores existimant exoraturos.* De Lithuanis similiter Alexander Guaginus in Sarmatiâ suâ Europæâ tradit, iis serpentes pro diis fuisse; quibus & sacra faciebant, & victimas immolabant. Verba sunt: *Viperas atque serpentes Deos esse credebant, eisq́ cultum præcipuum exhibebant, & singuli patresfamilias, cives, coloni, & nobiles, singulos serpentes domi adservare solebant; quos pro Penatibus, & Laribus familiaribus, adorabant; lacq́, & gallos gallinaceos, eis immolabant: eratq́ inauspicatum, & exitiabile toti familiæ, quempiam ex eis violâsse, dehonorâsséve, aut domi non fovisse. Tales enim, vel omnibus bonis privabantur, vel crudeliter lacerati interibant.* Posteriora hæc verba non multum abeunt ab eo, quod Sigismundus L. Baro in commentariis Rerum Moscoviticarum, anteà jam memoratis, refert contigisse in Lithuaniâ

cuidam, qui serpentis cultum dereliquisset. *Cum*, inquit, *priori ex Moscoviâ itinere in Troki venissem; referebat hospes meus, ad quem fortè diverteram, se eodem, quo ibi eram, anno ab ejusmodi quodam serpentis cultore aliquot alvearia apum emisse: quem cùm oratione suâ ad verum Christi cultum adduxisset; utq; serpentem, quem colebat, occideret, persuasisset; aliquantò pòst. cùm ad visendas apes suas eò reversus fuisset, hominem facie deformatum, ore aurium tenus miserabilem in modum diducto, offendit. Tanti mali caussam interrogatus, respondit, se, quòd serpenti, Deo suo, manus nefarias injecisset, ad piaculum expiandum, luendamq; pœnam, hâc calamitate puniri: multaq; graviora, si ad priores ritus suos non rediret, se pati oportere.* Quidnam de hujusmodi relatione dicemus? pro figmento eam traducendam? Sed auctoritas narrantis obstare videtur. Ego judicium meum hîc suspendere malo, quàm præcipitanter aliquid effundere. Si tamen hujusmodi quid contigerit, & caussam ejus, ut illi existimant, ex rejecto serpentis cultu, & non potius aliunde, petendam esse, alicui non adeò absurdum videatur; dæmonem hîc suas partes agere, minimè dubitandum censeo. Interim his de cultu serpentium adde, quæ Eximius ac Celeberrimus Vir M.Z. Boxhornius, in nuperâ suâ Historiâ Universali editâ, de Lithuanis & Samogitis serpentes numinis instar colentibus, profert ex oculati gravissimiq; ut eum vocat, testis, Joannis Meleti, Epistolâ ad Georgium Sabinum, ubi, præmissis quibusdam de ceterarum Sarmatiæ gentium dæmonum cultu ac idololatriâ, mox subdit: *Præterea Lithuani & Samogitæ in domibus sub fornace, vel angulo vaporarii, ubi mensa est, serpentes fovent, quos numinis instar colentes, certo anni tempore, precibus sacrificuli evocant ad mensam. Hi verò exeuntes per mundum linteolum conscendunt, & super mensam assident. Ubi postquam singula fercula delibârunt, rursus descendunt, seq; abdunt in cavernis. Serpentibus digressis, homines læti fercula illa prægustata comedunt, ac sperant illo anno omnia prospera sibi eventura. Quod si ad preces sacrificuli non exierint serpentes, aut fercula super mensam posita non delibaverint, tum credunt se anno illo subituros magnam calamitatem.* Hæc ille. Serpentes à Calecutensibus etiam coli tradit J. Cæsar Scaliger Comment. in lib. 11 Aristotelis de Historiâ Animalium cap. XVIII. Sect. CXXIII. *Lusitani*, inquit, *navigatores, serpentes prodidere in provinciâ Calecuti vastissimo esse capite, porci maximi magnitudine; pro numine ab rege coli.*

Crocodilis.] De Crocodilo pro Deo ab Ægyptiis culto Strabo lib. XVII. ubi de urbe Arsinoë, quæ ab eximio ejus cultu Crocodilo-

rum

rum urbs dicebatur: Πόλις ἐστὶν Ἀρσινόη· κροκοδείλων ἡ πόλις ἐκαλεῖτο πρότερον. σφόδρα γὰρ ἐν τῷ νομῷ τούτῳ τιμῶσι τὸν κροκόδειλον, καὶ ἔστιν ἱερὸς παρ' αὐτοῖς ἐν λίμνῃ καθ' αὐτὸν τρεφόμενος, χειροήθης τοῖς ἱερεῦσι. καλεῖται δὲ Σοῦχος. Τρέφεται δὲ σιτίοις, καὶ κρέασι, καὶ οἴνῳ προσφερόντων ἀεὶ τῶν ξένων, τὸν δὴ τὸν θεὸν ἀφικνουμένων. Crocodili etiam cultûs mentio est apud Herodotum in Euterpe, Ciceronem lib. 1. de Naturâ Deorum, & lib. v. Tuscul. Quæst. Diodorum quoque Siculum lib. 1. Biblioth. Histor. Plutarchum Symposiacôn lib. IV. quæst. v. & in De Iside & Osiride. Juvenalis Satyræ xv. initio est:

Quis nescit, Volusi Bithynice, qualia demens
Ægyptus portenta colat? crocodilon adorat
Pars hæc. ---

Nam haud peræquè ab universâ Ægypto cultum fuisse refert quoq; Herodotus in Euterpe, ubi ait, iis, qui circa Thebas, & Mœridis lacum habitarent, crocodilum in summâ veneratione fuisse; quòd singuli etiam eorum crocodilum unum alebant mansuefactum; & auribus ejus gemmas, auroque fusiles inaures appendebant; denique catenam primoribus ejus pedibus innectebant, aliaque quæ ad honorem ejus facere videbantur, peragebant. Sed præstat Herodotum ipsum audire loquentem, & singula accuratiùs prosequentem: Τοῖσι μὲν δὴ, inquit, τῶν Αἰγυπτίων ἱροί εἰσι οἱ κροκόδειλοι, τοῖσι δὲ οὔ, ἀλλ' πολεμίους ποιέεται. οἱ δὲ περὶ τε Θήβας καὶ Μοίριος λίμνην οἰκέοντες καὶ κάρτα ἡγηλωτὰς αὐτοὺς εἶναι ἱρούς. ἐκ πάντων δὲ ἕνα ἑκάτεροι ἐκτρέφουσι κροκόδειλον, δεδιδαγμένον εἶναι χειροήθεα· ἐκτήματά τε λίθινα χυτὰ καὶ χρύσεα ἐς τὰ ὦτα ἐνθέντες, καὶ ἀμφιδέας περὶ σφυρὸν ἐμποδίους πόδας, καὶ σιτία ἀποτακτὰ διδόντες, καὶ ἱρήια, καὶ θρέπουσι ὡς κάλλιστα ζῶντας. Addit deinceps, ut, cùm mortui sint, eos sale condiant, inque sacris urnis sepeliant. Ἀποθανόντας δὲ ταριχεύσαντες, θάπτουσι ἐν ἱρῇσι θήκῃσι. De incolis verò circa Elephantinam urbem dicit ibidem Herodotus, quòd crocodilum non existimarent sacrum, ita ut iis etiam vescerentur. Οἱ δὲ, sunt verba ejus, περὶ Ἐλεφαντίνην πόλιν οἰκέοντες, καὶ ἐνθεῦτεν αὐτοὺς, οὐκ ἡγεόμενοι ἱρούς εἶναι. Tale quid refert etiam de Ægyptiis Ombitis, & Apollonopolitis, Tentyritarum parte, Ælianus lib. x. de Animalibus cap. xxi: Ait enim, crocodilos Ægyptiis Apollonopolitis, qui, ut dixi, Tentyritarum pars sunt, odio esse, ab iisque comedi; Ab Ægyptiis verò Ombitis ita honoratos, quemadmodum Græcis & Romanis Deos Olympios. Τοὺς κροκοδείλους, inquit, Αἰγυπτίων οἱ μὲν σέβουσι, ὡς Ὀμβίτην, καὶ οἷα ἡμεῖς τοὺς θεοὺς τοὺς Ὀλυμπίους. Paullò pòst subdit: Οἰκέ-

μων

μὴν Ἀπολλωνοπολίται μισοῦσι κροκόδειλον. Tum odii hujus caussam ait esse, vel quòd Typhon crocodili formam dicatur induisse, vel quòd Psammythi regis justissimi filiam crocodilus rapuerit. Odium hoc Tentyritarum adversus crocodilos memoratur etiam à Strabone lib. XVII: Μετὰ δὲ τὴν Ἄβυδον Διόσπολις ἡ μικρά. εἶτα Τέντυρα πόλις· ἐνταῦθα δὲ διαφερόντως παρὰ τοὺς ἄλλους Αἰγυπτίους ὁ κροκόδειλος ἠτίμωται, καὶ ἔχθιστος τῶν ἁπάντων θηρίων νενόμισται. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι, καίπερ εἰδότες τὴν κακίαν τοῦ ζώου, καὶ ὡς ὀλέθριον τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει, σέβονται ὅμως, καὶ ἀπέχονται· οὗτοι δὲ πάντα τρόπον ἀνιχνεύουσι, καὶ διαφθείρουσιν αὐτούς. Habes & apud Plinium lib. VIII. cap. XXV. Subdit posteà Strabo, quosdam dicere, Tentyritis vim quandam esse naturalem contra crocodilos, quemadmodum Psyllis apud Cyrenaicos est adversus serpentes; sic ut nihil damni ab ipsis accipiant, sed, alio nemine audente, intrepidè aquam tranent, & urinentur. Subjicitque, cùm Romam crocodili pro spectaculo essent allati, eos à Tentyritis in apricum deductos fuisse. Sed ipsum potius audiamus. Sic autem inquit: Ἔνιοι δ' ὥσπερ τοὺς Ψύλλους τοὺς πρὸς τῇ Κυρηναίᾳ, φυσικήν τινα ἀντιπάθειαν ἔχειν πρὸς τὰ ἑρπετὰ, οὕτως καὶ τοὺς Τεντυρίτας φασὶ πρὸς τοὺς κροκοδείλους, ὥστε μηδὲν ὑπ' αὐτῶν πάσχειν, ἀλλὰ καὶ κολυμβᾶν ἀδεῶς, καὶ διαπερᾶν, μηδενὸς ἄλλου θαῤῥοῦντος· εἴς τε τὴν Ῥώμην κομισθεῖσι τοῖς κροκοδείλοις ἐπιδείξεως χάριν, συνηκολούθουν οἱ Τεντυρίται. γενομένης τε δεξαμενῆς καὶ τρήματος τινὸς ὑπὲρ μιᾶς τῶν πλευρῶν, ὥστε καὶ τοῖς θηρίοις ἐκβᾶσι τοῦ ὕδατος ἡλιαστήριον εἶναι, ἐκεῖνοι ἦσαν οἱ τότε μὲν ἐξέλκοντες δικτύῳ πρὸς τὸ ἡλιαστήριον, ὡς καὶ ὑπὸ τῶν θεατῶν ὁραθῆναι, ἐμβαίνοντες ἅμα εἰς τὸ ὕδωρ· τότε δὲ πάλιν εἰς τὴν δεξαμενὴν κατασπῶντες. Reliquum est, ut videamus, quam ob caussam belluæ hæ, ut sunt crocodili, etiam homines devorantes, ab Ægyptiis adeò in honore habitæ sunt. Iterum hic nobis, ut in aliis plerisque, succurrit Diodorus Siculus lib. I. Biblioth. Hist. ubi duas ejus rationes recenset, quarum tamen primam tantum asscribam. Prius, cùm Diodorus dixisset, quæstionem à variis moveri, quî fiat, ut Aegyptii crocodilos, qui etiam hominibus devorando non parcant, æquè tamen ac Deos colant? responsionem eorum subjicit, cùm ait: φασὶν οὖν, τῆς χώρας τὴν ὀχυρότητα παρέχεσθαι μὴ μόνον τὴν ποταμὸν, ἀλλὰ καὶ πολὺ μᾶλλον τοὺς ἐν αὐτῷ κροκοδείλους. διὸ καὶ τοὺς λῃστὰς τούς τε ἀπὸ τῆς Ἀραβίας καὶ Λιβύης μὴ τολμᾶν διανήχεσθαι τὸν Νεῖλον, φοβουμένοις τὸ πλῆθος τῶν θηρίων. τοῦτο δ' οὐκ ἄν ποτε γενέσθαι πολεμουμένων τῶν ζώων, καὶ διὰ τῶν σαγηνευόντων ἄρδην ἀναιρεθέντων. Atq; hæc de crocodilorũ cultu sufficiant; ad alia jam accedamus. Pergit verò Minucius, & subdit:

Belluis

Belluis ceteris.] Inter animantia quidem quadrupeda ab Ægyptiis culta, de quibus superiùs nondum diximus, (de volatilibus enim & aquatilibus infrà agemus) primum sibi locum vindicat ichneumon, quem Heracleotis in honore fuisse ait Strabo lib. XVII. quod & refert Clemens Alexandrinus Protrept. item Ælianus lib. X. de Animal. cap. XLVII. ubi & dicit, eos Latonæ, & Lucinæ, sive Ilithyæ sacros esse. Λέγονται δὲ οἱ ἰχνεύμονες ἱεροὶ εἶναι Λητοῦς καὶ Ἐληθυιῶν. σέβουσι δὲ αὐτοὺς Αἰγύπτιοι Ἡρακλεοπολῖται, ὥς φασιν. Quia verò ichneumones crocodilis maximè infesti erant, ita ut ova eorum contererent, imò ipsos etiam necarent, ideò ab Arsinoïtis, quibus, ut vidimus, crocodili summo in honore erant, cultus eorum quoque negligebatur. Audi Strabonem lib. XVII: Μετὰ δὲ, inquit, τὴν Ἀρσινοΐτην, καὶ τὴν Ἡρακλεοτικὸν νομὸν, Ἡρακλέους πόλις, ἐν ᾗ ὁ ἰχνεύμων τιμᾶται ὑπεναντίως τοῖς Ἀρσινοΐταις. οἱ μὲν γὰρ σοῦ κροκοδείλους τιμῶσι, καὶ διὰ τοῦτο ἥτε διώρυξ αὐτῶν μεστή ἐστι τῶν κροκοδείλων, καὶ ἡ τοῦ Μοίριδος λίμνη· σέβονται γὰρ, καὶ ἀπέχονται αὐτῶν· οἱ δὲ σοῦ ἰχνεύμονας σοῦ ὀλεθριωτάτους τοῖς κροκοδείλοις, καθάπερ καὶ ταῖς ἀσπίσι· τὰ θηρία τῷ πηλῷ θωρακισθέντα· κυλισθέντα γὰρ αὐτῷ, ξηραίνονται πρὸς τὸν ἥλιον· εἶτα τὰς ἀσπίδας μὲν ἢ τῆς κεφαλῆς ἢ τῆς οὐρᾶς λαβόμενοι, κατασπῶσιν εἰς τὸν ποταμὸν, καὶ διαφθείρουσι· σοῦ καὶ κροκοδείλους ἐνεδρεύσαντες, ἡνίκ' ἂν ἡλιάζονται κεχηνότες, ἐμπίπτουσιν εἰς τὰ χάσματα, καὶ διαφαγόντες τὰ σπλάγχνα, καὶ τὰς γαστέρας, ἐκδύνουσιν ἐκ νεκρῶν τῶν σωμάτων. Hunc ichneumonum morem necandi crocodilos refert & Diodorus lib. II. Biblioth. Histor. Ceterùm & ursas Ægyptiis sacras fuisse ait Herodotus in Euterpe, ubi de earum, ut & luporum sepulturâ: Τὰς δὲ ἄρκτους ἐούσας ἱερὰς, καὶ σοῦ λύκους, οὐ πολλῷ μὲν ἐόντας ἀλωπέκων μέζονας, αὐτοῦ θάπτουσι τῇ ἂν εὑρεθέωσι κείμενοι. Paullò pòst ex eodem Herodoto liquet, fluviales quosdam equos quadrupedes in Papremitanâ plagâ cultos; ubi & eorum descriptionem addit: Οἱ δὲ, inquit, ἵπποι οἱ ποτάμιοι νομῷ μὲν τῷ Παπρημίτῃ ἱροί εἰσι, τοῖσι δὲ ἄλλοισι Αἰγυπτίοισι οὐκ ἱροί. φύσιν δὲ παρέχονται ἰδέης τοιήνδε. τετράπουν ἐστι, δίχηλον· ὁπλαὶ βοός· σιμὸν, λοφιὴν ἔχον ἵππου, χαυλιόδοντας φαῖνον· οὐρὴν ἵππου, καὶ φωνὴν. μέγαθος, ὅσον τε βοῦς ὁ μέγιστος. τὸ δέρμα δ' αὐτοῦ οὕτω δή τι παχύ ἐστι, ὥστε αὔου γενομένου, ξυστὰ ποιέεται ἀκόντια ἐξ αὐτοῦ. Libuit nobis ejus cultûs hic meminisse, quia equum hunc, licet fluvialem, qui idcircò inter aquatilia referri fortè potiùs debuisset, quadrupedem fuisse dicit Herodotus; & fortassè fuerit animal amphibium, sic ut non minus terrestria inter ac aquatilia locum obtineat. Quale etiam est lutra, de cujus veneratione idem

Herodotus : Γίγνονται ἢ ἐν ἐνύδριες ἐν τῷ ποταμῷ, τὰς ἱερὰς ἡγέεται εἶναι. Quæ verba perperàm Valla reddit: *Gignuntur præterea fluvio Aquatilia quædam, quæ Ægyptii sacrata esse arbitrantur.* Omninò enim vertenda sunt: *Gignuntur, & in fluvio lutræ, quas (Ægyptii) sacras esse arbitrantur.* Vaccam præterea Ægyptios coluisse colligi possit ex Diodori lib. 11. ubi eam inter ea animalia adfert, quæ Ægyptii ob utilitatem, quam ex iis caperent, venerarentur: causlamque ejus cultûs ait esse, quia & ipsa terram vomere proscindit, aliosque parit, qui hoc præstare possint: τὴν μὲν γὰρ θήλειαν βοῦν (φέρειν) ἐργάτας τίκτειν, καὶ τὴν ἐλαφρὰν τῆς γῆς ἀρᾶν. Sic Ælianus lib. x. de Animal. cap. xxvii. ait in Chusâ vico Ægypti religiosè Venerē quam Vraniam appellant, coli, atque etiam vaccam, ob affinitatem & convenientiam quæ vaccæ cum Venere est; Ἐν ταύτῃ σέβεσθαι Ἀφροδίτην, θεραπείαν αὐτῆς καλοῦντες. τιμῶσι δὲ καὶ θήλειαν βοῦν, καὶ τὴν αἰτίαν ἐκείνην λέγουσιν πεπιστεύκασιν αὐτὰς προσήκειν τῇδε τῇ δαίμονι. Vide & sequentia. Videmus quoque ab Auctore Historiæ Barlaami, in verbis, quæ suprà ex eo adduximus, porcum inter animantia ab Ægyptiis culta poni; in quo non leviter errat. Tantum enim abfuit quòd Ægyptii sues coluerint, ut eos potiùs exsecrarentur, Solique & Lunæ inimicissimos putarent; neque ulli deorum, nisi Lunæ, sacrificarent. Ut testatur Ælianus lib. x. de Animal. cap. xvi. Ubi, cùm dixisset suem nec suis fetibus devorando parcere, subdit: Ταύτῃ τοι καὶ ἐμίσησαν Αἰγύπτιοι τὸ ζῶον ὡς μυσαρὸν καὶ πάμβορον. Et paullò pòst: Πεπιστεύκασι Αἰγύπτιοι τὴν ὗν καὶ ἡλίῳ καὶ σελήνῃ ἐχθρὸν εἶναι. ὅταν γὰρ Αἰγύπτιοι πανηγυρίζωσι τῇ σελήνῃ, θύουσιν αὐτῇ ἅπαξ τοῦ ἔτους ὗν. ἄλλοτε δὲ ὅτε ἐκείνη, ὅτε ἄλλῳ τῷ τῶν θεῶν τόδε τὸ ζῶον ἐθέλουσι θύειν ὡς μυσαρόν. Recenset quoque idem Historiæ Barlaami Auctor Vitulum ab Ægyptiis cultum; sed Vitulus hic idem est ac Apis; qui, licet Bos propriè fuerit, Vituli nomine etiam designatur. Sic eum vocat Herodotus lib. III: Ἔχει δὲ ὁ μόχθος οὗτος ὁ Ἆπις καλεόμενος σημήια τοιάδε. Et alibi quoque. Estque hic mos scriptoribus non adeò infrequens. Sic Virgilius Eclog. III. Vitulam pro juvencâ ponit:

--- Ego hanc vitulam (ne forte recuses,
Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fetus)
Depono. ---

Contrà in Sacris litteris Vitulus aureus, qui Exodi cap. xxx. com. iv. Deuteron. cap. ix. com. xvi, aliisque in locis, dicitur עגל, etiam שור, id est, *Bos*, nuncupatur Psal. cvi. com. xx.: שור אכל עשב: *Bos qui herbam*

herbam depascitur. Ubi tamen etiam LXX seniores pro שור habent μόσχον, item interpres Arabs ipsum Ebraicum عجل, vitulum denotans. Sic eodem Psalmo, commate præcedenti, ubi in Ebraicâ veritate est עגל, Paraphrastes metricus Apollinarius reddidit:

Ἐν δ' ἄρα Χωρήβῳ κεραέλκεα Μόσχον ἔυδμξαν.

Ubi per κεραέλκεα Μόσχον bovem haut dubiè designat.

Et avibus.] Præter aves Ægyptiis cultas supra recensitas, quidam etiam iis corvum pro numine fuisse aiunt. Ac hoc testari sanè videtur B. Ambrosius, sive alius quis, in Epistol. ad Romanos cap. 1. ubi & aves refert inter illa, quibus oblata fuerint sacrificia, idque inde confirmat, *quia Coracina sacra habent pagani.* Continuò autem addit: *Harum omnium rerum, quas commemoravi, simulacra coluere Ægyptii, & alia, quæ nunc dicere non est necesse.* Aelianus lib. VII. de Animal. cap. XVIII. ait, circa Coptum, quæ magnæ celebritatis civitas in Aegypto fuit, duos tantum fuisse corvos, qui Apollini, cujus simulacrum ibidem erat, sacri dicebantur. Λέγουσι δὲ οἱ ἐκεῖ τὸν καλούμενον Κόπτον, δύο μόνους ὀρνεα τρέφειν κόρακας. Et paulò pòst: Νεὼς ἦν Ἀπόλλωνι πυμάτην ἐν τῷ χωρίῳ ἐκείνῳ. ὃ χάριν νεκρὸς εἶναι φασιν αὐτούς. Auctor etiam Historiæ Barlaami supra adductus, disertim tùm corvum, tùm quoque vulturem ab Aegyptiis in honore habitum dicit. Gryphas quoque ab Aegyptiis divino honore affectos fuisse, fortassis colligi potest ex Plutarchi verbis, quæ habentur Symposiacôn lib. IV. quæst. V. Εἰ ἢ δύσμορφον ἡ ὗς, ἢ θηλερόν, ἀλλ' ἀκαθαρσία, ἢ χυ . . . ., ἢ κροκοδείλου, ἢ αἰλούρου, τῷ ὄψιν ἀποπώτερον, ἢ τῷ φύσιν ἀμυσότερον. οἷς ὡς ἀληθέσι ἱερεῖς Αἰγυπτίων ἄλλοι προσφέρουσι. Ubi pro χυ . . . H. Stephanus, & G. Xylander legunt χυπὸς, *gryphis.* Quæ lectio vera quidem esse possit. Nam χύλου, vel χύλων, quod fuit in MS. Turnebi, & Vulcobii, hîc minimè quadrare videtur; χύλος enim est *porcus*, ut notant Hesychius, & ex eo Suidas. Sues verò, (ut omittam quòd Hen. Stephanus dicat, absimile vero esse, Plutarchum tali voce fuisse usurum) ut supra jam monuimus, Aegyptii maximè aversabantur. Sic ut non verisimilè sit, Plutarchum adeo sui oblitum fuisse, ut etiam sues inter animalia Agyptiis culta recenseret. Unde alii censent, apud Plutarchum posse γυπὸς, hoc est, *vulturis*, legi. Quod etiam Magnus Vossius monuit, lib. III. de origine & progressu Idol. cap. ult. At, inquit, scrupulum injicit, quod de alite, cui proprium γυπὸς sive *vulturis* nomen fuit, tale nihil legimus. Sed non meminerat tum Vir infinitæ lectionis, disertè apud sæpiùs nominatum

Historiæ Barlaami Auctorem ejus mentionem fieri; vel etiam fortè auctoritatem ejus tanti noluit habere, ut quicquid apud antiquiores non occurreret, id temerè ejus testimonio affirmaret. Quicquid sit de vulturis cultu, non multum disputo. Posset quidem esse, ut non minus ceteris plerisq; animantibus vultur etiam ab Aegyptiis cultus foret. Aelianus quoque lib. x. de Animalibus cap. xxii. ait, Isidis statuam pennis vulturinis Aegyptios ornare; sed hoc parum ad cultum vulturis exinde probandum facere videtur. Correctioni verò huic apud Plutarchum maximè repugnant codices MSS. in quibus non γυ..., verùm γρυ habetur. Sic ut nullus dubitem, quin γρυπὸς genuina sit lectio, quam etiam præ aliis ibidem amplectitur Vossius, ubi de gryphis cultu agit. Aegyptiis etiam χηναλώπεκας, hoc est, *vulpanseres*, sacros fuisse, testis est Herodotus in Euterpe; Item Phœnicem, avem fabulosam, ut quæ nunquam in rerum naturâ fuit; Alia enim est ales, Semenda quæ vocatur, & reperitur in Indiæ Mediterraneis, quanquam fidem ejus non parum levant, quæ, mendaciis admixtis, de eâ traduntur. Phœnicem verò Aegyptii secundum eorum phantasma in tabellâ depictum, venerabantur, ut idem testatur Herodotus.

Et Piscibus.] Superest, ut, sicut antea in ceteris fecimus animantibus, ita etiam nunc de piscibus, Aegyptiis cultis, supra nobis indicta hîc adtexamus. Anguillam Aegyptiis sacram fuisse, testis Herodotus in Euterpe: Νομίζουσι δὲ, inquit, καὶ τῶν ἰχθύων τὸν καλούμενον λεπιδωτὸν (de lepidoto jam diximus supra) ἱρὸν εἶναι, καὶ τὴν ἔγχελυν. Ob anguillæ cultum Antiphanes vetus Poëta in Lycone comœdiâ Aegyptios festivè taxat; cujus verba legere sunt apud Athenæum lib. vii.

Καὶ τ' ἄλλα δεινοὺς φασὶ σοῦ Αἰγυπτίους
Εἶναι, τὸ νομίσαι τ' ἰσόθεον τὴν ἔγχελυν.
Πολὺ τῶν θεῶν γάρ ἐστι τιμιωτέρα.
Τῶν μὲν γὰρ εὐξαμένοισιν ἔσθ' ἡμῖν τυχεῖν.
Τούτων δὲ δραχμὰς τοὐλάχιστον δώδεκα,
Ἢ πλέον, ἀναλώσασαν ὀσφρᾶσθαι μόνον.
Οὕτως ἔσθ' ἅγιον παντελῶς τὸ θηρίον.

Idem quoque facit Anaxandrides Comicus in Civitatibus, qui & alia Aegyptiis culta animantia iis objectat. locus ejus ibidem ab eodem Athenæo profertur:

Οὐκ ἂν δυναίμην συμμαχεῖν ὑμῖν ἐγὼ,
Οὔθ' οἱ τρόποι γὰρ ὁμονοοῦσ', οὔθ' οἱ νόμοι

Ἡμῶν,

Ἡμῶν, ἀπ' ἀλλήλων δὲ διέχουσιν πολύ.
Βοῦν προσκυνεῖς. ἐγὼ δὲ θύω τοῖς θεοῖς.
Τὴν ἔγχελυν μέγιστον ἡγῇ δαίμονα.
Ἡμεῖς δὲ τῶν ὄψων μέγιστον παραπολύ.
Οὐκ ἐσθίεις ὕεί. ἐγὼ δὲ γ' ἥδομαι
Μάλιστα τούτοις· κύνα σέβεις· τύπτω δ' ἐγὼ
Τοὔψον κατεσθίουσαν, ἡνίκ' ἂν λάβω.
Τοὺς ἱερέας ἐνθάδε μὲν ὁλοκλήρους νόμος
Εἶναι· παρ' ὑμῖν δ', ὡς ἔοικεν, ἀπηργμένους.
Σὺ μὲν τὴν αἴλουρον κακὸν ἔχοντ' ἂν ἴδῃς,
Κλαίεις· ἐγὼ δ' ἥδιστ' ἀποκτείνας δέρω.
Δύναται παρ' ὑμῖν μυγαλῆ, παρ' ἐμοὶ δὲ γ' οὔ.

Porrò Clemens Alexandrinus Admonitione ad Gentes refert piscem φάγρον à Syenitis cultum, item & Μαιώτην ab in incolis Elephantinæ: Ἀλλ' οὖν γε, inquit, Αἰγύπτιοι, ὧν νῦν δὴ ἐμνήσθην, κατὰ τὰς θρησκείας τὰς σφῶν ἐσκέδανται· σέβουσι δὲ αὐτῶν Συηνῖται φάγρον τὴν ἰχθύν. Μαιώτην δὲ (ὃς ἄλλος ἰχθὺς) οἱ μὲν Ἐλεφαντίνην οἰκοῦντες. Quod & apud Ælianum lib. x. de Animalibus cap. xix. reperias: Τοὺς ἰχθῦς τοὺς φάγρους Συηνῖται μὲν Αἰγυπτίων ἱεροὺς νομίζουσιν. οἱ δὲ οἰκοῦντες τὴν καλουμένην Ἐλεφαντίνην τοὺς μαιώτας. Caussam posteà eorum cultûs esse dicit, quòd futuram Nili inundationem suo præventu nunciant; ad hæc quod nullum sui generis devorant. Sed præter Ægyptios aliæ etiam nationes pisces divino honore veneratæ sunt, inter quas præ aliis Syri occurrunt. De quibus ita Xenophon lib. I. de Expeditione Cyri; ubi de amne Chato inquit: Πλήρη ἰχθύων μεγάλων, καὶ πραέων, οὓς οἱ Σύροι θεοὺς ἐνόμιζον, καὶ ἀδικεῖν οὐκ εἴων. Et Cicero de Naturâ Deorum lib. III: *Piscem Syri venerantur.* Clemens quoque Alexandrinus Admonitione ad Gentes de Syrophœnicibus: οὗτοι ἰχθῦς, inquit, οὕτω σέβουσι περιττῶς, ὡς Ἠλεῖοι τὸν Δία. Ælianus item lib. XII. cap. II. de Hieropolitanis: Κατὰ τὴν πάλαι Βαμβύκην, καλεῖται δὲ νῦν Ἱεράπολις, Σελεύκου ὀνομάσαντος τοῦτο αὐτὴν, ἰχθύες εἰσὶν ἱεροὶ. Pisces vero Syri colebant ob Deam, quæ dicitur Atergatis, sive Atargatis, Adergatis, Atargata, Adargidis, Artaga, Athara, Derceto; tot enim nomina huic deæ tributa apud auctores reperiuntur; quæ omnia corrupta sunt, ex Ebræo אדיר דג *Addir dag*, quasi dicas *Piscem Magnificum.* Ridicula enim omninò sunt quæ de Atergatidis etymo adfert Athenæus lib. VIII. Referebat autem hæc Dea superiori corporis parte mulierem, inferiori verò piscem.

Sic eam describit oculatus testis Lucianus in de Deâ Syriâ: Δερκετὰς ἢ εἶδον ἐν Φοινίκῃ ἐθεασάμην, θέημα ξένον· ἡμισέη μὲν γυνή, τὸ δὲ ὀπίσσω ἐκ μηρῶν εἰς ἄκρους πόδας ἰχθύος ἀρὴ ἀποτείνεται. Similiter Diodorus Siculus lib. II. Κατὰ τὴν Συρίαν τοίνυν ἐστὶ πόλις Ἀσκάλων, καὶ ταύτης ὀλίγον ἄποθεν, λίμνη μεγάλη καὶ βαθεῖα πλήρης ἰχθύων· πλησίον δὲ ταύτην ὑπάρχει τέμενος θεᾶς ἁπαχνῆς, ἣν ὀνομάζουσιν οἱ Σύροι Δερκετώ· ἄυτη δὲ τὸ μὲν πρόσωπον ἔχει γυναικὸς, τὸ δὲ ἄλλο σῶμα πᾶν ἰχθύος. Unde etiam Plinio libro V. cap. XXIII. *prodigiosa Atargatis* nuncupatur: *Bambuce*, inquit, *quæ alio nomine Hierapolis vocatur: Syris verò Magog. ibi prodigiosa Atargatis, Græcis autem Derceto dicta, colitur.* Ubi fortè Plinius Atergatidem confundit cum Deâ Syriâ; quòd & ante eum fecerat Strabo lib. XVI. ubi de Bambyce; Βαμβύκη, ἣν καὶ Ἔδεσσαν καὶ Ἱερὰν πόλιν καλοῦσιν· ἐν ᾗ τιμῶσι τὴν Συρίαν θεὸν τὴν Ἀτεργάτιν. Sed omninò numina hæc à se invicem distinguenda sunt. alia enim erat Dea κατ' ἐξοχὴν appellata Syria, alia Atergatis; illa formâ per totum corpus femineâ conspiciebatur; hæc, ut diximus, semimulieris & semipiscis formam referebat. De Deâ Syriâ disertim Lucianus, qui utramque oculis lustrârat, testatur, cùm superioribus à nobis adductis continuò subjungit: Ἡ δὲ ἐν τῇ Ἱερῇ πόλει πᾶσα γυνή ἐστι. Fabulam verò Dercetûs habes apud Diodorum Siculum lib. II. & Theonem ad Arati Phænomena. Hujus filia dicitur fuisse Semiramis, quam Syri columbæ formâ venerabantur; unde & non minus columbarum quàm piscium esu abstinebant. De piscium abstinentiâ Diodorus lib. II, cùm Dercetûs in piscem transformatæ fabulam retulisset, subjicit statim: Διὸ καὶ σέβουσι Σύρους μέχρι τοῦ νῦν ἀπέχεσθαι τούτου τοῦ ζώου, καὶ τιμᾶν οὕτω ἰχθῦς ὡς θεούς. Et paullò pòst, cùm Semiramidis nomen à columbis derivatum esse dixisset, addit: ἃς ἀπ' ἐκείνων τῶν χρόνων οἱ μὲν τὴν Συρίαν ἅπαντες διετέλεσαν ὡς θεὰς τιμῶντες. Quod & Xenophon testatur lib. I. Expeditionis Cyri, qui illis proximè ex eo à nobis adductis continuò subjungit: οὐδὲ τὰς περιστερᾶς. Idem refert Clemens quoque Alexandrinus Admonitione ad Gentes, cujus etiam verba ex parte supra jam attulimus; totus autem locus ita se habet: Οὐδέ γε τῶν Φοινίκων Σύρων κατοικούντων (ἐκλήσομαι,) ὧν οἱ μὲν τὰς περιστερᾶς, οἱ δὲ σοῦς ἰχθῦς ὅτῳ σέβουσι περιπῶς, ὡς Ἡλιοπολῖται τὴν Δία. De piscium quoque ac columbarum abstinentiâ similiter Phurnutus περὶ θεῶν, ubi de Rheâ: Ἔοικε, inquit, ἡ αὐτὴ καὶ ἡ παρὰ Σύροις Ἀταργὰτις εἶναι, ἣν διὰ τὸ περιστερᾶς καὶ ἰχθύος ἀπέχεσθαι τιμῶσι. Hyginus item fabulæ CXCVII: *Ob id Syri pisces, & columbas, quas in deorum numero habent, non edunt.*

edunt. Et Artemidorus lib. I. Onirocrit. cap. IX. ἰχθύας, inquit, πάντες ἐσθίουσι πλὴν Σύρων τινῶν, τῶν τὴν Ἀστάρτην σεβομένων. Ubi Astartis & Atergatidis nomina confundit. Ob hanc piscium abstinentiam Syros Ovidius *timidos* appellat Fastor. lib. II. ubi ait:

Inde nefas ducunt genus hoc imponere mensis,
Ne violent timidi piscibus ora Syri.

Timidos vocat, quia nimirum, ut primus ad Manilium observavit Scaliger, Syri timebant si piscibus vescerentur, ne sibi venter aliúdve membrum intumesceret; ideoque si fortè aliquando incontinentiâ ducti pisces comedissent, sacco operti, ac in sterquilinio sedentes, Syri Deam placabant, ut illum membrorum tumorem ab ipsis tollere vellet; quemadmodum disertè ait Menander, cujus verba leguntur apud Porphyrium lib. IV. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων.

--- παράδειγμα οὗτ' Σύρους λάβε.
Ὅταν φάγωσιν ἰχθὺν ἐκεῖνοι, διά τινα
Αὐτῶν ἀκρασίαν, οὗτ' πόδας καὶ γαστέρα
Οἰδοῦσιν. εἶτ' ἔλαβον σάκκιον, εἶτ' εἰς τὴν ὁδὸν
Ἐκάθισαν αὐτοὶ ἐπὶ κόπρῳ, καὶ τὴν θεὸν
Ἐξιλάσαντο τοῦ ταπεινῶσαι σφόδρα.

Quem etiam placandi morem refert Plutarchus περὶ δεισιδαιμονίας. Syrios autem hosce tumores respexit Martialis lib. IV. Epigr. XLIII. dum inquit:

Iuro per Syrios tibi tumores,
Iuro per Berecytnhios furores.

Item Persius Sátyrâ v. huc etiam alludit:

Incussêre Deos inflantes corpora. ---

Idem verò ac *Addirdaga*, sive Atergatis est Dagon, celebre illud Palæstinorum numen, de quo legitur I. Samuelis cap. V. com. IV. וישכימו בבקר ממחרת והנה דגון נפל לפניו ארצה לפני ארון יהוה וראש דגון ושתי כפות יריו כרתות אל המפתן רק דגון נשאר עליו: Quæ Vulgaris Interpres ita reddit: *Rursumq; mane die alterâ consurgentes, invenerunt Dagon jacentem super faciem suam in terrâ coram arcâ Domini: caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum ejus abscissæ erant super limen: porrò Dagon solus truncus remanserat in loco suo.* Ubi non leviter errat cùm hæc postrema verba: רק דגון נשאר עליו vertit: *Porro Dagon solus truncus remanserat in loco suo*; Nam omninò reddenda erant, ut optimè R. David Kimchi ea explicat: *tantummodo forma piscis relicta erat.* Quorum sententiam etiam retinuit Jllust. Junius; Ita enim interpretatur: *tantum quod piscem referebat remanserat in eo.* Dagon enim

enim dictus a דג, quod *piscem* sonat, quia nimirum semihomo ac semipiscis erat. Et hallucinatur Philo Byblius apud Eusebium in primo Præparat. Euangel. dum eum quasi à frumento sic dictum vult: Δαγὼν, ὅς ἐστι Σιτὼν, à דגן *Dagan* nempe, quod est *frumentum*; cum debuisset potius à דג vertere Ἰχθυών. Quòd verò Dagonem & Atergatidem idem diximus esse numen, cùm tamen Dagoni genus tribuatur masculinum; (quemadmodum & LXX faciunt Seniores, qui in supra adductis Samuelis verbis vertunt: Δαγὼν, πεπωνὸς ἀπὸ μέσου αὐτοῦ) id nemini mirum videri debet; nihil enim frequentius, quàm sexuum inter se confusio, in gentilium sacris occurrit. Quâ de re vide quæ habet ὁ πολυματέσατος Seldenus Prolegom. Syntagm. de Dîs Syris, cap. III. Ad Piscium quoque cultum referri potest, imò debet Babylonius ille Ὡάννης, qui & ipse semipiscis, & fortassis non alius ac Palæstinus Dagon, de quo ex Samuele diximus, cùm constet, Dagonem non Palæstinis solum, sed etiam Babyloniis cultum fuisse. De Oanne autem ex Alexandro Polyhistore, qui similiter ea ex Beroso hauserat, Eusebius huc maximè spectantia hæc refert: Τὸ μὲν, inquit, ἄλλο σῶμα εἶχε ἰχθύος, ὑπὸ δὲ τὴν κεφαλὴν ἄλλην κεφαλὴν ὑπεκάτω τῆς τοῦ ἰχθύος κεφαλῆς, καὶ πόδας ὁμοίως ἀνθρώπου, παραπεφυκότας δὲ καὶ τῆς οὐρᾶς τοῦ ἰχθύος. εἶναι δὲ αὐτῷ φωνὴν ἀνθρώπου. τὴν δὲ εἰκόνα αὐτοῦ ἔτι καὶ νῦν διαφυλάσσεσθαι. Plura qui voles de Oanne, ut & Dagone & Atergatide, (ad alia enim properamus) vide sis apud Seldenum Syntagm. II. de Dîs Syris cap. III. Ceterùm Syri etiam coluêre pisces illos duos in Zodiaco positos, unde Cæsar Domitianus cognomento Germanicus in Arateis;

--- Et Syriæ duo numina Pisces.

Hos Venerem & Cupidinem esse ostendit Hyginus Poetico Astronomico: *Diogenetes Erythræus* (in quibusdam codd. corruptè legitur *Britbracus*) *ait, quodam tempore Venerem cum Cupidine ad flumen Euphratem venisse, & eodem loco Typhona gigantæ apparuisse. Venerem autem cum filio in flumen se projecisse, & ita figuram piscium formâ mutâsse; quo pacto periculo esse liberatos. Itaque postea Syros, qui his locis sunt proximi, destitisse pisces ostitare, quod vereantur eos capere: ne simili causâ aut Deorum præsidia impugnare videantur, aut eos ipsos captare.* Germanici tamen Interpres, qui Cæsius, sive Calpurnius Bassus quibusdam dicitur, aliter hæc ex Nigidio refert. *Nigidius*, inquit, *hos pisces dicit in flumine Euphrate fuisse, & ibi ovum inveniisse miræ magnitudinis, quod volventes ejecerunt in terram, atque ita columbam insedisse, & post aliquot dies ex-*

dies excluſiſſe Deam Syriam, quæ vocatur Venus. Sic enim hic locus legendus ac diſtinguendus eſt. Poſteà ait, piſces hoſce, Veneris rogatu, à Jove inter ſidera poſitos, unde & Syri eorum eſu abſtinebant. Colebant etiam inter ſidera piſcem, qui Græcis, item Hygino Poët. Aſtronom. Νότος dicitur. Ubi de eo ait: *Hic videtur ore aquam excipere à ſigno aquario, qui laborantem quondam Iſin ſervâſſe exiſtimatur: pro quo beneficio ſimulacrum piſcis & ejus filiorum, de quibus ante diximus, inter aſtra conſtituit. Itaque Syri complures piſces non eſitant, & eorum ſimulacra aurata pro Diis Penatibus colunt.* Filios hujus piſcis Νοτίς quos dicit ſunt piſces Zodiaci, de quibus antea, cùm de iſdis ageret, dixiſſet: *Eratoſthenes autem ex eo piſce* (Notio) *natos hos* (Zodiaci piſces) *eſſe dicit: de quo pòſt dicemus.* Sic enim optimè à Salmaſio (quanto viro!) locus hic reſtitutus eſt; in vulgatis enim legitur *natos homines eſſe dicit.* Error natus, quòd librarius forte putavit, *hos* compendio litterarum, lineolâque ſuperductâ, pro *homines* ſcriptum fuiſſe. Ab Hygino abit Germanici Interpres, cui piſcis qui Hygino Νότος Græco nomine, Magnus dicitur; ejuſque piſces Zodiaci, non, ut Hyginus, filios, ſed, quod nec minus ridiculum, nepotes facit. Sic enim ſcribit: *Piſcis magnus, (cujus nepotes dicuntur Piſces, qui in circulo Zodiaco conſtituti ſunt,) dicitur in aſtra collocatus, eò quòd decidens in Boeth Stagno Phacetis,* (lege *Aphacitis*, ut monuit Selden. Syntagm. II. de Dîs Syris, cap. III.) *filia Veneris, in Piſcem ſit transfigurata; quam Syri Deam nominaverunt. Quidam autem dicunt, quòd de ſtagno filiam Veneris ſalvaverit. Vnde uſque hodie Syri piſces argenteos in templo ſacraverunt.* Sed hæc fortaſſis meliùs referuntur ad Siderum, quàm animalium cultum. Quare potiùs de aliis quid dicamus. Lydis quoque piſces in honore dicuntur fuiſſe, idque ob hæc Varroniana lib. III. de R. R. cap. ult. *Sic hi loculatas habent piſcinas, ubi diſpares diſcluſos habeant piſces, quos, proinde ut ſacri ſint, ac ſanctiores, quàm illi in Lydiâ, quos ſacrificanti Varro ad tibicinem Græcum gregatim veniſſe dicebas ad extremum litus, atque aram, quòd eos capere auderet nemo.* Sic etiam de Troglodytis, de quibus hæc leguntur apud Plinium lib. IX. cap. X. *Troglodytæ cornigeras* (teſtudines) *habent, ut in lyrâ, annexis cornibus latis, ſed mobilibus, quorum in natando remigio ſe adjuvant; Celtium genus id vocatur eximiæ teſtudinis, ſed raræ: namque ſcopuli præacuti Chelonophagos terrent. Troglodytæ autem, ad quos adnatant, ut ſacras, adorant.* Atque hæc de piſcium apud varias gentes cultu. Sed præter Ægyptios multæ etiam aliæ gentes varia co-

luêre animantia; & ipsi, qui Ægyptios ob animantium cultum risu excipiebant, illud, quod in aliis ridebant, perpetrabant. Unde Clemens Alexandrinus Admonit. ad Gentes: Ὑμεῖς δὲ, οἱ πάντ' ἀμείνους Αἰγυπτίων· ὀκνῶ δὲ εἰπεῖν χείρους· οἳ τοὺς Αἰγυπτίους ὁσημέραι γελῶντες οὐ παύεσθε. ὁποῖοί τινες καὶ περὶ τὰ ἄλογα ζῶα; Porrò Clementis insistemus vestigiis, qui continuò subjungit, ciconias divino honore à Thessalis affectas: Θεσσαλοὶ μὲν ὑμῶν, τοὺς πελάργους τετιμήκασι, διὰ τὴν συνήθειαν. Posteà de Thebanis addit, qui mustelas coluerint: Θηβαῖοι δὲ (τετιμήκασι) τὰς γαλᾶς, διὰ τὴν Ἡρακλέους γένεσιν. Galanthis enim, Alcmenæ parturienti astutiâ opem tulerat, quapropter à Junone in mustelam transfigurata est, ut est apud Ovidium Metamorph. lib. IX. fab. VI. Mustelam ergò colebant Thebani, quia Galanthis in eam conversa. De mustelæ cultu etiam Ælianus lib. XII. de Animal. cap. V: Θηβαῖοι σέβουσιν Ἕλληνες ὄντες (ὡς ἀκούω) γαλῆν, καὶ λέγουσί γε Ἡρακλέους αὐτὴν γενέσθαι τροφόν· ἢ τροφὸν μὲν οὐδαμῶς, καθημένης δὲ ἐπ' ὠδῖσι τῆς Ἀλκμήνης, καὶ τεκεῖν οὐ δυναμένης τήν δε παραδραμεῖν, καὶ τοὺς τῶν ὠδίνων λῦσαι δεσμοὺς, καὶ προελθεῖν τὴν Ἡρακλέα, καὶ ἕρπειν ἤδη. Ait porrò Clemens, Thessalos etiam coluisse formicas: Τί δὲ; inquit, οὐ πάλιν Θετταλοὶ μύρμηκας ἱστοροῦνται σέβειν; ἐπεὶ τὴν Δία μεμαθήκασιν ὁμοιωθέντα μύρμηκι, τῇ Κλήτορος θυγατρὶ Εὐρυμεδούσῃ μιγῆναι, καὶ Μυρμηδόνα γεννῆσαι. Deinde refert ex Polemone, Troadis accolis mures in honore fuisse, eò quòd nervos arcuum suorum hostium corrodendo corrupissent; qui & ab his muribus, illis σμίνθοι dictis, Apollinem Sminthium vocârunt: Πολέμων δὲ τοὺς ἀμφὶ τὴν Τρωάδα κατοικοῦντας ἱστορεῖ, τοὺς ἐπιχωρίους μῦς, οὓς σμίνθους καλοῦσι, θρησκεύειν, ὅτι τὰς νευρὰς τῶν πολεμίων διέτρωγον τῶν τόξων· καὶ Σμίνθιον Ἀπόλλωνα ἀπὸ τῶν μυῶν ἐκείνων ἐπεφήμισαν. Alias etiam ejus cultûs caussas adfert Ælianus lib. XII. de Animalib. cap. V. quas, quia nimis longum foret eas hîc inserere, ex ipso petesis. Tum ex Heraclide ait Clemens Alexand. in templo Actii Apollinis bovem sacrificari muscis: Ἡρακλείδης δὲ, ἐν κτίσεσιν ἱερῶν περὶ Ἀκαρνανίαν, φησὶν, ἔνθα τὸ Ἄκτιον ἐστὶν ἀκρωθήριον, καὶ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἀκτίου τὸ ἱερὸν, ταῖς μύιαις προθύεσθαι βοῦν. Idē refert & Ælianus lib. XI. cap. VIII. Ἐν δὲ τῇ λευκάδι ἄκρα μέν ἐστιν ὑψηλὴ, νεὼς δὲ Ἀπόλλωνι ἵδρυται, καὶ Ἄκτιόν γε αὐτὸν οἱ τιμῶντες ὀνομάζουσι· οὐκοῦν τῆς πανηγύρεως ἐπιδημεῖν μελλούσης, καθ' ἣν καὶ τι πήδημα πηδῶσι τῷ θεῷ, θύουσι βοῦν τῶν μύιαις. Pręterea addit Clemens ex Euphorione, à Samiis oves cultas: Οὐδὲ μὴν Σαμίων ἐκλήσομαι· πρόβατον, ὥς φησιν Εὐφορίων, σέβουσι Σάμιοι. Idē de Samiis tradit Ælianus lib. XII. cap. XL. ubi & dicit, lupū à Delphis coli:

Τιμῶ-

Τιμῶσι δὲ ἄρα Δελφοὶ μὲν λύκον, Σάμιοι δὲ πρόβατον. Deinde ex Aristotele caussam ejus cultûs addit; quòd Samiis furto aurum, sacrum nempe, sublatum ovis invenerit; ac idcircò ovis à Mandrabulo Junoni consecrata sit: Σαμίοις χρυσίον (ἱερὸν) κλαπὲν πρόβατον ἀνεῦρε, καὶ ἐντεῦθεν Μανδράβολος ὁ Σαμιος τῇ Ἥρᾳ πρόβατον ἀνάθημα ἀνῆψε. Idem Ælianus ibidem refert ut Amprociotæ venerentur leænam, quasi vindicem libertatis suæ; quia tyrannum eorũ dilacerasset: Ἀμπροκιῶται δὲ, inquit, ἐπεὶ τὸν τύραννον αὐτῶν Φαῦλον διεσπάσατο λέαινα, τιμῶσι τὸ ζῶον, αἴτιον αὐτοῖς ἐλευθερίας γεγενημένον. J. Parrhasius Quæsit. per Epist. VIII. hunc Æliani locum sic Latinè citat: *Phayllus Ambraciæ tyrannus fuit: hunc obvia casu Leæna discerpsit; Ambracienses eã consecraverunt ut suæ libertatis auctorem.* Ex quibus codd. hæc hauserit, mihi non liquet. Apud Ælianum tyranni nomen hodie non reperitur. Non veritus tamen est Parrhasius ex his (Æliani, an sua sint, nescio) verbis, apud Ovidium in Ibim, ubi tyranni nomen *Paphagus* legitur, mutare in *Phayllum*. Verba Ovidii, quibus hûc respexit, sunt:

Feta tibi occurrat patrio popularis in arvo.
Sitq; Paphageæ caussa leæna necis.

Hîc pro *Paphageæ* legit Parrhasius *Phaylleæ*. Ex Diodori Siculi libro vigesimo quoque liquet, Pithecusios simias coluisse eo modo, quo canes Ægyptii; adhæc ait, Pithecusios ut plurimùm à simiis nomina liberis suis imponere; inque illos, qui simiam interfecissent, capitis supplicio animadvertere. Verba ejus ipsissima hæc sunt: Τὰς, αὐτὰς οἰκίας οἱ πίθηκοι κατῴκουν τοῖς ἀνθρώποις, θεοὶ παρ' αὐτοῖς νομιζόμενοι, καθάπερ παρ' Αἰγυπτίοις οἱ κύνες. ἔκ τε τῶν παρεσκευασμένων ἐν τοῖς ταμείοις τὰ ζῶα τὰς τροφὰς ἐλάμβανον ἀκωλύτως ὁπότε βούλοιτο. καὶ τὰς προσηγορίας δ' ἐτίθεσαν οἱ γονεῖς τοῖς παισὶ κατὰ τὸ πλεῖστον ἀπὸ τῶν πιθήκων, ὥσπερ παρ' ἡμῖν ἀπὸ τῶν θεῶν. τοῖς δ' ἀποκτείνασι τοῦτο τὸ ζῶον, ὡς ἠσεβηκόσι τὰ μέγιστα, θάνατος ὥριστο πρόστιμον. διὸ δὴ καὶ παρά τισιν ἐνίσχυσεν ἐν παροιμίας μέρει λεγόμενον ἐπὶ τῶν ἀνατεινομένων, ὅτι πιθήκου αἷμα ποτίσειαν. Cretensibus forsan etiam sus culta. De eo enim sic Athenæus lib. IX: ἱερόν ἐστι τὸ ζῶον παρὰ Κρησὶν, *sacrum est hoc animal Cretensibus*. Et paullò pòst: διὸ πάντες τὸ ζῶον τοῦτο περίσεπτον ἡγοῦνται. Addit quoque deinde, Cretenses porcinâ carne abstinere. Plutarchus Sympos. lib. IV. quæst. V. refert etiam, Pythagoricis gallum album in honore fuisse; uti & è piscibus mullum, & urticam: Καὶ τί, inquit, ἄν τις Αἰγυπτίους αἰτιῶτο τῆς τοσαύτης ἀλογίας, ὅπου καὶ τοῦ Πυθαγορικοὺς ἱστοροῦσι καὶ ἀλεκτρυόνα λευκὸν σέβεσθαι, καὶ τῶν θαλαττίων μάλιστα τρίγλης καὶ ἀκαλήφης ἀπέχεσθαι. Subdit posteà, quî Zoroastris schola

terrestrem echinum quàm maximè venerata sit, mures verò aquatiles oderit: Τοὺς δὲ ἀπὸ Ζωροάστρου μάγους τιμᾶν μὲν ἐν τοῖς μάλιστα τὸν χερσαῖον ἐχῖνον, ἐχθαίρειν δὲ σὺν ἐνύδρους μῦς, καὶ τὸν ἀποκτείνοντα πλείστους θεοφιλῆ καὶ μακάριον νομίζειν. Coronidis loco non possum non adjungere, quæ de bovis cultu apud Indos tradit J. C. Scaliger adversus Cardanum Exercitat. CCLVIII. sect. 1. *Quemadmodum*, inquit, *Isis olim ab Ægyptiis; ita nunc ab Indis, qui Cuchin regnum incolunt, Bos peculiari cultu pro Deo habetur, & nuncupatur Tambaran. Cui veteri cultui novus hic ut respondet: ita priscum Græcorum institutum novi memoriâ repræsentatur in Coloim; quæ ab illis locis haut multum distat orientem versus. Ibi namque oleo peruncti palæstris exercentur.* Maffæus item Historiæ Indicæ lib. 1. templi alicujus simiæ apud Indos dicati meminit. Et neminem fortassè fugiunt, quæ Ioannes Hugo Linschotanus de simiæ dente commemorat. Refert enim, ut Lusitani anno CIↃ IↃLIV, insulâ Scylon captâ, templum in monte Adami (vulgò *Pico d' Adam*) collocatum spoliaverint; sed nihil præter cistulam auro gemmisq; pretiosam, in quâ simiæ dens asservaretur, in eo repererint. Dentem igitur illum Lusitani auferebant, magno cum dolore regulorum ejus loci; qui, emissis ad Lusitanos legatis, iis pro dente illo offerebant septuaginta millia ducatorum. Cumque Lusitani à venditione non abhorrebant, Episcopus eorum Gasparus id iis dissuadebat; nefarium aiens, eo modo horrendam Indorum idolatriam fovere; quapropter dens crematus, cineresque in fluctus marinos projecti. Atque hæc de animantium apud gentium varias cultu. Sed antequam discedam, monendum duxi, quòd omnia, certè plurima, quæ de iis diximus, intra cultum non tam proprium, quàm symbolicum, inprimis apud Ægyptios, consistebant. Quanquam haud negârim, ut cultus, qui prudentioribus fuerit tantum symbolicus, apud vulgũ non rarò in propriũ abierit. Pro Deorum autem symbolis animantia habita sunt ob utilitatem maximè, & beneficia, quæ homines ex iis caperent, ut supra jam ex caussis è variis auctoribus allatis vidimus; quorum agmen claudat Cicero, qui lib. 1. de Naturâ Deorũ inquit: *Ipsi, qui irridentur Ægyptii, nullam beluam, nisi ob aliquam utilitatem, quam ex eâ caperent, consecraverunt; velut ibes maximam vim serpentium conficiunt.* Et paullò pòst: *Possum de ichneumonum utilitate, de crocodilorum, de felium dicere; sed nolo esse longior. Ita concludam tamen, beluas à barbaris propter beneficia consecratas.* Aliam quoque rationem à naturâ siderum ex Astrologiâ ἀποτελεσματικῇ sive judiciariâ petitam adfert Lucianus lib. de Astrologiâ, quem vide sis.

Quo-

Quorum aliquem Deum si quis occiderit, etiam capite plectitur.] Supra jam cùm de animalium cultu dicebamus quædam huc spectantia inseruimus; quibus adde sis Ciceronis locum lib. 1. De Naturâ Deorum, qui his & lucem præbet, & simul ab his accipit: *At non Ægyptii nec Syri, nec ferè cuncta barbaria; firmiores enim ferè videas apud eos opiniones esse de bestiis quibusdam, quàm apud nos de sanctissimis templis & simulacris Deorum. Etenim fana multa exspoliata, & simulacra Deorum de locis sanctissimis ablata videmus à nostris. At vero ne fando quidem auditum est, crocodilum, aut ibin, aut felem violatum ab Ægyptiis.*

Ceparum acrimonias metuunt.] Ab aliis observatis adde Prudentium, qui lib. 11. adversus Symmachum:

Sunt qui quadriviis brevioribus ire parati
Vilia Niliacis venerantur olusculà in hortis;
Porrum & Cepe, Deos imponere nubibus ausi,
Alliaq;. ---

Homines malæ linguæ.] Latent hîc fortasse, quæ ætas & pudor noster ignorant; quare nullam impendemus operam, ut aliorum observationibus quicquam addere queamus. Pag. 33.

Principibus & regibus, ut deis, turpiter adulatio falsa blanditur.] Sic Tacitus Annal. IV. de Neronis assentatoribus: *Hi dies ac noctes plausibus personare: formam Principis, vocemq;, Deûm vocabulis appellantes.* Et apud Suetonium Claudii adulatores *cælestem vocem ejus flagitasse* dicuntur. Diximus supra quædam de Cæsarum aliorumque consecrationibus; placet hic de honoribus iis præstitis aliqua subjungere. Ac primò quidem Templa ac fana illis tanquam veris numinibus erigebantur. Sic de J. Cæsari consecrato Dio lib. XLVII. Καὶ ἱρῶν ὂν ἔν τε τῇ ἀγορᾷ καὶ ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ ἐκέκαυτο, περικατεβάλλοντο. Augusto Cæsari non Romæ solùm, sed & alibi tam multa fuerunt templa statuta, ut nimis longum foret singula recensere. Sic Suetonius in ejus vitâ ait, sacrarium, eo loci quoque ubi natus erat, aliquanto post quam excessit, ipsi constitutum. Item Nolæ ubi decesserat, testis idem Suetonius in Tiberio, ut & Dio Cassius lib. LVI. sub finem, Tacitus IV Annal. Palatini quoque templi Augusto erecti meminere Suetonius in Tiberio, Dio lib. LVI, Plinius lib. XII. cap. XIX. In Coloniâ etiam Tarraconensi Hispanis, ut templum sibi liceret Augusto struere à Tiberio petentibus, permissum; quorum exemplo omnes provinciæ, ut idem peterent, impetrarentque, monitæ. Tacitus Annal. I: *Templum ut in Coloniâ Tarraconensi strueretur Augusto, petentibus Hispanis permissum;*

sum; datumq; in omnes provincias exemplum. Ceterùm de templis à Græcis Augusto ædificatis, vide sis Hub. Goltzium in Augusto, cap. XXIX. Claudio etiam templum in Britanniâ exstructum, cujus meminit Seneca in Ludo Claudii: *Parùm est, quòd templum in Britanniâ habet, quod hunc barbari colunt, & ut Deum orant.* Item Tacitus Annalium lib. XIV: *Adhæc templum divo Claudio constitutum, quasi arx æternæ dominationis, aspiciebatur.* De Divi Hadriani templo Spartianus: *Templum denique ei pro sepulcro apud Puteolos constituit Antonius.* Drusillæ etiam, cujus consecrationis supra meminimus, inter ceteros honores à Caligulâ decretum, ut σηκός τε ἴδιος οἰκοδομηθῇ, καὶ ἱεραῖς εἴκοσιν οὐχ ὅτι ἄνδρες ἀλλὰ καὶ γυναῖκες γεγαίρωνται, ut ait Dio lib. LIX. Templis constitutis, flamines quoque, & Sacerdotes ac Sodales instituebantur, qui sacra peragerent, eosq;, tanquã Deos, divino honore afficerent. Hinc illi Flamines ac Sodales Quirinales, Augustales, Claudiales, Flavii, Trajanales, & id genus aliorum Divorum Divarumq;. de quibus vide Onuphriũ Panuinum Comment. Reipubl. Rom. lib. II. cap. De Sacerdotiis. Ad horum etiam Sacerdotia non tantum viri, sed & feminæ admittebantur; in tantum enim adulatio creverat! Hinc in Veteri Marmore:

P. POSTHUMÆ. P. F. PAULLÆ
SACERD. D. JULI. AUGUST.

Item in Hispaniis: LUCR. L. F. CAMPANA. FLAM. PERP. DOMUS. AUG. id est, *Lucretia L. Filia Campana Flaminica perpetua Domus Augusti.* Sic Livia Sacerdos fuit viri sui Augusti. Velleius Paterculus lib. I. *Livia nobilissimi & fortissimi viri Drusi Claudiani filia, &c. quam posteà conjugem Augusti vidimus, quam transgressi ad Deos sacerdotem ac filiam.* Quod & innuit Ovidius lib. IV. de Ponto, cujus loci sensus aliàs satis tenebricosus:

Nec pietas ignota mea est, videt hospita tellus
In nostrâ sacrum Cæsaris esse domo.
Stant pariter natusq; pius, conjuxq; sacerdos,
Numina jam facto non leviora Deo.

Natus enim *pius*, Tiberius est; *conjux sacerdos*, Livia. Erat autem Livia Augusti sacerdos Senatus decreto instituta. Sic enim Dio lib. LVI: τότε δὲ ἀθανατίσαντες αὐτὸν καὶ θιασώτας οἱ καὶ ἱερὰ καὶ ἱέρειαν τὴν Λιυίαν ἀπέδειξαν. Ex Taciti Annal. lib. XIII. liquet, Agrippinam Claudii Sacerdotem fuisse. *Propalam tamen omnes in eam* (Agrippinam) *honores cumulabantur, signumq; more militiæ petenti tribuno dedit, optimæ matris. Decreti & à senatu duo lictores; Flaminium Claudiale,*

diale, &c. hoc est, ut esset Flaminica Claudii. Tales etiam fuêre puellæ alimentariæ, quas in honorem uxoris suæ Faustinæ instituit Antonius Pius, easq; Faustianas nominavit. Julius Capitolinus in Antonio Pio: *Puellas alimentarias in honorem Faustinæ, Faustinianas constituit.* Quod & fecit M. Antoninus Philosophus in honorem suæ uxoris, ut idem testatur Capitolinus in ejus vitâ: *Novas puellas Faustinianas instituit in honorem uxoris mortuæ.* Ad horum exemplum, Alexander Severus in honorem ac memoriam matris suæ Mammeæ puellas instituit Mammæanas. Lampridius in ejus vitâ: *Puellas & pueros, quemadmodum Antonius Faustinianas instituerat, Mammæanas & Mammæanos instituit.* Diximus supra, Liviam Junonis, ac Drusillam Veneris habitu honoratas; sic antea Augustum Jovis effigie consecratum intelligimus ex Prudentii lib. 1. contra Symmachum, qui id disertis testatur verbis:

Hunc morem veterum docili jam ætate secuta
Posteritas mense, atque adytis, & Flamine, & aris
Augustum coluit; vitulo placavit, & agno.
Strata ad pulvinar jacuit, responsa popposcit.
Testantur tituli, produnt Consulta Senatus
Cæsareum Iovis ad speciem statuentia templum.

Et supersunt hodiè nummi, in quibus Augusti caput radiatum conspicitur. Ex Lucano quoque liquet, in Deos relatorum imagines peræquè signis ac Deorum statuas, puta Radiis, Astris, ac Fulminibus, ornatas fuisse. Sic enim ille lib. VII. Pharsal:

Bella pares superis facient civilia, Divos
Fulminibus Manes radiisq; ornabit & astris,
Inq; Deâm templis jurabit Roma per umbras.

Collocatæ etiam hæ imagines inter Deos Penates; ita ut iis quoque probro esset, cujus domi non haberentur. Sic de Antonini Philosophi imagine apud Capitolinum legere est: *Et parum sanè fuit, quòd illi honores divinos, omnis ætas, omnis sexus, omnis conditio ac dignitas dedit: nisi quod etiam sacrilegus judicatus est, qui ejus imaginem in suâ domo non habuit, qui per fortunam vel potuit habere vel debuit. Denique hodieq; in multis domibus M. Antonini statuæ consistunt inter Deos Penates.* A. Flavius Vopiscus caviisse Tacitum tradit, *ut Aurelianum omnes pictum haberent.* Denique per consecratorum nomina jurare solebant. Sic Dio lib. XLIV. refert, post J. Cæsaris cædem Senatum decrevisse τὴν αὐτὴν τύχην ὀμνύναι. Et Tacitus lib. 1. Annal. de Augusto: *Rubrio*, inquit, *crimini dabatur violatum perjurio*

perjurio nomen Augusti. A Cajo quoque Drusillæ is honor tributus, ut mulieres per illam jurarent, quoties aliquid juramento confirmare vellent, ut auctor est Dio lib. LIX. Qui & sequenti tradit libro, Claudium Imperatorem jussisse feminas per nomen Liviæ jurare: τῆς τε γυναικὸς, sunt verba ejus, ὅρκον τὸ ὄνομα αὐτῆς (Λιυΐας) πιεῖσθαι κελεύσας. Quam sanctè autem juramenta, quæ per Cæsarum nomen fiebant, habita, ex sequentibus auctoris nostri verbis, ut alios mittam, constare potest, cùm ait: *Est illis tutius per Iovis Genium pejerare quam regis.* Ubi vide sis quæ eruditi homines observârunt.

Cruces enim nec colimus nec optamus.] Rectè hîc Minucius & fortè etiam ex parte ad hunc locum Elmenhorstius; qui primò tamen mihi ludere videtur ineptissimâ illâ distinctione, quam Pontificii inter λατρείαν & δουλείαν statuunt. Sed posteà ex Ambrosio iterum eam tollit. Quòd verò dicat, crucem non quidem adorandam, attamen ut rem honore dignam honorandam; nec id admitti debet; nullus enim cruci tribuendus honor. Possumus quidem ejus memoriam habere, quemadmodum aliarum rerum, v. g. amici defuncti, vel absentis, habemus; nequaquam verò ullo eam prosequi honore. Ac ex hoc Minucii loco liquet, ejus tempore nondum in Ecclesiâ receptum ullum cruci, & per consequens sanctorum imaginibus, præstandum honorem. Quod & ex Tertulliani, Apologet. & Clementis Alexandrini Admonit. ad Gentes, manifestè hauritur. Non possum hic obiter non monere, quàm frigidis, imò potiùs miserandis argumentis, vir cetera Eruditissimus, & præclarè de litteris meritus, sed Pontificum dogmatibus nimium deditus, in libris suis, quos de Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis consensione consignavit, imaginum adorationem propugnare conetur. Locus, quem indico, exstat lib. III. cap. XV. quod contra Chytræum est. Si ex professo Theologum agerem, non pigeret totum illud caput, sub examen revocare. Nunc sufficiat nobis id indicâsse. Refutationem verò ejus eruditioribus relinquemus.

Cantabra.] Sic rectè MS. & malè qui *labara* substituunt, uti & apud Tertullianum. Hujus enim ævi vox illa nondum cognita, quę demum sub Constantino Magno inventa videtur.

Tropæa vestra victricia non tantum simplicis crucis faciem, verùm & affixi hominis imitantur.] Minimè hîc Minucius per *simplicem crucem* intelligit rudem palum, sive solum staticulum ligni: Et futilis illa distin-

distinctio in crucem simplicem, & compositam; nulla enim datur crux, nisi composita, sive illa sit decussata, sive commissa, sive immissa, ut amant loqui. Aliàs & quilibet stipes crux dici possit; quod est absurdum. Staticulum est pars crucis, ergo non ipsa crux; quod enim pars alicujus est, non potest esse totum. Simplicem crucem Minucius vocat, cui homo non est affixus, ut manifestè sententia tota indicat. Nam tropæa quæ & quandoque crucis formam habebant, ob spolia hostium undequaq; appensa, crucem cum affixo homine quasi repræsentabant. Quod etiam in veterum nummis apud Goltzium videre est. Atque hæc genuina Minucii mens.

Novelli & vix dum hominis.] Sic Prudentius Martyre Romano: Pag. 34.

--- vix hominis caput
Infantis. ---

Sunt qui in ipsis visceribus, medicaminibus epotis, originem futuri hominis extinguant.] Hieronymus ad Eustochium de custodiâ Virginitatis: *Aliæ sterilitatem præbibunt, & necdum sati homicidium faciunt. Nonnullæ, cùm se sensérint concepisse, de scelere abortii venena medicantur.* Hæc abortionis medicamenta non solùm Græcis Ἀμβλωθρίδια φάρμακα dicuntur, sed & absolutè Ἀμβλωθρίδια. Suidas: Ἀμβλωθρίδιον, αὐτό τι τὸ φθόριον φάρμακον. Sic eâ voce utitur Athenagoras pro Christianis: Τὰς ἀμβλωθρίδιους χεῖρας ἀνθρωφονεῖν τε, καὶ λόγον ὑφέξειν τῷ θεῷ. De pœnâ abacti partûs ex Jure Civili vide Cujacium, Observat. lib. XIX. cap. IX. In veteri Ecclesiâ omninò pro homicidio habebatur. Synodus sexta, sive Trullana, can. XCI: Τὰς τὰ ἀμβλωθρίδια διδόσας φάρμακα, καὶ τὰς δεχομένας τὰ ἐμβρυοκτόνα δηλητήρια, τῷ τῆς φονέως ὑπεπιμίῳ καθυποβάλλομεν.

Meritò ei in nonnullis Africæ partibus à parentibus infantes immolabãtur.] Saturno à Carthaginensibus, ac Pœnorum aliis, pueros immolari solitos, testantur veterum multi. Ennius Annal. VII: ut videtur Merulæ, ubi locum illius sic quoque emendat:

Poinei sunt solitei sos sacrificare puellos
Diveis. ---

Cùm à Festo proferatur:

Pœni soliti suos sacrificare puellos.

A Nonio verò Marcello:

Ille suos Divis mos sacrificare puellos.

Lactantius lib. I. Divin. Inst. cap. XXI. quoque è Pescenio Festo refert, Carthaginenses *Saturno humanas hostias solitos immolare, & cum*

victi essent ab Agathocle rege Siculorum, iratum sibi Deum putavisse; itaque, ut diligentiùs piaculum solverent, ducentos nobilium filios immolâsse. Silius Italicus lib. IV:

Mos fuit in populis, quos condidit advena Dido,
Poscere cæde Deos veniam, ac flagrantibus aris
(Infandum dictu) parvos imponere natos.

Et Porphyrius: περὶ ἀποχῆς lib. II: Φοίνικες, inquit, ἐν ταῖς μεγάλαις συμφοραῖς ἢ πολέμων ἢ αὐχμῶν ἢ λοιμῶν ἐθύοντο τῶν φιλτάτων τινὰ ἐπιψηφίζοντες Κρόνῳ. Eusebius in Oratione de Laudibus Constantini: Κρόνῳ γὰρ Φοίνικες καθ' ἕκαστον ἔπος ἔθυον τὰ ἀγαπητὰ καὶ μονογενῆ τῶν τέκνων. Athanasius Orat. adversus Gentes: Φοίνικες, καὶ Κρῆτες τὸν Κρόνον ἐν τῶν τεκνοθυσίαις ἐθρήσκευον. Sed longum nimis foret omnium hîc verba adferre. Vide sis Plutarchum περὶ δεισιδαιμ. ubi & addit, eos, qui liberis carebant, à pauperibus infantes emisse, ut mactarent. Item De vindictæ divinæ tarditate. Platonem in Minoë, Diod. Sicul. Biblioth. Histor. lib. XX. Curtium lib IV. Justinum Hist. lib. XVIII. Eusebium de Præparatione Euangelicâ lib. IV. cap. XVI. Cyrillum adversus Julianum lib. IV. Augustinum lib. VII. de Civitate Dei, cap. XIX. Aliosque. Saturnus autem idem est ac Sol, ut alibi jam ex Servio, & Macrobio diximus, ac propterea idem erit numen, atque *Moloch*, sive *Milcom* Ammonitarum, de quo legere est Levit. cap. XVIII. com. XXI. & cap. XX. com. II. III. IV. Item I. sive III. Reg. cap. XI. com. V, & VII. & II, sive IV. Reg. cap. XXIII. com. X. Hoc enim nomine iis Sol colebatur, eique filios filiasque cremabant. Quanquam sunt qui in honorem Molochi non combustos, aut mactatos infantes volunt, sed tantum per ignem traductos; quæ traductio non crematio liberorum; verùm lustratio, sive februatio quædam erat. Atque hoc ex superioribus S. Scripturæ locis tantum elici posse videtur. Ibi enim tantummodò traductionis mentio fit. Ita quoque plerique Ebræorum verba illa cepere, ut R. Salomon Jarchi, R. D. Kimchi, R. Joseph Karo in Misna Thora tract. עכום cap. VI. R. Moses Mikotzi præcept. Neg. XL. Item R. Moses Majmonides tract. de Idololatriâ cap. VI. ubi & traductionis istius ritum adfert. Verba ejus brevitatis caussâ ex tralatione Dionysii Vossii tantùm subjungam: *Qui de semine suo offert Molocho sciens volensq́, exscinditur: sin errore; sacrificium præfinitum (ad expiationem sui) adducit. Quod si testibus fecerit præsentibus, & post admonitionem sui; lapidatur, juxta illud:* * qui de semine suo offert Molocho, moriendo

*Lev. XX. 2.

morie-

morietur. *Interdictum autem hâc de re invenitur his in verbis :* Et * de semine tuo ne des ad transducendum Molocho. *Alio etiam loco dicitur :* * Ne reperiatur inter vos, qui filium, aut filiam suam, per ignem traducat. *Quomodo autem (id fiebat?) Accenso igne magno, partem sui accipiebant seminis, quam dein Sacerdotibus igni servientibus tradebant. At Sacerdotes, ubi filium accepissent, eum patri restituebant; quo ipse ex sententiâ suâ eum per ignem traduceret. Igitur pater filium, permissu sacerdotum, per ignem agebat. Pedibus autem jubebat transire, donec flammæ quicquid erat immersus foret. Non enim Molocho eum comburebant, quomodo liberos suos aliis exurebant Diis; sed cultus ille Molochi tantum in transitu consistebat.* Alii non tantummodo traductos volunt, sed & crematos. ut R. Moses Gerundinensis, & Isaac Abarbanel. Et quidni utrumque, & traductionem per ignem, & crematione dico, obtinuerit ? Sanè Psalmo cvi. com. xxxvii, ubi cultus hic exprobratur, habetur : ויזבחו את בניהם ואת בנותיהם לשדים : *Et sacrificârunt filios suos & filias suas dæmonibus.* Et Jeremiæ cap. vii. com. xxxi : ובנו במות התפת אשר בגיא בן הנם לשרף את בניהם ואת בנתיהם באש : *Et ædificârunt excelsa Tophet, quod est in valle filii Hinnom, ad exurendos filios suos & filias suas igni.* Sic ii Reg. cap. xxiii. com. x. de Josiâ legitur : ומטא את התפת אשר בגי בני הנם לבלתי להעביר איש את בנו ואת בתו באש למלך : *Contaminavit quoque Tophet, quod est in valle filiorum Hinnom, ne quis traduceret filium suum, aut filiam suam per ignem Molecho.* Et benè hâc de re Philastrius Catal. Hæret. *Aram,* inquit, *collocant, ita dictam Tophet nomine alicujus, in valle filii Ennom. Ibidem suos filios & filias Iudæi immolabant.* Moloch autem sic dicitur à מלך, quasi Rex & supremus numinum. Qui Orienti propriè Sol erat. Liberos autem suos parentes ei immolabant, quia putarent se non meliùs summum posse numen demereri, quàm si in ejus honorem etiam carissimis pignoribus, ut sunt liberi, non parcere viderentur. Et quòd summo Deo etiam summa competeret victima, nihil verò excellentius est homine in mundo. Plura qui voles de Molocho, vide quę eruditè, ut solet, disserit Seldenus Syntagm. de Dîs Syris.

* *Levit.* xviii. 21.
* *Deut.* xviii. 10.

Ne flebilis hostia immolaretur.] Idcircò Afri liberos suos blanditiis osculisque excipiebant, ne illi fortè fletu sacra turbarent, néve animo parum lubente Deorum aras viderentur imbuere. Sedulò enim veteres observabant an hostia immolanda reluctaret; an verò lubenter molę salsę consperionem pateretur, ictumq; intrepidè & constanter reciperet. Ex hoc enim Diis gratum sacrifi-

cium, ex illo verò ingratum fore colligebant. Unde Seneca Oedip.

--- Hæc properè admove,
Et sparge salsâ colla taurorum molâ.
Placidone vultu sacra, & admotas manus
Patiuntur?

Myrtilus lib. II. Lesbicorum: Οἱ μὲν οὖν ἱερεῖς τὸ ὕδωρ εἰώθασιν ἐμβαλεῖν εἰς τὸ οὖς τοῦ ἱερείου, ὡς ἐπινεύῃ ταῖς τελεταῖς. Vide sis Macrobium lib. III. cap. V.

Tauris etiam Ponticis.] Diana enim Taurica hospitibus advenis placabatur. Hujus sacra innuit Prudentius lib. I. contra Symmachum:

In cassum arguere jam Taurica sacra solemus,
Funditur humanus Latiari in munere sanguis.

Ubi rideas licet pædagogicam Weitzii explicationem, qui non minus ridiculè, quàm pueriliter, *Taurica sacra*, interpretatur de sacris Plutonis, quæ fiebant nigrâ pecude. De Dianâ Tauricâ, cæsisque ei humanis victimis, etiam Euripides in Iphigen. Taur.

Τὰ τῆς θεοῦ καὶ μέμφομαι σοφίσματα,
Ἥ τις, βροτῶν ἤν τις ἅψηται φόνου,
Ἢ καὶ λοχείας, ἢ νεκροῦ θίγῃ χεροῖν,
Βωμῶν ἀπείργει μυσαρὸν ὡς ἡγούμενον,
Αὐτὴ δὲ θυσίαις ἥδεται βροτοκτόνοις.

Et Juvenalis Satyrâ XV:

Tale quid excusat Mæotide sævior arâ
Ægyptus? quippe illa nefandi Taurica sacri
Inventrix, homines, ut jam quæ carmina tradunt
Digna fide credas, tantum immolat.---

Hujus Deæ simulacrum è Tauro Chersonneso Arriciam dilatum fuit; unde Diana illa Arricina dicta, quæ Romanis adeò in pretio fuit, cuique servi mactabantur; donec tandem Spartam transferebatur. Ut notat Hyginus fabula CCLXI. & ex eo Servius in illud II Æneid.

Sanguine placâstis ventos, & virgine cæsâ.

Ægyptio Busiridi ritus fuit hospites immolare] Meritò hoc à nonnullis in dubium vocatur. Quidam enim, ut Strabo lib. ultimo, ullum fuisse Busiridem negant. Diodorus Siculus lib. I. quidem negat, sed lib. IV. agnoscit illum. Sunt qui Busiridem fuisse volunt Pharaonem illum, qui inhumano edicto masculam omnẽ Israëlitarum

rum prolem recens natam aquis mergendam statuerat; atque hinc fabulã de mactatis à Busiride hospitibus apud Græcos originem cœpisse. Idq; sibi etiam ex temporũ ratione colligere posse videntur. Isocrates enim in laudatione Busiridis ait: Ὁμολογεῖται παρὰ τῶν λογοποιῶν, Περσέως τοῦ Διὸς, καὶ Δανάης, Ἡρακλέα μὲν εἶναι τέτταρσι γενεαῖς νεώτερον, βασιλεῦσαι δὲ πλέον ἢ διακοσίοις ἔτεσι πρεσβύτερον. Hic, quia Isocrates Busiridem ante Herculem ait fuisse quatuor generationibus, (quæ sunt anni CXXX) ac annis amplius ducentis, addunt adhuc annos XXX, ut ita in universum sint anni CCCLX. Et, cùm Hercules Thesei æqualis fuerit, qui regnare incepit Eusebiano numero IↃCCLXXXII, auferunt annos CCCLX. ab hoc Eusebiano numero. Relinquitur tum numerus Eusebianus CCCCXXII. qui est annus quartus ante Mosis natalem; ille enim ab Eusebio refertur ad annum CCCCXXVI. Atq; sic satis ingeniosè Busiridem, quem, si Pharaonem edicti auctorem fuisse velimus, necesse est ante Mosis natalem vixerit, ad tempora hæc referunt. Ceterùm Isocrates in oratione mox laudatâ Busiridem quendam Ægyptii regem extitisse quidem agnoscit, sed poëtarum ingenio confictum esse arbitratur, quicquid de cæsis ab eo hospitibus dicatur; idque eò credibilius videri, quia iidem eum ab Hercule tradant interfectum; quorum tempora plurimum distent, ut paret ex loco allato. Sed cùm multi fuerint Hercules, huic Isocratis argumento facilè occurri potest. Ut nihil necesse sit hoc loco Thebanum illum Herculem intelligere. Sed per Herculem capere possumus Herculem Tyrium, qui ab Eusebio collocatur circa tempus illud, quo Moses cũ Deo in monte collocutus est. Busiridem verò idem Eusebius refert ad annum secundũ post mortem Josuæ. Quare hâc in parte optimè hæc ita conciliari possunt. Sed si hoc statuamus, minimè Busiris esse potest Pharao ille, qui cruentum illud edictum de Israëlitarum pueris promulgaverit. Ille enim jam pridem, ante Israëlitarum exitum ex Ægypto, diem suum obierat. Sic ut etiam ex his videre liceat, temporis eorum rationem, qui fabularum involucris obnubilati sunt, satis intricatam esse.

Mercurio Gallos humanas, vel inhumanas victimas cadere.] Nullâ opus mutatione. Inhumanas victimas vocat Minucius, quæ homines minimè decent. Humanis autem hostiis Galli non solum Mercurio, qui illis, ut supra jam diximus, Teutates erat, sed & Heso, ac Tarani litabant. Hinc Lucanus lib. 1. Pharsal.

Et quibus immitis placatur sanguine diro

Teutates, horrensq; feris altaribus Hesus,
Et Taranis Scythica non mitior ara Dianæ.

Duorum etiam priorum meminit Lactantius lib. 1. cap. XXI: *Galli Hesum, & Teutatem, humano cruore placabant.* Hesus, per quem Galli Solem colebant, Romanis reddebatur Mars; quàm benè, jam non disputo, & supra monui. Galli saltem, ut est apud Cæsarem in VI de Bello Gallico, Martem *bella regere* arbitrantur, illiq́ue, *cùm prælio dimicare constituerunt, ea, quæ bello ceperunt, plerunque devovent; quæ superaverint, animalia capta immolant.* Taranis autem videtur esse Jupiter, & quidem sic dictus uti *Iupiter Tonans* apud Latinos, Βροντᾶος apud Græcos. *Tarán* enim, & variis dialectis, *Tboram, Tonar, Tordan, Thondar, Donnar, Dondar*, tonitru designat. Cujus vestigia adhuc hodie supersunt in variis Germanicæ linguæ dialectis. Sic Saxonibus tonitru *donner*, & asperiore ore *tonner* dicitur; Danis *tordner*, & *donner*; Anglis *tho thunder*; Cambro-Britannis, sive Wallis, disertim *Tarã*; Belgis *donder*; & ipsis Germanis *der tonder*. Huc accedit quòd M. Adamus Bremensis Sueonibus nomine *Thor* vocatũ fuisse Jovem dicit. Sic enim ille: *Thor, inquiunt, præsidet in aëre: qui tonitrus & fulmina, ventos imbresq́; serena & fruges gubernat.* Et paullò pòst: *Thor cum sceptro Iovem exprimere videtur.* De Thoro etiam Ericus Olaus Historiæ Suecicæ lib. 1. cap. 1: *Thor*, inquit, *tanquam potentissimus & summus Deorum, in medio, & aliis altior residebat, imagine viri nudi, dextrâ quidem sceptrum, sinistrâ verò septem stellas præferentis, insignis.* Et mox: *Pro pluviâ, & aurâ necessariâ invocabat Thorum, tanquam potentem in sublimi: cujus etiam patrocinio se sperabant ab incommodis impressionum, tonitru ac tempestatibus, fulmine grandineq́; conservari: cui singulis hebdomadis quinctâ feriâ per deputatos sacerdotes sacrificia offerebat* (Suecorum populus;) *à quo erat dies illa dicta Thorsdag.* Hæc ille. *Thorsdag* hîc idem est dies qui hodieque nobis *Donderdach*, & Germanis *Donnerstag* appellatur. Ceterùm, ut ad humanas Gallorum victimas revertamus, impii hujus cultûs rationem adfert I. Cæsar, qui optimè Gallorum mores perspexerat, quòd nimirum Deos non placari posse rebantur, nisi sanguine humano profuso. Sic enim lib. VI. de Bello Gallico: *Natio*, inquit, *est omnis Gallorum admodum dedita religionibus: atque ob eam causam, qui affecti gravioribus morbis, quiq́; in præliis, periculisq́; versantur, aut pro victimis homines immolant, aut se immolaturos vovent, administriq́; ad ea sacra Druidibus utuntur; quòd pro vitâ hominis, nisi vita hominis reddatur, non posse Deorum immortalium numen placari arbitrantur.* Porrò de humanis apud Celtas hostiis etiam

Tacitus

Tacitus lib. I. Annal. *Lucis propinquis barbaræ aræ, apud quas tribunos ac primorum ordinum centuriones mactaverant.* Et lib. XIV. Annal. *Nam cruore captivo adolere aras, & hominum fibris consulere Deos fas habebant.* Item in de Moribus Germanorum: *Humanis quoque hostiis litare fas habent.* Ibidem: *Caso publicè homine celebrant barbari ritus horrenda primordia.* Lucanus quoque Pharsal. lib. III:

--- Sed barbara ritu
Sacra Deûm structæ sacris feralibus aræ,
Omnis & humanis lustrata cruoribus arbos.

Vide sis & Plinium lib. XXX. cap. I. Diodorum Siculum Biblioth. Histor. lib. V. Strabonem lib. IV. Ciceronem item Oratione pro M. Fonteio.

Romani Græcum & Græcam, Gallum & Gallam sacrificiis viventes obruêre.] Factum id anno U.C. IↃXXVII, M. Valerio Messallâ, & L. Apustio Fullone Coss. idque ex vaticiniis Sibyllinorum librorum. De quo sic Plutarchus in Marcello: Τοῦ πολέμου συμπεσόντος ἠναγκάσθησαν εἶξαι λογίοις τισὶν ἐκ τῶν Σιβυλλείων, δύο μὲν Ἕλληνας, ἄνδρα καὶ γυναῖκα, δύο δὲ Γαλάτας ὁμοίως ἐν τῇ καλουμένῃ Βοῶν ἀγορᾷ κατορύξαι ζῶντας. Tradunt & idem Zonaras II. Annal. Augustinus, Orosius, ut alios mittam.

Sanguinis fœdere conjurare Catilinam.] De Catilinâ Sallustius: *Fuere eâ tempestate, qui dicerent, Catilinam, oratione habitâ, cùm ad jusjurandum populares sceleris sui adigeret, humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse, inde, cùm post exsecrationem omnes degustavissent, sicuti in solennibus sacris fieri consuevit, aperuisse consilium suum.* Ex his Sallustii verbis colligi posse videtur, quòd ipse de hoc Catilinæ facto quasi dubitârit, ac propior istud non credenti fuerit. Florus tamen lib. IV. cap. I. disertis id asserit verbis. Imò alii etiam mactati pueri meminêre. Variis autem nationibus olim in more positum erat, ut quoties fœdus sancire, amicitiamque inire vellent, id gustu humani sanguinis facerent. Tacitus lib. XII: *Mos est regibus, quoties in societatem coëant, implicare dextras, pollicesq; inter se vincire, nodoq; præstringere. Mox ubi sanguis in artus extremos se effuderit, levi ictu cruorem eliciunt, atque invicem lambunt. Id fœdus arcanum habetur, quasi mutuo cruore sacratum.* Sic de Armeniis Valerius Maximus lib. IX. cap. XI: *Sariaster adversus patrem suum Tigranem, Armeniæ regem, ita cum amicis consensit; ut omnes dextris manibus sanguinem mitterent, atque eum invicem sorberent.* De Scythis testatur Herodotus lib. IV. Ὅρκια δὲ, inquit, ποιεῦνται ὧδε, πρὸς σοῦ ἂν ποιέωνται.

ποιέωνται· ἐς κύλικα μεγάλην κεραμίνην οἶνον ἐγχέαντες, αἷμα συμμίσγουσι τῶν τὰ ὅρκια ταμνομένων, τύψαντες ὑπέατι ἢ ἐπιτάμοντες μαχαίρῃ σμικρὸν τοῦ σώματος. καὶ ἔπειτα ἀποβάψαντες ἐς τὴν κύλικα ἀκινάκεα, καὶ οἰστοὺς, καὶ σάγαριν καὶ ἀκόντιον· ἐπεὰν δὲ ταῦτα ποιήσωσι, κατεύχονται πολλά· καὶ ἔπειτα ἀποπίνουσι αὐτοί τε οἱ τὸ ὅρκιον ποιεύμενοι, καὶ τῶν ἑπομένων οἱ πλείστου ἄξιοι. Item Lucianus de Amicitiâ: οὗ γὰρ ἐντέμνοντες ἅπαξ σοῦ δακτύλους, εἰσταλάξωμεν τὸ αἷμα εἰς κύλικα, καὶ τὰ ξίφη ἄκρα βάψαντες ἅμα ἀμφότεροι ἐπισχόμενοι, πίωμεν, οὐκ ἔστιν ὅ, τι μετὰ τοῦθ' ἡμᾶς διαλύσειεν ἄν. Mela quoque lib. II. cap. I. Uti & Solinus cap. XX. Ubi & idem Medis usurpatum ait: *Haustu mutui sanguinis fœdus* (Scythæ) *sanciunt, non suo tantum more, sed Medorum quoque usurpatâ disciplinâ.* De Medis etiam Herodotus lib. I: ὅρκια δὲ ποιέεται ταῦτα τὰ ἔθνεα, τάπερ τε Ἕλληνες, καὶ πρὸς τούτοισι, ἐπεὰν σοῦ βραχίονας ἐπιτάμωνται, ἐς τὴν ὁμοχροΐην τὸ αἷμα ἀναλείχουσι ἀλλήλων. Sic Tertullianus Apologet. cap. IX. de gentium quibusdam ait: *De sanguinis pabulo, & ejusmodi tragicis ferculis legite necubi relatum sit diffusum brachiis sanguinem ex alterutro degustatum, nationes quasdam fœderi comparâsse.* Apud Statium quoque lib. V. Thebaidos, mulieres

--- accingunt sese, & micantia ferro
Pectora, congestisq; avidæ simul undique dextris
Perfringunt, ac dulce nefas in sanguine vivo
Conjurant. ---

His auctorum exemplis adde sis Plutarchum Poplicolâ, ubi Bruti filiorum, Aquiliorum ac Vitelliorum conjurationem recenset: Ὅρκον, inquit, ὀμόσαι μέγαν ἔδοξε πᾶσι δεινὸν, ἀνθρώπου σφαγέντος ἐπισπείσαντας αἷμα, καὶ τῶν σπλάγχνων θιγόντας.

Bellonam sacrum suum haustu humani cruoris imbuere.] Non solùm Bellonarii sanguinis sui haustu initiabantur; sed & in omnibus solemnitatibus lacertos & brachia cruentabant. Unde Horatius lib. II. Sat. III:

Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis.

Lucanus Pharsal. lib. I:

--- Quos sectis Bellona lacertis
Sæva movet. ---

Scholiastes Juvenalis ad hæc Satyræ VI:

--- Nam Sergiolus jam radere guttur
Cœperat, & secto requiem sperare lacerto.

Ita notat: *Sergiolum nomine ex gladiatore amavit, qui & Ludus dictus est. Quia sit diu demoratus in ludo; qui, ut requiem gladiaturæ haberet,*

Bello-

Bellonarium se fecerat; quo mos est in talibus lacertos suos secare. Vide Tibullum lib. I. Eleg. VI. Fortassis autem cruentatio hæc tantùm simulata fuit ante tempora Commodi; ille enim veram præcepit eam esse, ut ait Lampridius in ejus Vitâ: *Bellonæ*, inquit, *fervientes verè exsecare brachium præcepit; studio crudelitatis.* Ac non leviter errat Dempsterus Paralip. ad Rosin. lib. IV. cap. X. ubi planè contrarium ex hoc Lampridii loco colligit; nempe Commodum veram sectionem aboleviſſe, simulatamque instituisse. Quod falsum esse cuivis tantummodò Lampridii verba inspicienti liquet. Recenset enim Lampridius hoc inter alia immania crudeliaque Commodi facinora. Possumus etiam dicere, veram membrorum sectionem primis quidem temporibus obtinuisse; postea verò, in simulatam abolitam, Commodum eam denuò instaurâsse.

Dum etiam domi natos alienæ misericordiæ frequenter exponitis.] Morem infantes exponendi admodum frequentem apud veteres fuisse, arguunt tot scriptorum monumenta. Hinc tam crebrò infantum expositionis in veterum comœdiis mentio. Hinc tot Christianorum hujus moris Patrum exprobatio. Sic Tertullianus Apologet. cap. IX: *Imprimis filios exponitis, suscipiendos ab aliquâ prætereunte matre extraneâ.* Sic Lactantius lib. V. cap. IX: *Qui natos ex se pueros aut strangulant; aut, si nimium pii fuerint, exponunt.* Et lib. VI. cap. XX: *Quid illi, quos falsa pietas cogit exponere, Non possunt innocentes existimari, qui viscera sua in prædam canibus objiciunt; & quantum in ipsis est, crudeliùs necant, quàm si strangulâssent.* Aristoteles lib. VII. Politicor. cap. XVII. ait, lege Athenis receptum fuisse, ut, quicquid natum nollent, id vel morti darent, vel exponerent: Περὶ ᾧ, inquit, ἀποθέτεως καὶ τροφῆς τ γιγνομένων ἔσω νόμ@, μηδὲν πεπηρωμένον τρέφειν. Quæ immanitas! Et hæc apud populum, qui sapientissimus vulgò audiebat. Quanto humanius Thebani, apud quos partum exposuisse capital erat! Ita de illis Ælianus Hist. Variar. lib. XII. cap. VIII: Νόμ@ Θηβαίοις, ὅτι οὐκ ἔξεστιν ἀνδρὶ Θηβαίῳ ἐκθεῖναι παιδίον, ἀλλὰ εἰς ἐρημίαν αὐτὸ ῥίψαι, θάνατον αὐτῷ καταψηφισάμεν@. Quod cum Christianorum principum legibus congruit. Exponebantur vero sæpè infantes cum monumentis, generali nomine, Græcis γνωρίσματα, Latinis etiam *crepundia* dictis. Terentius Eunuch. Act. IV. Sc. VI: Pag. 3 ¶

Abi tu cistellam adfer cum monumentis.

Addebantur hæc crepundia, tanquam fortunæ viatica, ut, qui in infantulos incidissent, haberent unde alimentum præstare possent;

vel etiã addebantur, ut essent signa, quibus favorabiliori fortè aurâ à parentibus agnoscerentur. Hinc apud Heliodorum lib. IV: ὥστε ὥρα σοι πάντως ἐπιδεικνῦναι μοι τὴν ταινίαν ἣν τῇ παιδὶ συνεκτεθεῖσαν ὑποδεδέχθαι μετὰ τῶν ἄλλων γνωρισμάτων ἔλεγες. Variæ hujusmodi monumentorum species recensentur apud Longum lib. I. ποιμενικ. Habes enim ibi fascias, ensiculum, mitram, crepidas, aliaque id genus. Καὶ θαυμάσας, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, πρόσεισιν ἐγγὺς, καὶ εὑρίσκει παιδίον ἄῤῥεν, μέγα καὶ καλὸν, καὶ τῆς κατὰ τὴν ἔκθεσιν τύχης ἐν σπαργάνοις κρείττοσι· χλαμύδιόν τε γὰρ ἦν ἀλουργὲς, καὶ πόρπη χρυσῆ, καὶ ξιφίδιον ἐλεφαντίκωπον. Et paullò pòst: θῆλυ ἦν τοῦτο τὸ παιδίον· καὶ παρέκειτο καὶ τούτῳ σπάργανα γνωρίσματα, μίτρα διάχρυσος, ὑποδήματα ἐπίχρυσα, καὶ περισκελίδες χρυσαῖ. Uti & apud Parthenium, Trallianum, alios. Vide sis etiam de infantum expositione Lipsium Epistolâ LXXXV. Centur. I. ad Belgas, quæ est ad Dionysium Villerium.

Necesse est in vestros recurrere.] Fortassè scripserit Minucius *incurrere.* Quod jam vidit Pricæus. Sic Appuleius lib X: *Verebatur ne quo casu juvenilis caloris impetu lapsus, nescius nesciam sororem incurreret.* Tertullianus lib. de Pudicitiâ: *Nec enim interest, alienam nuptam an viduam quis incurset, dum non suam feminam.* Juvenalis Satyrâ VI. ubi de matronâ libidinosâ:

Si nihil est, servis incurritur. ---

Pap. 36. *Templum quod ei extruam.*] Lactantius Epitom. lib. VII. *Non indiget templo cujus domicilium mundus est, non indiget simulacro, qui est oculis & mente incomprehensibilis.* Ex hâc mente Arnobius lib. VI: *Templum,* inquit, *hoc Martis est, hoc Iunonis, & Veneris, hoc Herculis, Apollinis, Ditis: quid est aliud dicere, quàm, domus hæc Martis est, hæc Iunonis, & Veneris, Apollo hîc habitat, in hâc manet Hercules, illâ Summanus. Ita non prima & maxima contumelia est, habitationibus Deos habere districtos? tuguriola his dare, conclavia & cellulas fabricari, & eis existimare necessarias res esse, quæ hominibus, felibus, quæ sunt formiculis, & lacertis, quæ fugacibus, pavidis, atque exiguis muribus?*

Intra unam ædiculam.] Ædiculæ dicebantur, in quibus Deorum simulacra asservabantur. Petronius: *Præterea grande armarium in angulo vidi, in cujus ædiculâ erant Lares argentei.* Appulejus lib. III Milesior. *In ipso ferè meditullio Eponæ Deæ simulacrum residens ædiculæ.* Juvenalis Satyrâ VIII:

Ipsi deinde Lares, si quod spectabile lignum,
Si quis in ædiculâ Deus unicus. ---

Tertullianus item in de Idololatr. cap. VIII: *Nec enim differt an extruas,*

extruas, an exornes, si aram, si templum, si ædiculam ejus instruxeris. Ædiculam Tibullus appellat *exiguam ædem*:

--- paupere cultu
Stabat in exiguâ ligneus æde Deus.

Arnobio lib. VI. hujusmodi ædiculæ dicuntur *tuguriola*, *conclavia*, *cellulæ*. Herodotus quoque in Euterpe de talibus loquitur, cùm ait: Τὸ δὲ ἄγαλμα ἐὸν ἐν νηῷ μικρῷ ξυλίνῳ κατακευσωμένῳ προσκομίζουσι.

In nostra dedicandus est mente.] Prudentius Martyre Romano:

Ædem sibi ipse mente in hominis condidit,
Vivam, serenam, sensualem, flabilem.

Litabilis hostia, bonus animus, & pura mens, & sincera conscientia.] Justinus Martyr Parænet. II: Ὁ θεὸς οὐ βούλεται τῶν σωμάτων ἀλκὴν, καὶ τύπων εὐμορφίαν, οὐδὲ εὐγενείας φρύαγμα, ἀλλὰ ψυχὴν τε καθαρὰν, ὁσιότητι τετειχισμένην. Lactantius lib. VI. cap. XXV. ex Senecâ: *Vultisné vos Deum cogitare magnum & placidum, & majestate leni verendum amicum, & semper in proximo? Non immolationibus, & sanguine multo colendus; (quæ enim ex trucidatione immerentium voluptas est?), sed mente purâ, bono honestoq; proposito.*

Speculator omnium, à quo nihil potest esse secretum, tenebris interest, interest cogitationibus.] Prudentius Hymno Matutino: Pag. 37.

Speculator adstat desuper,
Qui nos diebus omnibus,
Actusq; nostros prospicit
A luce primâ in vesperum.
Hic testis, hic est arbiter:
Hic intuetur quicquid est,
Humana quod mens concipit:
Hunc nemo fallit judicem.

Sic Basilius Magnus: ὅπουπερ ἂν βαδίζῃς, ὅτιπερ ἂν ἐνεργῇς, κἂν ἐν σκότει, κἂν ἐν ἡμέρᾳ, ἐπισκοποῦντα ἔχεις τὸν τοῦ θεοῦ ὀφθαλμὸν ἐξ ἑτοίμου κατοικητηρίου αὐτοῦ. οὐ πύλαι ἀνοίγονται. οὐ παραπετάσματα συνάγονται. ἕτοιμόν ἐστιν εἰς θέαν τὸ κατοικητήριον τοῦ θεοῦ. πάντας ἐφορᾷ σοῦ υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· οὐδὲ εἷς διαφεύγει αὐτοῦ τὴν θέαν. οὐ σκότος, οὐ τοῖχοι παρακαλύπτοντες, οὐδὲν ἐμπόδιόν ἐστιν ὀφθαλμοῖς θεοῦ. Thales apud Ciceronem lib. II. de Legib. *Homines existimare oportet Deos omnia cernere.* Silius Ital. lib. XV:

--- quæcunque capesses,

Testes factorum stare arbitrabere Divos.

Non tantum sub illo agimus; sed & cum illo vivimus.] Seneca: *Propè est à te Deus, tecum est, intus est.* Et: *Deus ad homines venit, imò (quod propius est) in homines venit.* Quanquam hæc illi è Stoïca superbiâ nata. Sic & Arrianus Dissert. in Epict. lib. II. cap. VII: Θεὸν φέρεις τάλας: δοκεῖς με λέγειν ἀργυρᾶν ἢ χρυσῆν ἔξωθεν; ἐν σαυτῷ φέρεις αὐτόν.

Pag. 38. *Ceterùm de incendio mundi, aut improvisum ignem credere, aut difficile, non cadere, vulgaris erroris est.*] Sic hunc locum olim excudi curavimus, quia tum temporis, hæc Rigaltii conjectura nobis verissima videbatur. Jam non parum animum meum mutavit Viri Eximii ac Celeberrimi M. Z. Boxhornii sententia, cui, cùm in veteri exemplari legatur; *Ceterùm de incendio mundi aut improvisum ignem cadere, aut difficile non credere, vulgaris erroris est*: multò magis placet si rescribatur ex exemplaris vestigiis: *Ceterùm de incendio mundi, aut improvisum ignem cadere aut sufficere non credere, vulgaris erroris est.*

Fontium dulci aquâ marisve nutriri in vim ignis abiturum, Stoicis constans opinio est.] Clarissimus ac Celeberrimus Boxhornius, super hunc Minucii locum à nobis rogatus, pro humanitate suâ, quâ est
„ erga omnes litterarum fautores, sic respondit: Vana sunt & fri-
„ vola, quæ interpretum hic, emendare corruptissimum, ut vo-
„ lunt, locum tentantium, ingenia comminiscuntur. Membranarum
„ veterum scriptura est; *Fontium dulcis aqua maria nutrire in vim ignis*
„ *abiturum.* Lege, unius litteræ mutatione: *Fontium dulces aquas,*
„ *maria nutrire, in vim ignis abiturum, Stoicis constans opinio est.* Nam &
„ sic hæc distinguenda esse, palam liquet. *Maria nutrire*, id est, plu-
„ viæ cælo cadentes, & flumina sive fontes augentes, ac sic etiam ma-
„ ria, in vim ignium aliquando abituræ, vi ignium absumendæ sunt, ut
„ Stoicorum est opinio. Infinitivus *nutrire* substantivi hic vim ha-
„ bet ac significationem. Et sic passim veteres loquuntur. Sic Per-
„ sius; *Velle suum cuique est.* Idem est, ac si dixeris; Sua cuique
„ voluntas, arbitrium, & judicium est. Idem alibi, *Scire tuum nihil*
„ *est, &c.* Id est; Peritia rerum ac scientia, quam jactas, nihil est. Plu-
„ ria sunt ejusmodi exempla, quæ corradere & proponere hic o-
„ mnia, non est necesse. Patet jam sententia loci. Dixerat proxi-
„ mè Minucius; *cælum quoque cum omnibus, quæ cælo continentur, ita, ut*
„ *cœpisse, desinere.* Sequitur ex eo, quod subjungit, alimenta & nu-
„ trimenta, quæ fontes ac maria cælo debent, pariter cum cælo in
„ vim ignium abitura, id est, vi ignium peritura. quam Stoicorum
fuisse

fuisse sententiam constat. Nihil certius, ac proinde contra membranarum scripturam nihil hic vel mutandum vel addendum. Hactenus Vir doctissimus, cujus sententiæ omnes cordatos calculum adjecturos nullus dubito.

Stoicis constans opinio est.] Non omnibus; fuêre enim inter sectæ etiam principes qui hoc negarent. Sic Philo Judæus lib. Quod mundus sit incorruptibilis, de Boëtho, Posidonio, Panætio, ac Diogene refert: Βόηθος, inquit, καὶ Ποσειδώνιος, καὶ Παναίτιος, ἄνδρες ἐν τοῖς Στοϊκοῖς δόγμασιν ἰσχυκότες, ἅτε θεόληπτοι, τὰς ἐκπυρώσεις καὶ παλιγγενεσίας καταλιπόντες, πρὸς θειότερον δόγμα τῆς ἀφθαρσίας τοῦ κόσμου παντὸς ἠυτόλμησαν. λέγεται δὲ καὶ Διογένης, ἡνίκα νέος ἦν, συνεπιγραψάμενος κατὰ τὸ παντελὲς τοῖς ἔνδοσθεν. De Panætio testatur & Cicero lib. II. de Naturâ Deorum: *Eventurum nostri* (Stoici) *putant id, de quo Panætium addubitare dicebant, ut ad extremum omnis mundus ignesceret.* Item Stobæus: Παναίτιος πιθανωτέραν εἶναι νομίζει, καὶ μᾶλλον ἀρέσκουσαν αὐτῷ τὴν ἀϊδιότητα τοῦ κόσμου, ἢ τὴν τῶν ὅλων κατὰ πῦρ μεταβολήν. Quattuor istis, à Philone recensitis, licet quintum addas, Zenonem nimirum cognomento Sidonium, Chrysippi discipulum; de quo ita Numenius apud Eusebium lib. IV. Præparat. Euangel.: Τοῦτο τὸ δόγμα τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως οἱ πρῶτοι καὶ πρεσβύτατοι προσήκαντο, Ζήνων τε, καὶ Κλεάνθης, καὶ Χρύσιππος. τὸν μὲν γὰρ τούτων μαθητὴν καὶ διάδοχον τῆς σχολῆς Ζήνωνά φασιν ἐπισχεῖν περὶ τῆς ἐκπυρώσεως τῶν ὅλων. Ceterùm de mundi conflagratione ex Stoicorum opinione vide sis Lipsium Physiolog. Stoicor. lib. II. Dissertat. XXII.

Loquitur Plato, partes orbis nunc inundare, nunc alternis vicibus ardescere.] Platonis verba, quæ Minucius hîc innuit, comparent in Timæo: Πολλαὶ καὶ κατὰ πολλὰ φθοραὶ γεγόνασιν ἀνθρώπων, καὶ ἔσονται πυρὶ μὲν καὶ ὕδατι μέγισται, μυρίοις δὲ ἄλλοις ἕτεραι βραχύτεραι.

Animas volunt & perpetuò manere, & in alia corpora sæpiùs commeare.] Hæc opinio de animarum μετεμψύχωσει apud varias olim gentium obtinuit. Ægyptii hanc primi tradiderunt, ac ab illis Pythagoras eam hausit, ut refert Herodotus in Euterpe: Πρῶτοι δὲ καὶ τόνδε τὸν λόγον Αἰγύπτιοι εἰσὶ εἰπόντες, ὡς ἀνθρώπου ψυχὴ ἀθάνατός ἐστι· τοῦ σώματος δὲ καταφθίνοντος, ἐς ἄλλο ξῶον αἰεὶ γινόμενον ἐσδύεται· ἐπεὰν δὲ περιέλθῃ πάντα τὰ χερσαῖα καὶ τὰ θαλάσσια καὶ τὰ πτηνὰ, αὖτις ἐς ἀνθρώπου σῶμα γινόμενον ἐσδύνειν. τὴν περιείλησιν δὲ αὐτῇ γίνεσθαι ἐν τρισχιλίοισι ἔτεσι. τούτῳ τῷ λόγῳ εἰσὶ οἱ Ἑλλήνων ἐχρήσαντο, οἱ μὲν πρότερον, οἱ δὲ ὕστερον, ὡς ἰδίῳ ἑωϋτῶν ἐόντι· τῶν ἐγὼ εἰδὼς τὰ οὐνόματα, οὐ γράφω. Gallos idem sensisse constat ex Cæsaris lib. VI. de Bello Gallico: *Inprimis,*

mus, inquit, *hoc volunt persuadere. Non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios.* Et Diodori Siculi lib. v: Ἐνισχύει παρ' αὐτοῖς (Γαλάταις) ὁ Πυθαγόρου λόγος, ὅτι ταὶ ψυχαὶ τῶν ἀνθρώπων ἀθανάτους εἶναι συμβέβηκε, καὶ ὁι ἐτῶν ὡρισμένων πάλιν βιῶν, εἰς ἕτερον σῶμα τᾶς ψυχῆς εἰσδυομένης. Sed inter veterum Gallorum & Pythagoræ παλιγγενεσίαν, hoc interest, quod Pythagoras, ac post illum Plato, etiam hominum animas ad bruta animantia, Galli verò ad homines tantum transire volebant. Zamolxis quoque, ut est apud Julianum in Cæsaribus, idem docuit Getas, qui eum post mortem pro numine habuêre. De Germanis testatur & Appianus in Celticis. Imò & inter Judæos huic placito addicti fuêre. Sic de Pharisæis, celebratissima Judæorum sectâ, prodit Josephus lib. XVIII. Antiquit. cap. II. Item lib. III. de bello Judaico, cap VIII. Dogma hoc olim inter Judæos viguisse, duobus ex Euangelio locis probare sibi posse videtur J. Drusius lib. II. de tribus Sectis cap. XIV. Uno, qui habetur Matth. cap. XVI. com. XIV. Altero Joann. cap. IX. com. II. Imò inde etiam quidam volunt, Herodem Galileæ tetrarcham putasse, animam Joannis Baptistæ, à se decollati, insinuâsse se in Iesu Christi corpus; atque hoc colligunt ex Matth. cap. XIV. com. II. Sed non vero simile videtur, ex illo Matthæi loco id hauriri posse. Ibi enim expressis habetur verbis, quòd Herodes existimârit, Joannem suscitatū esse à mortuis. Neque hanc opinionem potuit Herodes habere de eo, quem non infantem, sed jam maturæ ætatis virum sciret. Ut potius Herodes putaverit, Joannem Baptistam, utpote virum sanctissimum, paullò antè à se interemptum, divinitùs resuscitatum esse à mortuis; ac qui primitùs nulla prorsus miracula fecisset, nunc pro præmio Deum ei potestatem hanc largitum esse. Et hoc disertè hæc Herodis verba innuere apud Euangelistam videntur: οὗτός ἐστιν Ἰωάννης ὁ βαπτιστής, αὐτὸς ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ διὰ τοῦτο αἱ δυνάμεις ἐνεργοῦσιν ἐν αὐτῷ. Sunt etiam Judæi moderni qui μετεμψυχώσεως hunc errorem amplectuntur; illaque animarum transmigratio illis vocatur סוד הגלגול, hoc est *Secretum revolutionis.* Item גלגול נשמות, id est, *revolutio animarum.* Et quemadmodum de Pythagorâ referunt Diogenes Laërtius lib. VIII. & Lucianus in Gallo, eum dixisse, se primùm fuisse Æthalidem Mercurii filium, inde Euphorbum Panthi filium, mox Aspasiam nobile Periclis scortum, deinde Cratem Cynicum: Sic Judæi dicunt, animam Adami per סוד הגלגול *secretum revolutionis* transmeâsse in Davidem; Davidis verò in Messiam, qui propter

Judæo-

Judæorum peccata adhuc lateat. Atque hoc etiam ex litteris nominis אדם colligunt; eas enim Kabbalisticè, hoc est, nugacissimè, resolvunt in משיח · דוד · אדם, *Adam*, *David*, *Mashiah*. Cetertùm teste Irenæo lib. I. cap. XX. & Tertulliano de Animâ cap. XXXIV. Simon quoque Magus μετεμψύχωσιν statuit. De Manichæis idem liquet ex Augustino, hæres. XLVI.

In pecudes, aves, belluas, hominum animas redire.] Lepidè hanc opinionem taxat Hermias Διασυρμῷ τῶν ἔξω φιλοσόφων, hisce verbis: Ὅταν ἢ ἐμαυτὸν ἴδω, φοβοῦμαι τὸ σῶμα, καὶ οὐκ οἶδα ὅπως αὐτὸ καλέσω, ἄνθρωπον, ἢ κυνά, ἢ λύκον, ἢ ταῦρον, ἢ ὄφιν, ἢ δράκοντα, ἢ χίμαιραν· εἰς πάντα γὰρ τὰ θηρία ὑπὸ τῶν φιλοσοφούντων μεταβάλλομαι, χερσαῖα, ἔνυδρα, πτηνά, πολύμορφα, ἄγελα, λίθασα, ἄφωνα, δίφωνα, ἄλογα, λογικά. νήχομαι, ἵπταμαι, πέτομαι, ἕρπω, θέω, καθίζω. ἔστι ἢ ὅτε Ἐμπεδοκλῆς καὶ θάμνον με ποιεῖ.

Veterem & meliorem consuetudinem humandi.] Mortem cadavera defunctorum humandi sanè antiquissimum esse, vel ex Sacrâ paginâ constare potest. Et plurimæ etiam nationes hoc sepulturæ genus observârunt. Sic dè Ægyptiis & Persis tradit Herodotus in Thaliâ, quòd mortuos sepelierint. Quamquam posterioribus seculis cremationem Persis etiam usurpatam fuisse, constet ex Ammiano Marcellino, lib. XIX. uti & Procopio, lib. I. de Bello Persico. Ipsis etiam Græcorum vetustioribus, in usu fuisse, auctor est Cicero, qui in II de Legg. ait: *Nam & Athenis jam illo more à Cecrope, ut aiunt, permansit hoc jus terrâ humandi.* Arnobius quoque lib. VI. ex Antiochi historiarum nono tradit, *Athenis in Minervio Cecropem esse mandatum terræ.* Apud Romanos verò jam ab eorum incunabulis mortuorum cùm humatio, tùm crematio obtinuisse videtur. Nam, ut Plutarchus in Numâ refert, testamento cavit Numa, nè corpus suum post mortem combureretur: Περὶ μοῦ, inquit, οὐκ ἔδοσαν τὸ νεκρὸν, αὐτὸ κωλύσαντος, ὡς λέγεται. Hoc certè non fecisset Numa, nisi jam tum igne cremandi ritus in usu fuisset; atque ideò prohibuit, ne sibi defuncto id fieret. Romani verò, ut subjungit Plutarchus, δύο ποιησάμενοι λιθίνας σορούς, ὑπὸ τῇ Ἀνικλεν ἔθηκαν. τὴν μὲν ἑτέραν ἔχουσαν τὸ σῶμα, τὴν δ' ἑτέραν τὰς ἱερὰς βίβλους. Hincque notandus venit Plinius, cujus certè mens alibi fuisse videtur cùm lib. VII. cap. LIV. scriberet: *Ipsum cremare apud Romanos non fuit veteris instituti: terrâ condebantur.* Sed ad horum refutationem nullo alio opus est, quàm ipso Plinio, qui suo se jugulat gladio. Nam lib. XIV. cap. XII. inquit: *Numæ regis posthumia lex est:*

Vino

Vino rogum ne aspergito. Certè si Numa lege sanciverit, ne rogus vino aspergeretur, necesse est, mortuorum crematio obtinuerit.

Sol demergit, & nascitur.] Prudentius lib. 1. contra Symmachum:

Solem certa tenet regio, plaga certa coërcet:
Temporibus variis distinguitur, aut subit ortu,
Aut ruit occasu. ---

Catullus Epig. v:

Soles occidere & redire possunt.

Astra labuntur, & redeunt.] Tertullianus Apologet. *Lux quotidiè interfecta resplendet; sidera defuncta reviviscunt.*

De Stygiâ palude.] Stygis, paludis infernæ, ut poëtæ aiunt, nomen quibusdam videtur deductum ἀπὸ τοῦ στυγεῖν, id est, *odisse, reformidare.* Ut Virgilius lib. VI. Æneid.

--- Tristique palus inamabilis unda
Alligat, & novies Styx interfusa coërcet.

Quia maximè homines eam aversabantur. Alii non absurdè etiam statuunt, quòd dici possit, Στύγα esse ex שְׁתִיקָה, *setika*, omisso schevâ, utpote syllabam non faciente, ut sit *stika*. Atque sic dictam esse, quasi locum silentii, à שתק nimirum, quod est, *siluit, tacuit.* Quæ quidem vox convenit defunctorum animis. Virgilius VI Æneid.

--- Umbrasque silentes,
Et Chaos, & Phlegethon, loca nocte silentia latè.

Sic de Minoë ibidem:

--- Ille silentum
Concilium vocat.

Postremum hoc satis ingeniosum; attamen prima etymi ratio haut dubiè vero similior est.

Iupiter per torrentes ripas jurat religiosè.] Appulejus lib. VI. Milesior. *Diis etiam, ipsique Iovi formidabiles aquas istas Stygias vel fando comperisti? quodque vos dejeratis per numina Deorum, Deos per Stygis majestatem solere.* Virgilius VI Æneid.

--- Stygiamque paludem,
Dii cujus jurare timent & fallere numen.

Sed notum hoc satis, & exempla præter Maronem IX & XII. Æneid. apud Homerum Iliad. o. Hesiodum Theogoniâ, Apollonium Rhodium lib. II. Argonaut. Ovidium Metamorph. lib. I. Senecam Hercule Furente, aliosque. Quàm sanctum autem tale juramentum fuerit, paret ex Servio, qui ad VI Æneid Orphei profert senten-

sententiam, quòd, si Dii per Stygem pejerâssent, spatio novem annorum in Tartaro punirentur: *Fertur*, inquit, *ab Orpheo, quod Dii pejerantes per Stygiam paludem, novem annorum spatio in Tartaro puniantur.* Hesiodus tamen Theogoniâ paullò aliter. Sic enim ille:

Ὅς κεν ἑκὼν ἐπίορκον ἀποτίψας ἐπομόσσῃ
Ἀθανάτων οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου,
Κεῖται μὴ τὸ μὲν ἔμπνυτον ἐπὶ χθονὶ τέτλαθι πάντα
Οὐδέ ποτ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρος ἔρχεται ἆσον
Βρώσιος, ἀλλά τε κεῖται ἀνάπνευστος καὶ ἄναυδος
Στρωτοῖς ἐν λεχέεσσι, κακὸν δ' ἐπὶ κῶμα καλύπτει.
Αὐτὰρ ἐπὴν νοῦσον τελέσῃ μέγαν εἰς ἐνιαυτὸν,
Ἄλλος δ' ἐξ ἄλλου δέχεται χαλεπώτατος ἄθλος.
Ἐννέτες δὲ θεῶν ἀποτμήγεται αἰὲν ἐόντων,
Οὐδέ ποτ' ἐς βουλὰς ἐπιμίσγεται, οὐδ' ἐπὶ δαῖτας
Ἐννέα πάντ' ἔτεα· δεκάτῳ δ' ἐπιμίσγεται αὖτις
Εἰρέας ἀθανάτων οἳ Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι.
Τοῖον ἄρ' ὅρκον ἔθεντο θεοὶ Στυγὸς ἄφθιτον ὕδωρ
Ὠγύγιον. τὸ δ' ἵησι κατασκιόωντι δι' χώρῳ.

Hinc Papinius Statius:

--- Et *Styx perjuria Dirûm*
Arguit. ---

Ignes Ætnæ.] Ætnam montem eleganter describit Silius Italicus lib. XIV.

Ast Ætna cruciat tremefactis cautibus ignes;
Inclusi gemitus pelagiq; imitata furorem,
Murmure per cæcos tonat irrequieta fragores;
Nocte dieq; simul fonte è Phlegethontis ut atro
Flammarum exundat torrens, piceâq; procellâ
Semiambusta rotat liquefactis saxa cavernis.
Sed quanquam largo flammarum exæstuat intus
Turbine, & assiduè subnascens profluit ignis:
Summo cana jugo cohibet (mirabile dictu)
Vicinam flammis glaciem, æternoq; rigore
Ardentes horrent scopuli, stat vertice celsi
Collis hiems, calidaq; nivem tegit atra favilla.

De Ætnâ præterea vide sis Pindarum Pyth. Od. I, Æschylum Prometheo, Orpheum Argonauticis, Callimachum Hymno in Delum, Auctorem libri de Mundo ad Alexandrum, Ciceronem lib. II. de Naturâ Deorum, Lucretium lib. I. & VI, Ovidium Metamorph.

tamorph. lib. xv, Senecam Epist. LXXX, Oppianum lib. I. Cyneget. Ælianum Variar. lib. VIII. cap. XI. Strabonem lib. VI, Plinium Histor. Nat. lib. II. cap. CVI, Vibium Sequestr. de Montibus, Martianum Capellam lib. VI. de Nuptiis Philologiæ, Solinum cap. XLII, Augustinum de Civit. Dei lib. III. cap. II. & lib. IV. cap. II. Salvianum lib. VII. de Gubernatione Dei, aliosque quàm plurimos, quibus supersedeo.

Et Vesuvii.] Vesuvius mons Campaniæ, ab æstu & igne æquè ac Ætna clarus. Apuleius de Mundo: *Quibusdam subter occulti sunt spiritus, & flantes incendia indidem suspirant, ut Lipara, ut Ætna, ut Vesuvius etiam noster solet.* Silius lib. XII:

Monstrantur Veseva juga, atque in vertice summo
Depasti flammis scopuli, fractusq; ruina
Mons circum, atque Ætnæ fatis certantia saxa.

Valerius Flaccus lib. IV. Argonaut.

Sic ubi prorupti tenuit cum fortè Vesevi
Hesperiæ letalis apex, vix dum ignea montem
Torsit hiems, jamq; Æoas cinis induit urbes.

Papinius Statius lib. III. Sylvar. Carm. V.

Non adeò Vesuvinus apex, & flammea diri
Montis hiems, trepidas exhausit civibus urbes.

Pag. 40. *Eventum sit sortis Fortunæ.*] Ita MS. Et longè melius illis qui *Fortis Fortunæ* legunt. Nullus enim hujus Romanorū Deæ hîc locus; sed loquitur jam Minucius ex eorum mente, qui unicuique suam Fortunam ex Astrologiâ ἀποτελεσματικῇ, sive judiciariâ, assignabant, quâ totius hominum vitæ cursus moderaretur. Hæc dicebatur *Sors Fortunæ*; sive ὁ κλῆρος τῆς τύχης. De sorte verò Fortunæ videatur Scaliger ad lib. II Manilii Astronom. Seldenus item de Dîs Syris Syntagm. I. cap. I. uti & Salmasius in De Annis Climactericis.

Qui non inhiat alieno.] Valerius Maximus lib. IV. cap. IV: *Omnia habet qui nihil concupiscit.* Appuleius Apologiâ: *Is plurimum habebit, qui minimum desiderabit. Habebit enim quantum volet, qui volet minimum.*

Magis pauper ille est, &c.] Claudianus lib. I. in Rufinum:

Semper inops quicunque cupit. ---

Seneca ad Helviam cap. XI: *Eadem natura est in omni desiderio, quod non ex inopiâ, sed ex vitio nascitur. Quicquid illi congesseris, non finis erit cupiditatis, sed gradus.*

Cùm

Cùm strepitum mortis, & horrorem carnificis irridens insultat.] In MS. est *incipiens inculcat*. Hoc, quid sibi velit, nondum percipio; alii viderint. Suspicor mendum esse, ac vulgatam lectionem longè præferendam. Pag. 41.

Quòd Deum nescientes divitiis affluant, honoribus floreant, polleant potestatibus.] Seneca in Hippolyto: Pag. 42.

Vincit sanctos dira libido,
Fraus sublimi regnat in aulâ,
Tradere turpi fasces populus
Gaudet.---

Vt hostiæ ad pœnam coronantur.] Eleganter hâc utitur Minucius comparatione in ruinâ honorum ac potestatum, quibus improbi pro tempore gaudeant, demonstrandâ. Solebant enim veteres victimas hostiasque coronare, vittisque ornare, ac denique cornua earum inaurare. De hostiarum coronis Plinius lib. XVI. cap. IV. ubi & de sacrificantium addit: *Ferunt*, inquit, *primùm omnium Liberum patrem imposuisse capiti suo* (coronam) *ex ederâ: posteà Deorum honori sacrificantes sumpsêre, victimis simul coronatis.* Tertullianus item in de Idololatriâ: *Ipsæ denique fores, & ipsæ hostiæ & aræ, ipsi ministri & sacerdotes eorum coronantur.* De victimis coronatis Lucianus quoque de Sacrificiis. Οἵγε θύοντες, inquit, στεφανώσαντες τὸ ζῶον. Juvenalis Satyrâ XIII:

Quæque coronatâ lustrari debeat agnâ.

Et Prudentius Martyre Romano:

Huc taurus ingens fronte torvâ & hispidâ
Sertis revinctus, aut per armos, floreis
Aut impeditus cornibus deducitur.

De vittatis hostiis Virgilius lib. III. Georg.

Sæpè in honore Deûm medio stans hostia ad aras
Lanea dum nivea circumdatur infula vitta
Inter cunctantes cecidit moribunda ministros.

Idem lib. II Æneid. ubi Sino inquit:

Iamq; dies infanda aderat mihi sacra parari,
Et salsæ fruges & circum tempora vittæ.

Ubi Servius: VITTÆ, *quibus victimæ coronabantur.* Eodem libro paullò pòst idem Sino:

---vittaq; Deûm, quas hostia gessi.

Ovidius item lib. VII. Metamorph.

---feriuntq; secures

Colla torosa boum vinctorum cornua vittis.

Et lib. xv:

Victima labe carens, & præstantissima formâ,
Nam placuisse nocet, vittis insignis & auro
Sistitur ante aras. ---

Idem lib. III. de Ponto Eleg. II. de Pylade & Oreste, Dianæ immolandis:

Protinus immitem Triviæ ducuntur ad aram
Evincti geminas ad sua terga manus:
Sparsit aquâ captos lustrali Graja sacerdos,
Ambiat ut fulvas infula longa comas.

De cornibus inauratis Homerus lib. III. Odyss.

Σοὶ δ' αὖ ἐγὼ ῥέξω βοῦν ἦνιν, εὐρυμέτωπον,
Ἀδμήτην, ἣν οὔπω ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγεν ἀνήρ.
Τὴν τοι ἐγὼ ῥέξω χρυσὸν κέρασι περιχεύας.

Cicero lib. II. de Divinat.

Nos circum latices gelidos fumantibus aris,
Aurigeris Divûm placantes numina tauris.

Tibullus lib. IV:

Semper inaurato taurus cadit hostia cornu.

Ovidius XI. Metamorphos.

--- *blandis indutæ cornibus aurum*
Conciderant ictæ niveâ cervice juvencæ.

Juvenalis Satyrâ VI:

--- *Et auratam Iunoni cæde juvencam.*

Plinius lib. XXXIII. cap. III. ait, hoc tantum observatum fuisse in majoribus hostiis, sive superorum sacris. Sic enim ipso in initio: *Deorum*, inquit, *honori in sacris nihil aliud excogitatum est, quàm ut auratis cornibus hostiæ majores duntaxat immolarentur.* Valerius tamen Flaccus lib. I. Argonaut. de inferorum sacris, ac minoribus agens hostiis, inquit:

--- *dabit auratis & cornibus igni*
Colla pater, niveiq; greges altaria cingent.

Et lib. III:

Ibat agens lectas auratâ fronte juvencas.

Sed hoc fortassis poëticæ condonandum licentiæ. De victimarum cornibus inauratis etiam Seneca Tragicus Oedipo:

Colla tacturus steterat sacerdos,
Dum manus certum parat alta vulnus;

Aureo

Aureo taurus rutilante cornu
Labitur segnis. ---

Senecæ quoque Philosophi est lib. 1. de Beneficio: *Nec in victimis quidem, licet opimæ sint, auroq; præfulgeant.* Et Trebellii Pollionis in vitâ Gallienorum: *Processerunt etiam altrinsecus centeni albi boves, cornibus auro jugatis, & dorsualibus sericis discoloribus præfulgentes.* Sic etiam Prudentius Martyre Romano:

Nec non & auro frons coruscat hostiæ,
Sataſq; fulgor bracteatis insicit.

Accedat Plutarchus, qui, Pauli Æmilii triumphum describens, & cornuum inauratorum, & vittarum sertorumque meminit: Μετὰ ἓξ τέτρες ἦγοντο χρυσόκερω τροφίμω βῶς ἑκατὸν ἕξι, μίτρας ἱσυμεγὲθοι καὶ στέμμασιν.

Tam times quam timeris.] Seneca lib. 11. de Ira cap. x1: *Quid? quod semper in auctores redundat timor, nec quisquam metuitur ipse securus. Occurrat hoc solo tibi Laberianus ille versus, qui medio civili bello in theatro dictus, totum in se populum, non aliter convertit, quàm si missa esset vox publici affectus:*

Necesse est multos timeat, quem multi timent.

Ita natura constituit, ut quod alieno metu magnum est, à suo non vacet. Leoni quam pavida sunt ad levissimos strepitus pectora? acerrimas feras umbra, vox, & odor insolitus exagitat. Quicquid terret, & trepidat. At ratio redditur ab Ennio:

Quem metuunt, oderunt; quem quisque odit, perire cupit.

Et quamlibet multo comitatu stipatus, ad periculum tamen solus es.] Eleganter Tragicus Hercule Oetæo.

Tu quicunque es qui sceptra tenes,
Licet omne tuâ vulgus in aulâ
Centum pariter limina pulset;
Cùm tot populis stipatus eas,
In tot populis vix una fides.

Nobilitate generosus es? parentes tuos laudas? &c.] Juvenalis Satyrâ VIII:

--- quis enim generosum dixerit hunc, qui
Indignus genere, & præclaro nomine tantum
Insignis? ---

Et rectè Boëthius Consol. lib. III. Metr. VI:

Quid genus & proavos strepitis?
Si primordia vestra,

Auctoremq́, Deum ſpectes,
Nullus degener exſtat,
Ni vitiis pejora fovens
Proprium deſerat ortum.

Et Seneca Hercule Furente:

--- Qui genus laudat ſuum,
Aliena laudat. ---

Subſequatur hos Romanus Martyr; cujus verè aurea hæc ſunt apud Prudentium: *--- abſit ut me nobilem*

Sanguis parentum præſtet, aut lex Curiæ.
Generoſa CHRISTI *ſecta nobilitat viros.*
Si prima noſtris quæ ſit incunabulis
Origo textu ſtemmatis recenſeas,
Dei parentis eſſe ab ore cœpimus.
Cui quiſquis ſervit, ille verè eſt nobilis.
Patri rebellis, invenitur degener.

Quis non horreat populi &c.] Paſſim Chriſtianorum veteres exprobrant, graviſſimeque inſectantur Ludorum Circenſium inſaniam, ac furorem, Amphitheatralium ſævitiam, & atrocitatem, Theatralium impudicitiam & obſcenitatem. Audi Tertullianum Apologetico: *Nihil eſt*, inquit, *nobis dictu, viſu, auditu, cum inſaniâ circi, cum impudicitiâ theatri, cum atrocitate arenarum, xyſti vanitate.* Et adverſus Marcionem lib. II: *Quid non frequentas tam ſolemnes voluptates circi furentis, & caveæ ſævientis, & theatri laſcivientis?* Vide & illum libro de Spectaculis. Sic D. Hieronymus in Hilarione: *Non circi furoribus, non arenæ ſanguine, non theatri luxuriâ delectabatur.* Plura de his congerere ſupervacuum eſſet.

Pag. 43. *Sanè quod caput non coronamus.*] Chriſtianorum veteres idcircò coronas reſpuebant, quia iis præcipuè Gentiles in ſuis ſacris, ac idolorum cultu utebantur. Clemens Alexandrinus Pædagog. lib. II. cap. VIII: Εἴργονται τοίνυν στεφάνων οἱ τῷ Λόγῳ παιδαγωγούμενοι. οὐκ ἐπικαταδεῖν δοκοῦσι τὸν Λόγον, ἐν ἐγκεφάλῳ τοῦτον ἱδρυμένον· οὐδ' ὅτι κωμαστικῆς ἀγερωχίας σύμβολον ὁ στέφανος εἴη· ἀλλὰ γὰρ ὅτι τοῖς εἰδώλοις κατωνόμασται. Et paullò pòſt: Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα μὲν δι' ἄνθρωπον γέγονε τὰ ἄνθη· ταῦτα δὲ οἱ ἀνόητοι λαβόντες, οὐκ εἰς τὴν ἰδίαν εὐχάριστον χρῆσιν, ἀλλ' εἰς τὴν τῶν δαιμονίων ἀχάριστον ὑπηρεσίαν κατεχρήσαντο· ἀφεκτέον αὐτῶν διὰ τὴν συνείδησιν. Ita ut etiam Gentes capitibus Chriſtianorum, cùm eos ad ſua ſacra compellerent, coronam imponerent; quo facto Chriſtiani adhuc magis coronarum uſum exſecrabantur.

tur. Atque hinc capiendus Cyprianus in de Lapsis, cùm inquit: *Ab impio sceleratoq; velamine, quo illic velabantur sacrificantium capita captiva, caput vestrum liberum mansit. Frons cum signo Dei pura, diaboli coronam ferre non potuit, coronæ se Domini reservavit.*

Nec mortuos coronamus.] Quia prisci illi Christianorum nihil prorsus cum gentium moribus sibi commune esse volebant, ritum etiam mortuos coronandi repudiabant, gravissimèque in eundem scriptis suis invehebantur. Sic Tertullianus de Coronâ: *Quid tàm indignum Deo, quàm quod dignum idolo? quid autem tàm dignum idolo, quàm quod & mortuo? Nam & mortuorum est ita coronari, vel quoniam & ipsi Idola statim fiunt & habitu & cultu consecrationis. quæ apud nos secunda Idololatria est.* Audi etiam Clementem Alexandrinum Pædagog. lib. III. cap. VIII: Ἀοχλήτῳ ἢ ἀμεεμνίᾳ ὁ στέφανος σύμβολον· ταύτῃ δὲ σὺ νεκρὸς καταστεφανοῖς· ᾧ λόγῳ καὶ τὰ εἴδωλα, ἔργῳ σεσταμαρτυρῶντες αὐτοῖς τὸ εἶναι νεκροῖς.

Sed à Deo æternis floribus vividam sustinemus, qui &, modesti Dei nostri liberalitate, securi spe futuræ felicitatis, fide præsentis majestatis animamur.] Hæc est lectio vulgaris, quæ quidem sibi constet. Rigaltius, an ex veteri exemplari, an verò ex conjecturâ, nescio, edidit: *Sed à Deo æternis floribus vividam sustinemus, quieti, modesti, Dei nostri liberalitate securi, spem futuræ felicitatis fide præsentis ejus majestatis animamur.* Quænam horum verborum, *spem futuræ felicitatis fide præsentis ejus majestatis animamur*, sit syntaxis, nondum video. Sed si à vulgatâ lectione recedendum, planè Minucium sic scripsisse existimem: *Sed à Deo æternis floribus vividam sustinemus, quieti, modesti, Dei nostri liberalitate securi, spe futuræ felicitatis, fide præsentis ejus majestatis, animamur.* Sententiam quivis videt, ac nullâ eget interpretatione. Pag. 44.

Aliquamdiu nos ad silentium stupefacti, &c.] Rectè. & sic Musonius apud Agellium lib. V. cap. I. ait: *Admirationem, quæ maxima est, non verba, sed silentium parere.* Indicium enim id est animi summo stupore à semet ipso quasi abrepti. Valerius Flaccus lib. IV:

Atque oculos cuncti inter se tenuere silentes.

Symmachus lib. II. Epistolâ LVI: *Vastum silentiũ stupor subitus imperavit.*

Ego Octavio meo plurimum quantum, sed & mihi, gratulor.] Sic Rigaltius è Membranis, & rectè. Eodem modo supra noster: *Carminibus præcipuè Poëtarum, qui plurimum quantum veritati ipsâ suâ auctoritate nocuêre.* Sabæus olim edidit: *E. O. m. plurimum, quantum eâdem tranquillitate, quâ vivimus: sed & mihi gratulor.* Unde Fulvius Ursinus non multò felicius: *E. O. m. plurimum, quantum ad tranquillitatem,*

tatem, quâ vivimus; sed & mihi gratulor. Quod & retinuit Elmenhorstius. Et quanquam hæc Fulvii lectio paullò tolerabilior est illâ Sabæanâ, attamen cùm verba illa inserta in MS. non comparent, merito ea quoque respuimus, quippe quibus sententia, aliàs per se manifestissima, obfuscatur. *Plurimum quantum gratulor* idem est, ac si dixeris; summoperè, mirificè, valdè, majorem in modum, gratulor. *Plurimum quantum*, quemadmodum dicimus, *nimium quantum, mirum quantum, immane quantum.* quorum exempla apud veteres passim obvia. Atque hæc erant, quæ nobis post tot alios ad Minucium dicenda videbantur. Jam finio, & te dimitto, mi Lector.

FINIS.

INDEX

INDEX
AVCTORVM VETERVM.

QVI

In his Animadversionibus citantur, illustrantur, & emendantur.

A.

Bydenus. 77
Accius. 28
Achilles Tatius. 21. 34. 56. 87. 114
Acron. 43. 115
Emendatus. 124
Acta Apostolorum. 6. 63
Ælianus. 39. 64. 86. 152. 162. 164. 165. 168. 169. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 182. 183. 199. 206
Æschylus. 39. 206
Afranius. 42
Agellius. 9. 42. 43. 45. 123. 141. 211
Albricus. 103
Alcimus Avitus. 67. 68. 70. 74
Aldhelmus. 72. 155
Ambrosius. 162. 175
Ammianus Marcellinus. 6. 13. 18. 39. 57. 77. 105. 137. 148. 165. 203
Ammianus Poëta. 153
Anacreon. 66. 73
Anaxandrides Comicus. 176
Andronicus. 6
Anselmus. 56
Anthologia Epigrammatum. 14. 99
Antiphanes Comicus. 176
Antoninus Liberalis. 112
Apollinarius. 175
Apollonius Rhodius. 80. 86. 96. 114. 131. 204
Apollodorus. 86. 91. 126. 129
Apollonidas. 104
Appianus. 40
Appuleius. 3. 6. 7. 9. 11. 12. 13. 17. 18. 19. 24. 52. 56. 57. 59. 60. 61. 62. 63. 71. 72. 87. 88. 90. 140. 141. 153. 154. 157. 161 198. 204. 206. 207
Aquila Bibliorum Interpres. 11. 54.
Arator. 5
Aratus. 95
Aristides. 56
Aristophanes. 28. 93. 151
Aristoteles. 27. 73. 83. 129. 152. 157. 166. 197
Arnobius. 6. 15. 21. 23. 25. 27. 31. 37. 43. 50. 53. 57. 59. 60. 66. 67. 79. 85. 90. 92. 96. 97. 98. 103. 105. 107. 111. 126. 129. 131. 132. 134. 137. 155. 156. 198. 199. 203
Arrianus. 71. 82. 101. 142. 200
Artemidorus. 17. 89. 116. 179
Asconius Pedianus. 40
Athanasius. 125. 190
Athenagoras. 29. 189
Athenæus. 102. 116. 127. 151. 176.

177. 183
Auctor de Excidio Hierosolym. 61
Auctor Historiæ Barlaami. 164. 169. 174. 175 Notatus. 174
Auctores de limitibus agrorum. 12. 13
Auctor libri de Mundo ad Alexand. 206
Augustinus. 38. 55. 56. 58. 61. 67. 82. 83. 86. 92. 97. 129. 131. 140. 155 157. 159. 166. 190. 203. 206
Aurelius Victor. 42. 133
Ausonius. 64. 83. 88. 107.

B.

Basilius Magnus. 29. 61. 69. 74. 78. 154. 199
Basilius Seleucus. 7
Biblia Hebræa. 10. 11. 14. & passim ubi loca Veteris Instrumenti ad partes vocantur.
Biblia. LXX. 10. 11. 75. 120. 175. 180
Biblia vulgata Interpretationis. 14. 56. 158. Notatus ejus Auctor. 179
Bibliorum Interpres Arabs. 175
Boëthius. 6. 17. 26. 27. 29. 69. 74. 210

C.

Cæsaris Commentarii. 36. 194. 201
Callimachus. 91. 99. 112. 131. 206
Calpurnius. 18
Capitolinus. 52. 135. 136. 187
Cassianus. 4. 6
Cassiodorus. 117. 160
Cato. 16. 24
Catullus. 4. 17. 31. 90. 97. 109 113. 204. Emendatus. 153
Censorinus. 39. 45. 46. 47
Chalcidius. 83
Chronicon Schalschelet. 77
Chrysologus. 21. 29
Chrysostomus. 55
Cicero. 4. 5. 8. 18. 23. 26. 28. 31. 39. 43. 48. 51. 56. 62. 66. 70. 74. 77 86. 96. 103. 104. 107. 110. 124. 125. 126. 130. 142. 145. 150. 161. 163. 165. 169. 171. 177. 184. 185. 195. 199. 201. 203. 206. 208.
Claudianus. 6. 9. 18. 19. 26. 27. 28. 33. 41. 42. 68. 70. 71. 90. 118. 143. 207
Clemens Alexandrinus. 12. 15. 61. 62. 78. 81. 83. 86. 96. 107. 130. 131. 139. 148. 149. 157. 158. 159. 160. 162. 166. 167. 173. 177. 178. 182. 188. 210. 211
Clemens Pseudo-Romanus. 25. 161. 164
Cleomedes. 118
Codex Iustiniani. 43
Codex Theodosianus. 47. 56
Columbanus. 71
Columella. 7. 39. 86
Coluthus. 131
Concilium Constantinopolitanū. 23
Concilium Nicænum. 23
Concilium Trullanum. 189
Corippus. 5
Cornelius Severus. 13

Curtius. 65.123.155.190
Cyprianus. 6.17.61.69.71.84. 132.134.155
Cyrillus. 81.190

D.

Demosthenes. 56
Deuteronom. 34.158
Digesta. 4.13.46.48
Dio. 44.104.125.135.136. 138.143.185.186.187.188
Dio Chrysostomus. 101
Diodorus Siculus. 54.62.75.76. 86.87.91.97.112.131.151. 162.163.164.165.166.167. 170.172.173.174.178.183. 190.192.195.202
Diodorus Tarsensis. 55
Diomedes. 4
Dionysius Afer 76
Dionysius Halicarnass. 50.125.139. 144
Dioscorides. 64
Diphilus. 102
Donatus. 130

E.

Ecclesiastes. 6.105
Elias Cretensis. 98
Ennius. 78.189.209
Ennodius 5.29
Epigramma Vetus. 10
Epiphanius. 54.155
Etymologicum Magnum. 20.66. 91.94.122
Euagrius. 93.164
Eucherius. 29
Eugraphius. 23
Euripides. 63.64.65.66.87.131. 142.148.160.192
Eusebius. 27.34.35.52.56.58. 86.94.97.109.118.133.148. 164.180.190.193.201
Eustathius. 20.75.76.92.99. 102.110.132.159
Exod. 115.174

F.

Fannius. 24
Festus. 4.23.31.39.40.42.75. 86.97.100.107.116.139. 166
Firmicus Astrom. 72
Firmicus de E. P. R. 87.96.97. 107.129.158.159
Florus. 141.141.195
Focas. 67.68
Fulgentius Placiades. 39.85.132

G.

Gabrias. 140
Genes. 34.44.54.59.61.72. 75.76.83.106.107.133.134
Germanicus Cæsar. 180
Geographus Nubiensis. 77
Georgius Cedrenus. 32
Georgius Cyprius. 72
Glossæ Veteres. 10.13.40.157. 166
Gratius. 9.42
Guilielmus Brito. 6.21

H.

Harpocration. 91,93.127
Hermesianax. 80

Hermias. 83.203
Herodes Poëta. 22
Herodianus. 64.135
Herodotus. 32.34.62.86.89.106.109.110.119.152.163.164.165.167.168.171.173.174.176.195.196.199.201.203
Hesiodus. 84.113.204.205
Hesychius. 11.20.36.75.76.94.98.100.101.110.112.125.153.175
Hieronymus. 10.11.21.36.44.52.54.55.58.64.72.90.98.120.137.157.162.189
Hilarius. 18.70
Homerus. 14.75.80.83.84.99.102.105.108.111.113.128.131.148.204.208
Horatius. 4.5.35.44.46.47.71.80.81.99.108.109.110.113.116.130.137.196
Hoseas Propheta. 11.32
Hyginus. 86.110.122.131.132.178.180.181.192

I.

Iechezkel Propheta. 6.77.108.119.120
Iesaias Propheta. 75
Iirmejas Propheta. 6.36.72.119
Inscriptiones Veteres. 49.124.186
Ioannes Euangelista. 62.202
Iob. 72
Ioel Propheta. 34
Ionas Aurelianensis. 70
Iosephus. 54.86.202
Iosua. 127
Irenæus. 203
Isacius Tzetzes. 84.93.110.126.148
Isidorus Hispalensis. 4.13.19.20.39.56.61.85
Isidorus Peluſiota. 25.29.56.70.74
Isocrates. 91.142
Isychius. 76
Iuliani Cæſares. 135
Iulianus Scholaſt. 72
Iunilius, ſive potiùs *Beda.* 70
Iuvenalis. 4.9.12.21.45.65.71.89.104.138.141.143.149.150.163.165.167.171.192.196.198.207.208.210
Iuvencus. 82
Iuſtinus Hiſtor. 138.155.190
Iuſtinus Martyr. 25.63.82.83.159.160.199

L.

Lactantius. 15.24.25.26.29.52.55.57.61.67.68.69.78.85.96.103.106.125.129.132.134.146.149.156.157.162.189.194.197.198.199
Laërtius. 44.45.82.83.149.155.202
Lampridius. 48.88.187.197
Leg. XII. Tabular. 62
Leo Afer. 76
Leonidas. 64
Leviticus. 72.190
Livius. 4.31.36.40.42.124.125.134.144.145.150.151
Longus. 198
Lucanus. 29.39.40.50.60.82.88.116.121.125.131.193.195.196.202
Lucas Euangelista. 23.134
Lucianus. 9.34.59.64.87.89.99.100.

100.103.104.124.131.149. 151.159.162.165. 167.178. 184.187.196.207
Lucifer. 59
Lucilius. 130
Lucretius. 12.26.27.67. 71.73. 82.90.98.123.206
Luctatius. vide *Scholiastes Statii.*
Lycophron. 117.148.157

M.

Macer. 62
Macrobius. 32.38.41.42.87. 109.111.122.128.145.146.162
Emendatus. 162
Manilius. 8.18.27.69.81.135. 156
Martialis. 11.29.43.45.46.48. 49.50.53.63.99. 100.101. 104.124.167.179
Martianus Capella. 27.39.67.114. 206
Matthæus Euangelista. 59. 62. 202
Maximus Tyrius. 71.73.149.154. 160
Mela. 75.162.196
Michaël Glycas. 35
Myrtilus. 192

N.

Nahum Propheta. 119.120
Nazarius 21
Nemesianus. 41
Nepos. 109
Nicander. 13.91
Nicetas. 94
Nigrinus. 64
Nilus. 52.53
Nonius Marcellus. 4.20.26.42.99. 141.145
Nonnus. 57.102.114.125.132
Numer. 100.127

O.

Odo Cluniacensis. 9.29.53
Oppianus. 73.75.113.206
Oracula Sibyllina. 13.79
Origenes. 57.59
Orosius. 57.155
Orpheus. 33.78.80.83.110.112. 117.131.206
Ovidius. 9.13.18.21.23.28.29. 30.31.39.46.47.49.50.51. 57.62.65.67.74.78.81.82. 88.90.91.92. 94.95.97.98. 104.108.113.114.115.117. 123.131.133.138. 147. 149. 179.182.183.186.204.206. 208.

P.

Pacatus. 21.67
Palæphatus. 148.149
Palladius. 18
Papinius Statius. 8.12.19.26.27. 41.78.85.101.102.113.141. 143.156.157.205.206
Parmenides. 80
Parthenius. 114
Paullinus. 46
Paulus Apostolus. 6
Paulus I. C. 13
Pausanias. 31.91.95.101.102.103. 110.

110.112.124.131.140.148
Pedo Albinovanus. 29
Perſius. 22.44.45.46.47.49.59. 87.179.200
Petronius. 13.20.45.51.52.53. 99.104.114.116.130.198
S. Petrus Apoſtolus. 6
Phædrus. 9.56.116
Philaſtrius. 191
Philemon. 81
Philo Byblius. 32.34
Philo Iudæus. 57.71.74.155.201
Philoſtratus. 19.102.155
Phocylides. 73.80
Phurnutus 108.109. 116. 147. 178
Pindarus. 127.128.129. 131. 148.206
Piſidas. 70.71.72
Plato. 32.74.107.190.201
Plautus. 8.16.17.19.22.27.35. 45.48.60.75.81.123.161
Plethon. 70
Plinius Major. 16.21.27.38.39. 43.49.75.76.77.86.100.123. 125.126.130.134.141.142. 145.153.155.161.163.172. 178.181.185.195.203.206. 207.208 Notatus. 203
Plinius Iunior. 7.18.45.46.50. 62.68.135
Plutarchus. 6.31.54.59.64.83. 85.86.88.89.93.94.99.105. 108.109.110.112.119.126. 131.134.139.144.146.150. 151.152.154.159.161.163. 164.165.166.167.168. 171. 175.183.184.190. 195.196. 203.209
Pollux. 20.51.102
Polybius. 76
Porphyrio. 139
Porphyrius. 73.87. 125. 179. 190
Priapea. 30.99.103.106.137
Priſcianus. 24.107
Procopius Gazæus. 35
Procopius Hiſtoricus. 203
Propertius. 13.29.65.115.140
Proſper. 98
Proverbia Salomonis. 11.14
Prudentius. 5. 6. 12. 18. 21. 25. 37.57.59.60.63.69.70. 78. 88.90.97.99.125.136.138.141. 143.145.149.157.167.185. 187.189.192.199.204.207. 209.210
Pſalmi D. 6.11.72.174.191
Pſellus. 70
Ptolemæus. 76.77

Q.

Quintilianus. 16.53 56.60. 134
Quintus Smyrnæus. 131.

R.

R. Aben Eſra 11
R. Benjamin. 77
R. David Kimchi. 34. 75. 179. 190
R. Iſaac Abarbanel. 191
R. Ioſeph. Karc. 190
R. Moſes Gerundinenſis. 191
R. Moſes Maimonides. 190
R. Moſes Mikotzi. 190

R. Sato-

R. Salomon Iarchi. 75.190
Regum libri. 33.115.162.190. 191.
Rufinus. 116.158
Ruſticus Elpidius. 70

S.

Samuel Propheta. 153.179
Salisberienſis. 39
Salluſtius. 4.56.70.195
Salvianus. 7.28.29.206
Sanchoniaton. 32.34
Scholiaſtes. Apollonii. 97
Ariſtophanis. 91.92.93.94.116.151
Callimachi. 164
Germanici Cæſaris. 180 181
Heſiodi. 71
Horatii. 56
Iuvenalis. 150.165.196
Nicandri. 13.14
Perſii. 44.47.87
Pindari. 34.102
Statii. 101.113.132
Theocriti. 87.153
Thucydidis. 109.148
Sedatus. 42
Sedulius. 71.72.88
Seneca Pater. 51.55.130
Seneca Philoſophus. 7.8.23.26.27.44.49.52.59.67.70.83.85.93.116.160.200.206.207.209
Seneca Tragicus. 6.12.18.27.29.53.78.82.117.128.135160.192.204.207.209.210
Septimius Serenus. 111
Serenus Sammonicus. 74
Servius. 6.7.19.20.26.30.31.32.39.41.60.75.83.85.87.88.97.110.112.115.116.117.118.119.123.129.134.139.144.145.156.192.204.208.
Emendatus. 118.144.145.
Notatus. 32.144
Sextus Empiricus. 82.86
Siculus Flaccus. 12
Sidonius Apollinaris. 22.23.30.40.107.131.143
Silius Italicus. 18.68.70.123.150.190.199.205.206
Solinus. 112.123.162.196.206
Soſipater. 13
Sophocles. 29.66.81
Sozomenus. 155
Spartianus. 3.22.48.137.162.186
Stephanus. 76.92.98.121
Stobæus. 27.29.75.83.201
Strabo. 31.76.83.86.96.98.111.121.161.162.163.165.166.170.170.172.173.178.192.195.206
Suetonius. 16.22.27.43.44.52.65.103.104.135.138.143.185
Suidas. 6.11.20.35.39.51.54.68.93.97.101.121.154.158.159.175.189
Symmachus Bibliorum Interpres. 10.11.54
Symmachus. 46.50.68.75.85.211

T. Tacia-

T.

TAcianus. 25.51.98.157
Tacitus. 8.9.10.24.36.42. 43.54.85.135.160.185.186. 187.195
Talmud. 106.123.153
Targum. 34
Teles. 59
Terentius. 46.130.197
Tertullianus. 16.17.29.37.52. 54.58.60.61.62.63.82.90. 93.100.128.131.132.134. 137.138.140.141.142.144. 145.155.156.161.166.188. 196.197.198.203.204.207
Emendatus. 144
Theo. 87.148.178
Theocritus. 21.153
Theodotio Bibliorum Interpres. 11. 54
Theodoretus. 25.83.101.126
Theognides. 68
Theophilus. 25.29.37
Theophrastus. 13.100.105
Theophylactus. 59
Thucydides. 5.109.148
Tibullus. 13.40.46.47.48.50. 65.98.131.156.161.197.199. 208
Trebellius Pollio. 209

V.

VAlerius Flaccus. 19.50.79 117.118.131.206.209. 211
Valerius Maximus. 87.103.142. 150.195.207
Valerius Soranus. 81
Varro. 20.31.41.86.99.105.116. 117.141.144.145.146.181
Vegetius. 3.147
Velleius Paterculus. 186
Venantius Fortunatus. 68
Verrius Flaccus. 42
Vibius Sequester. 129.206
Virgilius. 6.12.19.20.22.26. 35.41.45.60.63.64.65.67. 68.75.80.86.87.95.101.112. 113.115.117.127.131.142. 143.149.157.174.192.204. 208
Vitruvius. 4.83.143
Vopiscus. 52.61.187
Witechindus. 9

X.

XEnophanes. 80
Xenophon. 4.70.74.177. 178
Xiphilinus. 32

Z.

ZEno Veronensis. 21.58.67. 156
Zonaras. 195
Zoroastris Magica. 70.155

INDEX
AUCTORUM RECENTIORUM,
Qui vel laudantur, vel notantur.

A.

Adamus Bremenſis. 194
Alciatus. 68
Alexand. ab Alexandro. 40
Alexander Guaginus. 169
And. Schottus. 42.129
Auguſtinus Niphus. 40

B.

Barthius. 7. Notatus. 5.7
Bellonius. 166
Bernh. Breidenbachius. 15
Beroaldus. 56
Briſſonius. 80
Brodæus. 163
Bochartus. 34.76.77.106.120. 134
Bourdelotius. 13
Boxhornius. 170.200.205
Bulengerus. 155
Buxtorfius. 15.154

C.

Calcagninus. 97
Canterus. 98
Caſaubonus. 59.61.98.100
Notatus. 47

D.

De Dieu. 154
Delrio. 155
Dempſterus notatus. 197
Druſius. 14.202

E.

Elmenhorſtius. 78. 141. 188.212
Eraſmus Stella. 169
Ericus Olaus. 194

F.

Faber. 119
Forcatulus. 98
Franciſcus Floridus notatus. 35
Franciſcus Iunius. 179
Fullerus. 54
Fulvius Urſinus. 124.144.211. 212

G.

Genebrardus. 107
Goltzius. 186
Gronovius. 51.160
Gruterus. 20
Gyraldus. 97

H.

Hadrian. Junius. 166
Henricus Stephanus. 153. 175.

Heraldus. 25.90.141 205.211.
Hospianus. 43

I.

IOannes Baptista Pius notatus. 66
Ioannes Hugo Linshotanus 184

L.

LAmbinus. 80
Lindenbrogius Henr. 47
Lipsius. 105.136.198.201

M.

MAffæus. 184
Magius. 66
Maussacus refutatus. 126
Merula. 189
Meursius. 16.63.94.125

O.

ONuphrius Panuinus 135. 186

P.

PArrhasius. 183
Peucerus. 40.155
Politianus. 86
Pricæus. 198

R.

RAguseius. 40
Rhodiginus. 97
Rigaltius. 18.22.53.59.125.137. 141.144.156.160.161.200.

S.

SAbæus. 211
Salmasius. 9.207
Scaliger pater. 105.169.170. 184
Scaliger filius 4.33.76.112.122. 166.179.207
Scioppius. 24
Seldenus. 32.33.162.180.181. 191.207
Sigismundus L. Baro. 169

T.

THomasius. 106

V.

VAlla. 98. Notatus. 174
Victorius. 66
Vincentius Bellovacensis. 14
Viri eruditi notati. 44.188
Vossius. 24.33.35.36.51.60. 111.132.159.175.176.
Vossius Dionys. 190
Wolfius. 67
Wouwerius. 119

X.

XYlander. 175

Y.

YVo Villiomarus. 122

INDEX

INDEX

RERUM ET VERBORUM,

Quæ in Jac. Ouzelii Animadversionibus explicantur.

A.

Abortum feciſſe, in veteri Eccleſia pro homicidio habebatur. 189

Acca Larentia Romuli nutrix. 145

Accipitres ab Ægyptiis culti. 162. 164. *ejus cauſſa.* 164

Acervi lapidum uncti. 13

Admiratio ſumma ſilentium parit. 211

Ædiculæ quid. 198

Ægyptiorum ſuperſtitio in brutis animantibus colendis. 149. 161. & ſequentib.

Ægyptii animarum tranſmigrationem credebant. 201

Æſculapius ab Epidauriis cultus. 31. *ejus templum extra urbem.* ibid.

Æſculapius barbatus. 103. *aurea ejus barba à Dionyſio tyranno ablata.* ibid.

Æſculapius fulminatus. 128

Ætna. 205. 206

Agrippina Claudii ſacerdos. 186

Alexander Magnus cur Arabibus Bicornis dictus. 122

Allienſis pugna quando facta. 42

Amicitia vera in idem velle & nolle conſiſtit. 4

Amprociatis Læna culta. 183. *quâ de cauſſâ.* ibid.

Anaxagoras motum infinitæ mentis Deum eſſe dicebat. 83

Anaximenes Aërem pro principio ſtatuebat. 83

Anguillam Ægyptii colebant. 176

Ancilis forma. 139

Animantibus omnibus adeſt tutela ſui. 73. 74

Animantium cultus non tam proprius, quàm ſymbolicus erat. 184.

Animus ex vultu agnoſcitur. 21

Antinous Hadriani delicia inter numina relatus. 137

Anubis idem ac Cynocephalus. 88. *cur canino capite fingeretur.* ibid. *numen cœleſte ſimul & terreſtre.* ibid.

Aor. 22

Apis Bos à Memphitis cultus. 161. 162. *Lunæ dicatus.* 162

Apollo quare juvenili habitu fingatur. 99. *ex ephebis egreſſi comam ei tondebant, & ejus ratio.* ibid.

Apollinis fabula quòd Admeti pecus paverit unde hauſta. 131

Apolloniates Diogenes Aërem principium eſſe volebat. 83

Aquila à Thebanis culta. 163. 167

Arabum mos lapides jaciendi in Deorum honorem. 14. 15

Arbiter. 23. *à Iudice quî differt.* ibid.

Arbores terminales. 13
Arceſilas & Carneades de omnibus dubitabant. 66.67
Aſini cultus Chriſtianis objectus. 54 *etiam Iudæis.* ibid. *unde fortaſſis nata illa objectio.* ibid.
אסותא *quid.* 153
Aſpides ab Ægyptiis cultæ. 169
Aſſiduitas, pro conſeſſu. 7
Aſtarte Sydoniorum numen. 33. *quid ſignificet.* 34. *eadem quæ Luna.* ibid. 35. Baaltis dicta. 35.36. *Domina cæli.* 36. *Ejus ſacra.* ibid.
Atergatis Dea unde dicta. 177. *ſemipiſcis ac ſemimulier erat.* ibid. & 178. *Varia ejus nomina.* 177. *Alia eſt ac Dea Syria.* 178. *Syros qui piſces commederent inflabat, morbiſq; affligebat.* 179. *Vt eam Syri placabant* ibid.
Attis an Cybeles juſſu, an verò ſe ipſe caſtrarit. 97
Avarus ſemper eget. 207
Aves Ægyptiis cultæ. 175.176
Augures ex Etruriâ accerſiti. 40. *Natu maximi præferebantur.* ibid.
Auguria à barbaris etiam in honore habita. 39. *Quis eorum inventor.* ibid.
Auguſtus Iovis habitus conſecratus. 187
Aurigæ flagello ori admoto populum venerabantur. 10

B.

Baal, Bal, Belus, Bel. idem numen. 33
בר *quid.* 11
Barbæ primitias veteres Diis conſecrabant. 103.104
Baſia jactare. 9
Bellonæ Sacerdotes non tantummodo hauſtu ſanguinis humani initiabantur, ſed & in omnibus ſuis ſacris ſe cruentabant. 196.197
Belus, ſive Bel Numen apud Orientales. 32. *idem qui Sol.* ibid. *Dictus Saturnus, Mars, Iupiter.* ibid.
Bonæ Deæ ſacra viris adire nefas erat. 140. *imò & maſculæ picturæ in templo ejus velabantur.* 141
Bos Indis cultus. 184
Boves duo, alter Apis, alter Mnevis nomine, ab Ægyptiis pro numinibus habiti. 161.162
Buſiris an unquam fuerit. 192. *quis fortè, & quando fuerit.* 192.193

C.

Cæſares Romani conſecrati. 135 *Item alii è domo Auguſteâ.* 136. 137. *Etiam feminæ* ibid.
Caligo diſcuſſa. 6
Cani fluctus. 17.18
Canis ab Ægyptiis cultus. 162.163. 164
Capillos veteres Diis vovebant. 99. *in eorumque honorem reſecabant.* 100.101
Capræ & Hirci à Mendeſiis culti. 163.167. *Capras etiam Coptitæ colebant.* 168
Caſſa vota. 60

Cassius Hemina Historicus Italorum res descripsit. 132
Castor & Pollux Διόσκυροι. 126. item Anaces dicti, & unde fortassis illud nomen. ibid. & 127. de Ἀνακείῳ à viro docto dissensum. 126
Castoris & Pollucis alternatio. 127. Vnde figmentum illud. 128
Cepæ Ægyptiis pro numinibus. 185
Cercopitheci ab Ægyptiis culti. 166. 167
Ceres ab Eleusiniis culta. 30. unde dicta. 31
Chimæræ descriptio. 84. Echidnæ & Typhonis filia. ibid.
Chirurgi succincti. 114. 115
Christiani rudes à gentibus nuncupati. 24. 25. Desperati à gentibus vocati. 52. Asinarii dicti. 54. Primùm tantum habebant conventicula ubi conveniebant. 57. posteà etiam suas basilicas. 58. Templi appellationem spernebant. ibid. Gentilium Deos conspuebant. 52. 53. A Gentibus ob carnis resurrectiræ spem irrisi. 59. Sepulcra primùm non coronabant. 63. posteà tamen ab ipsis illud factum. ibid. Coronas respuebant, ob earum usum in gentilium sacris. 210. Mortuos non coronabant. 211
Ciconias Thessali colebant. 182
Cloacina dea. 145
Cluna simiarum genus. 166
Columbas Syri venerabantur. 178. ab earum esu abstinebant. ibid.
Comam veteres Diis nutriebant. 99. iisq; resecabant. 100. 101. item fluviis. 102
Comam juvenes pariter & virgines antequam connubium inirent detondebant. 103
Commanipulares, & Commanipulones. 4
Commanipulatio. 4
Consecratis templa erigebantur. 185. sacerdotes quoque instituti. 186. inter quos etiam feminæ. 186
Consecratorum imagines inter Deos Penates collocatæ. 187. jurabatur per nomina consecratorum. ibid.
Consputatio summæ contumeliæ signum. 52
Consus est Neptunus Equestris. 144. unde dictus. ibid. ejus ara subterranea. ibid.
Consualia quando celebrata. 144
Contubernales qui. 3
Contubernium quid. 3
Conventicula Christianorum. 57
Coracina sacra. 175
Coronæ Donaticæ. 16
Coronis hostiæ ornatæ. 207. 208
Corvi fortè ab Ægyptiis culti. 175
Corybantes unde dicti. 96. in eorum sacris fratricidium celebratum. ibid.
Cretensibus fortè sus culta. 183
Crocodili ab Arsinoïtis culti. 170. 171. à Tentyritis verò odio habiti. 171. 172. quâ de caussâ bestiæ hæ cultæ. 172

Crux nulla, nisi composita. 189
Cybele à Phrygibus culta. 31. Varia ejus nomina. ibid.
Cybele iisdem ferè solemnibus à Romanis culta, quibus ab Ægyptiis Isis. 90. in utriusque sacris cymbala, & tympana. ibid. item panis abstinentia. ibid. etiam planctus & ejulatus, pectorisq; percussio. ibid. Vti & stipis mendicatio. 91
Cybebes & Attinis historia variè tradita veteribus. 97
Cybeles sacerdotes stipem mendicabant. 139.140
Cymbala & sistra in Isidis sacris. 88

D.

Daduchus in Eleusiniis. 94
Dagon Palæstinorum numen. 179. unde dictus. 180. idem numen ac Atergatis. 179.180
Decanus in militiâ quis. 3
Delubra quid. 40.41
Deo plenus. 50
Derceto eadem ac Atergatis. 177. 178
Deum esse ex cæli suspectione etiam paret. 70
Deus videri nequit. 78. Infinitus est. 79
Deum unum etiam Poëtarum multi statuunt. 80.81
Deus nullo clauditur templo. 198. ubiq; præsens. 199
Diagoras Melius. 51. scripsit sermones Phrygios. 51
Diana à venandi studio Dictynna dicta. 112. Æginetis vocatur Aphæa. ibid. Cretensibus Britomactis. ibid. Luci ei consecrati. 113
Diana Taurica sanguine placabatur humano. 192
Dies Nefasti. 42
Dies Religiosi. 42
Differre res. 8
Dii coronati. 15
Dii lignei, ærei, argentei. 137.138
Dii per quietem visi. 51
Dii Viales & Terminales. 11.12
Dimidiata verba. 6
Discincti quinam dicti. 116
Donatica coronæ. 16
Dorsum Maris. 20
Drusilla Veneris habitu consecrata. 136

E.

Echinum terrestrem magi colebant. 184
Eleusinia unde dicta. 91. à quo primùm instituta. ibid. apud puteum Callichorum primò celebrata. ibid. Eorum ritus. 92. Alia parva, alia magna, & ubi ac quando utraque celebrata. ibid. Minora quâ de causa instituta. ibid. In Majoribus Initiatio, in Minoribus Lustratio erat. 93. Initiatio noctu fiebat. ibid. In his sacris præcipuas obtinebant partes Hierophanta, Daduchus, Præco, & ὁ ἐπὶ βωμῷ. 94. Præerat his sacris ὁ βασιλεύς. ibid.

Omnia occulta in iis erant, neque quicquam vulgare licitum. ibid.
Ephesiæ litteræ in dæmonum adjurationibus à Gentibus usurpatæ. 159. ubi inventæ. ibid.
Epidaurii Æsculapium colebant. 31
Epona stabulorum dea. 160.161
Epoptæ in Eleusiniis qui. 93
Ἐπορχισμὸς qualis ludus. 20
Equi spumantes. 41. fumantes ibid.
Equi quidam fluviales à Pampremitanis sacri habiti. 173
Ἥραια sacra Iunonis Argivæ 148. sacerdotes ibi feminæ erant. ibid. per has tempora computata. ibid.
Erigone inter astra 125. In ejus, vel alterius honorem festum Αἰώρα institutum. ibid.
Ἔρμαῖοι λόφοι. 13.110
Ἔρμακες. 13
Ἑρμοκοπίδαι qui. 109
Etruria Auguribus & Aruspicibus maximè abundabat. 39
Eubemerus. 85. 86. ejus patria. 85
Euphrates unde dictus. 76. ejus quinque alvei. 76.77
Exorcistæ Christianorum. 159. etiam quidam inter gentes. ibid.
Exta credebantur animari, ac commoveri à Diis. 156
Exultare gaudio. 7

F.

FAbula pro re gesta. 19
Fabulis viam fallere. 19
Factio propriè de seditiosis, grassatoribus, idq; genus aliis dicitur. 52
Faustinianæ puellæ. 187
Febris culta. 145
Feles ab Ægyptiis culti. 162.163. ejus caussa. 163.164
Flora an sua bona Romanis legârit. 146. an unquam hujus nominis meretrix quædam fuerit. ibid.
Flora Dea à Sabinis Romam delata. 146
Floralia quando & quare instituta. 146. 147. quando quotannis celebrari cœpere. 147
Fluviis capillos Veteres sacrabant. 102
Fœdus sanguinis humani hausti varia olim nationes inibant. 195. 196
Formula deos evocandi ex urbe captâ. 38
Fratres & sorores aliquando nomina lasciva. 53
Fratres etiam dicuntur, qui moribus conveniunt. 11
Fulgur inter & fulmen quod discrimen. 26. non semper observatur. 27
Fumantes equi. 41

G.

גלגול נשמות 202
Galli Cybeles sacerdotes unde dicti. 97.98.

97. 98. à quo primum instituti. 98. ad tibiæ cantum se exsecabant, & quare. ibid.
Galli humanis victimis Diis suis litabant. 193.194.195
Galli animarum transmigrationem credebant. 201.202
Gallus albus Pythagoricis cultus. 183
Gatta, Gattus. 164
Genio etiam victimã natali die mactatam contra Virum eruditum observatum. 47
Gentiles per irrisum à Christianis docti appellati. 25
Γνωρίσματα. 197
Gnostici Deum figurâ Asini, aut Porci exprimebant. 54
Græcus & Græca, Gallus & Galla à Romanis defossi. 195
Γρύμοι quid. 13
Gryphes fortè ab Ægyptiis culti. 175

H.

HEcate cur Trivia dicta. 116. 117. Vlulatus in triviis in honorem ejus. 117. trinis capitibus fingitur, & quare. 117. 118.
Hecate nomen Lunæ, Dianæ ac Proserpinæ sub se comprehendit. 119
Herculis Mars. 128.129
Hermæ. 13. Lapides iis adjecti. 14. 109
Hermæ quomodo effigiati. 108. 109
Hesum Galli sanguine placabant humano. 194
Hierophanta in Eleusiniis. 94
Hirci à Mendesiis culti. 167. item ab Ægyptiorum aliis. 167
Histriones populum manu ori admotâ adorabant. 10
Homo vultu erecto conditus. 69.70
Honesta publico gaudent. 55
Hostiæ Dîs gratæ quæ. 191.192
Hostiæ coronatæ, vittatæ. 207.208. 209
Humatio defunctorum antiquissima est. 203

I.

IActare basia. 9
Ianus cur bifrons. 111. Idem ac Noë. ibid. Alii volunt tamen esse Iavan. ibid. Idem qui Sol. 111. Fingebatur etiam quadriceps, & ratio hujus. 112
Ibis ovis ab Ægyptiis culta. 162.165. ejus caussa. 165
Ichneumones ab Heracleõtis culti. 173. ab Arsinoïtis verò neglecti. ibid. & quare. ibid.
Idololatriæ origo. 84
Impræsentiarum. 24
Incertum sortis. 56
Infantes olim exponi solebant. 197. 198. monumenta, sive crepundia iis addita. ibid.
Iræ sedes nares. 21
Isis Pharia unde dicta. 86. ejus etymon. ibid. Eadem ac Ceres, ibid. Sub ejus nomine Luna & Tellus cultæ. 87
Isidis sacerdotes radere caput solebant.

bant. 88. lineas veſtes gerebant, & quare. 89
Iter facturi ſuccincti. 114.115
Iubæ nomen forte commune regum Maurorum. 134. unde. ibid.
Iudæis aſini cultus à Gentibus objiciebatur. 54
Iudæorum quidam animarum tranſmigrationem ſtatuunt. 202
Iudex ab Arbitro quî differt. 23
Iudiciariæ res quando ceſſabant. 7
Iuno Argiva quare dicta. 148. in ejus honorem ſacra, Ἡραῖα dicta, celebrata. ibid.
Iuno Pœna. 149
Iupiter Ammon ſive Hammon idem ac Cham Noë filius. 119. Ammonis nomen etiam in Veteri Inſtrumento reperitur. 119.120. Ab Arabibus etiam cultus. 121. Φυσικῶς idem ac Sol eſt. 122. Vnde dictus. ibid. Cur corniger. ibid. Oracula ejus intorta. 123. Quomodo conſuli ſolebat. ibid. Mirum quid de ejus fonte. ibid.
Iupiter idem qui Sol. 32
Iupiter unde Dictæus dictus. 86
Iupiter à quibus nutritus ac educatus. 95
Iupiter imberbis. 124. Axur. ibid. barbatus. ibid. Capitolinus. 124. Optimus Maximus. ibid. Latiaris humano placabatur ſanguine. 125

K.

Κάλλα. 164
Κεῖπος, ſive κῆπος, ſive κῆβος, quale ſimiarum genus. 166

L.

Laômedon quare Neptunum dicatur mercede conductâ fraudâſſe. 132
Lapides terminales. 13
Lapis unctus. 11.12
Lares coronâ inſitæ magnitudinis ornati. 16
Lateri inhærere. 11
Latus piſcis in Nilo ab Ægyptiis cultus. 162.166
Leæna Amprociotis culta. 183. quare. ibid.
Legere pro tranſire. 19
Leo à Leopolitanis cultus. 163. 167
Lepidotus piſcis ab Ægyptiis cultus. 162.165
Livia Auguſti uxor Iunonis habitu conſecrata. 136
Liviæ Auguſti Sacerdos. 186
Loquela balbutiens. 7
Lucacia. 42
Luci Dianæ conſecrati. 113
Ludere de Magis. 154
Luperci nudi diſcurrebant. 138. Aliquando etiam pelle caprinâ amicti. ibid. Triæ eorum collegia. ibid. Mulieres ſteriles verberibus fœcundas reddere credebantur. 138
Lupus à Lycopolitanis cultus. 162. 166
Luſtra infantium à parentibus celebrata. 50
Lutra Ægyptiis cultæ. 174

M.

Magi ludere dicuntur, cum præstigias faciant. 154

Magi vox, Persis olim in honore, sacerdotem vel Philosophum designabat. 154. *unde.* ibid.

Magi terrestrem echinum venerabantur. 184. *contrà murem aquatilem odio habebant.* ibid.

Μαιώτης, *piscis quidam, ab Elephantina incolis colebatur.* 177

Mammæana puella. 187

Manibus in cælum sublatis veteres orabant. 79

Manubiæ quid. 141. *Templa ex iis erecta.* ibid.

Manus in adoratione ori admota. 9. *hic ritus quàm antiquus.* 10

Mare littoris lege stringitur. 72

Mars idem qui Sol. 32

Mars Thracius. 147. *ei & Bellonæ captivos Thraces immolabant.* 148

Mauri reges suos colebant. 134

Medicamenta abortiva. 189

Medius locus honestior. 22

in Memorias ire. 68

Mens una, &c. 5. 6

Mercurius à Gallis cultus. 36. *illis Teutates dictus.* ibid. *idem ac Sol.* ibid.

Mercurio Galli humanas victimas mactabant. 193

Mercurii etymon. 108. *Deorum nuncius.* ibid. *Sermonis ac eloquentiæ præses.* ibid. *Quomodo veteres animi ac sermonis vim in Mercurii statuis repræsentabant.* ibid.

Idem ac Chanaan. ibid.

Μεταμψύχωσιν *quinam crediderit.* 201. 202. 203

Milites Succincti. 114. 115

Minervæ quinque. 107. *Minervæ etymon.* ibid. *Minerva Saïtica eadem quibusdam ac Noëma Lamechi filia.* ibid.

Mnevis Bos ab Heliopolitanus cultus. 161. 162. *Soli consecratus.* 162

Molliter, quî ab auctoribus usurpatum. 18

Moloch idem qui Saturnus. 190. *in ejus honorem non solum liberi per ignem traducti, sed & combusti.* 190. 191

Morbi varii ex infectione aëris oriuntur. 27

Mors nihil interest quomodo fiat. 59

Mortui uncti. 61. *Mos iste quam vetus.* ibid. *Judæis quoque ac Christianis usurpatus* 62. *Mortui etiam lavati.* 63

Mos veterum cathedram colloquentibus ponendi. 7

Mos veterum capillos Diis vovendi ac resecandi. 99. 100. 101

Mos veterum fœdus sanguinis humani gustu ineundi. 195. 196

Mos veterum infantes exponendi. 197

Mos veterum orandi manibus in cælum sublatis. 79. 80

Mos defunctos humandi antiquissimus. 203

Mulieres per Liviæ nomen jurare jusserat Claudius. 188. *Item per Drusillæ nomen Caius.* ibid.

Mundum igni consumendum, Stoicis opinio erat. 201

Mures aquatiles magi odio habebant. 184
Mures Troadis accolis in honore fuere. 182. *ejus causſa.* ibid.
Muſtelæ Thebanis cultæ. 182. *& quare.* ibid.
Μυγάλη *ab Athribitis culta.* 163. 168. *ejus causſa.* 168
Myſtæ in Eleuſiniis qui. 93

N.

Nares iræ ſedes. 21
נשק *pro adorare.* 11
Natalis dies etiam Diis tributus. 43. *Natales urbium.* 43 *Principum.* ibid. *Virorum illuſtrium.* 44. *Privatorum.* 45. *Quotannis celebrati.* ibid. *Dona eo die mittebantur.* ibid. *Sacrificia facta.* 46. *Viri Genio, feminæ Iunoni verò ſacra faciebant.* 46. 47. *Nitido cultu incedebant.* 47. *Victima quoque Genio mactabatur.* 47. 48. *Convivia celebrabat cujus natalis erat.* 48. *Sapè etiam publicum dabatur convivium.* 48. 49. *Veſcebantur pulte ſitillâ & libis.* 49. 50. *Vota ab amicis perſoluta, ut dies ille ſæpiſſime rediret.* 50
Naves fuſtibus ſuſpenſæ. 20
Nefaſti dies. 42. *Dicti etiam Religioſi.* 43
Negotii gratiâ. 6
Neptunus, unde ſic dictus. 105. 106. *unde* Ποσειδὼν *dicatur.* 105. 106. *Idem ac Iaphet filius Noë.* 106
Nidor altarium. 156
Nilus unde dictus. 74. 75. *Ebræi dicitur* שיחור. 75. *Olim* Μέλας, *item* Melo *nuncupatus.* ibid. *Etiam* Siris *Æthiopibus.* 76
No-Amon urbs in Veteri inſtrumento eadem ac Dioſpolis. 120. 121
Nutare. 67

O.

Oannes Babyloniorum numen ſemipiſcis. 180. *idem fortè ac Dagon.* ibid.
Oſcula jacere. 9
Oſculum labratum. 10
Oves Samii colebant. 182. *Ejus causſa.* 183
Oxyrynchus piſcis ab Ægyptiis cultus. 162. 165. 166.

P.

Palangæ quid. 20
Pan pedibus hircinis. 110. *Penelopes dicitur filius.* ibid. *Vniverſa natura per eum deſignata.* ibid. 111
Paria componere Gladiatores dicuntur, cùm in arenam deſcendunt. 130
Paſſim omnes loquuntur. 56
Pavori & Pallori fana dicata. 145
Penelope meretrix. 116
Phœnicem in tabellâ depictam Ægyptii colebant. 176
Φάγρος, *piſcis à Syënitis cultus.* 177
Φάλαγγες. 20
Phariſæi animarum tranſmigrationem ſtatuebant. 202

Pilumnus & Picumnus fratres. 144. *præerant connubiis.* 145. *Pilumnus unde dictus.* ibid.
Pisces Ægyptiis culti. 176. *item Syris.* 177. *Lydis etiam & Troglodytis.* 181
Pisces Zodiaci Syri colebant. 180. *item piscem inter sidera Νότον dictum.* 181
Piscium esu Syri abstinebant. 178
Pitherusiis simiæ cultæ. 183
Plenus Deo. 50
Plutonis templum apud Eleos nemo nisi sacrificulus semel in anno introibat. 140
Poëtæ veritatem obfuscant fabulis. 129
Popæ Succincti. 114.115
Post cineres & favillas. 59
Præco in Eleusiniis. 94
Proferre res. 8
Providentiam divinam gentiles tollere conabantur, eò quòd boni deprimebantur, mali contrà florebant. 28.29
Protagoras. 51. *Ejus libri ab Atheniensibus deussi.* ibid.
Puellæ Faustinianæ. 187. *Mammæanæ.* ibid.
Pulvini quid. 20
Pythagorici gallum album colebant. 183
Pythia quomodo vaticinia dabat. 151
Pythium oraculum à caprâ inventum. 151. *quomodo consuli solebat.* ibid. *Non modo Pythia, sed & Prophetæ ibi erant.* 152

Q.

Quod sciam. formula loquendi. 60

R.

Regna socium non ferunt. 78
Religiosi Dies. 42
Res judiciariæ quando cessabant. 7
Res redisse quando dicebantur. 8
Romani Deos universos colebant. 37
Romani urbe captâ Deos nominatim evocabant. 38
רפואה quid. 153

S.

Sacerdotes Magnæ Matris stipem mendicabant. 139.140
Sacerdotes M. Matr. brachia sibi & lacertos cruentabant. 141. *Samiâ testâ castrabantur.* ibid.
Salii, Collini, Palatini, Quirinales, Paverii, Pallorii. 139. *Pilei eorum Apices dicti.* ibid. *Ancilia circumferebant.* ibid.
Samii oves colebant. 182. *Ejus causa.* 183
Sarpedo. 130
Saturnus idem ac Sol. 32
Saturnus unde dictus. 133. *In Saturno reliquiæ quædam Adami primi parentis.* ibid. *Item Noachi.* 134
Saturno à Pœnis homines immolati. 189.190. *idem ac Molochi.* 190
Scelera quandoque virtutibus præferun-

feruntur. 27.28
Scelera occulto gaudent. 55.57
Scorpiones quid. 13
Scyllæ descriptio. 84
Sectæ. 26
Semina pro atomis. ibid.
Semiramis columbæ forma à Syris culta. 178
Sensus in arce quasi læti. 74
Sepulcra coronis ornata 64.65.*&c.*
Serapis idem qui Apis. 157. *Symbolum Ioſephi, filii Patriarchæ Iacobi, fuit.* 158. *Vnde dictus.* 158.159
Serpentes ab Ægyptiis culti. 168. *item ab antiquis Boruſſis, Samogitis, Lithuanis.* 168.169. *uti & à Calecutenſibus.* 169
Simias Pithecuſii colebant. 183
Simiæ Indis cultæ. 184
Simiarum triæ genera. 166
Sine Cerere & Baccho friget Venus. 87
Siſtrum in Iſidis ſacris. 87
Socratis genius quidnam. 152.154
Solatium mortuorum in imaginibus eorum quæſitum. 85
Soliſtimum tripudium quale auſpicium. 150. *ejus ritus.* ibid.
סור הגלגול 202
Spargit lapidem in Merkolis. *unde illud proverbium.* 14
Spumantes equi. 41
Sternutatio inter omina veteribus erat. 152. *Matutina infauſta, Meridiana fauſta* ibid. *Sternutantibus bona verba dicta.* ibid. *idem etiam Ebræis mos obſervatus.* ibid.
Stoicorum de conflagratione mundi opinio. 201
Stupra in Iſidis templo commiſſa 149. *uti & in aliis.* 150
Stygia Etymon. 204. *per eam Dii jurabant, & quàm ſanctum tale juramentum.* 204.205
Succincti, Præcincti, Alticincti, dicebantur gnavi & induſtrii. 116
Sues Ægyptii maxime odio habebant. 174
Sus Cretenſibus, ſi fortè, culta. 183
Syri piſces colebant. 177. *item columbas.* 178. *Vti & piſces Zodiaci.* 180. *Item piſcem inter ſidera Νῶτον dictum.* 181

T.

Taberna quæ. 4. *Varia vocis ſignificatio.* ibid.
Tages Augurii inventor. 39. *Vnde opinio ea nata.* ibid.
Taranis Gallis ſanguine placabatur humano. 194. *Idem ac Iupiter Tonans.* ibid.
Templa Gentibus propria, Chriſtianis verò Eccleſia. 58
Templa quænam ſemel tantum in anno viſere fas erat. 140. *Quænam nunquam.* ibid.
Tendere pro extendere. 17
Termini quomodo defigebantur. 12
Terræ filii. 134
Teutates Gallorum numen. 36. *A Romanis Mercurius redditus.* ibid. *an benè.* ibid.
Teutates à Gallis ſanguine humano placatus. 194
Thales rerum initium aquam eſſe ſtatuebat. 82. *Vnde fortè opinionem*

nionem hanc hauserit. 83
Thallus Syriacam composuit historiam. 133
Thebani mustelas venerabantur. 182. Ejus causa. ibid.
Thebanis capital erat partum exposuisse. 197
Theodorus Cyrenæus. 51
Thessali ciconias colebant. 182
Thor Sueonibus vocabatur Iupiter. 194. In trivio constitutus. 67. 68.
Troadis accolæ Muces colebant. 182. Ejus causa. ibid.
Tropæa quid. 141. 142. Interdum turres, aræ, columnæ pro tropæis fuêre. 142. Item arbores truncatæ. ibid. & 143. Diis sacra. ibid.
Tumor indignationis. 67. Eloquentiæ. ibid.

V.

Vacca Ægyptiis culta. 174. Et quare. ibid.
Vates Deo pleni. 50. 51
Venatorum habitus. 113. Erant succincti ut celeriùs currere possent. 114
Veritate vincendum. 68 69
Vestigium pro pede. 89
Vesuvius. 206
Victimæ coronatæ, vittatæ, & earum cornua inaurata. 207. 208. 209
Vices recursantes. 71
Vino libido stimulatur. 56
Vituli Aurei cultum unde Israëlitæ hauserint. 162
Vitulus pro bove, vitula pro juvenca. 174
Voluptates spectaculorum. 61
Vrsæ Ægyptiis sacræ. 173
Vulpanseres Ægyptiis sacri. 176
Vultures fortè ab Ægyptiis culti. 175. 176
Vultu animus proditur. 21

Z.

Zodiaci pisces Syri colebant. 180

INDICIS FINIS.

ERRA-

ERRATA OPERARUM,

Quæ has Animadversiones obiter percurrenti sese obtulere.

Prior Numerus, qui est Romanus, Paginam, alter, qui Barbaricus, Versum designat.

IV.28. *leg.* Aristo D. si servit. vindic. *ibid. l.* Flacco. IX. 5. *l.* Claudianus. XV. 8. *à fine l.* מרקולים. XX. 5. à fine l. *superficiem.* XXXI. 23. *leg.* ejusq; sacris. XXXVI. 12. *l.* & Astarti. *ibid.* 32. *pro* qui *leg.* quia. XLII. 20. *leg.* Farnesiano. XLIII. 3. *à fine leg.* Sic l. VII Cod. LI. 20. *l.* cap. VII. LV. 16. *pro* sit *leg.* est. LXI. 4. *leg.* cessant à vobis. LXVIII. 9. *leg.* Avitus. LXX. 12 *post* Junilium *adde*, sive potiùs Bedam. LXII. 9. leg. *Pomifer.* LXXI. 13. *pro* Ubi *leg.* Uti. LXXVIII. 27. *leg.* Osiride. LXXIX. 22. *post* Plutarchus *adde*, in De Iside & Osiride. LXXXI. 8. *in margine omissa est nota* Pag. 23. XC. II. *leg.* Ægyptii. CXI. 4. *leg.* idest, *Vinum.* CXVIII. 17. *leg.* πυέρινον ἱεισδμφῆν. *ibid.* 23. *pro* χυσοτάνδαλον *leg.* χυσοτάφαλον. CXXII. 6. *à fine leg.* والقرنبيز CXXV. 6. *leg.* Placabatur. *ibid.* 21. leg. *ignita sit.* CXLI. 2. *à fine leg.* prosequitur. CLIII. 19. *leg.* de Deformib. CLIV. 11. *à fine leg.* מהגה CLIX. 4. *leg.* Firmicus. CLXV. 4. *leg.* qui incolæ sunt. *ibid.* 24. *post* cultus *adde* Cicero. *ibid.* 26. *leg.* Osiride. CLXXVII. 25. *pro* Charo. *leg.* Chalo. CLXXVIII. 9. leg. *Bambyce.* CXCI. 9. pro *immensus*, leg. *emensus.* CCII. 9. *à fine, pro* moderni, *scrib.* juniores. Cetera si quæ occurrent, ut & quæ in malâ interpunctione commissa sunt, facilè per se eruditus Lector corriget. Quem etiam obiter monitum velimus, ut, si in aliorum Notis ac Observationibus sphalmata quædam, operarum incuriâ, offendet, ea boni consulat, & emendet. otium enim non fuit, ut eas percurreremus. Vale.

JULII FIRMICI

MATERNI V. C.

DE ERRORE PROFANARUM RELIGIONUM.

AD

CONSTANTIUM ET CONSTANTEM AUGG.

JOAN. à WOVVER *recensuit.*

JULII FIRMICI MATERNI. V.C.

DE ERRORE PROFANARUM RELIGIONUM.

QUod in fabricatione hominis artifex fecit, ut antea diximus, annuis perditorum commonitionibus ac communicationibus ſpecialiter retexenda ſunt, in teſtificationem veritatis manifeſtis rationibus exemplorumque teſtimoniis divinationem probabimus per diabolum eſſe inventam & perfectam, ut per hoc ſpiritus maculata cogitatione, ſpe fluxæ felicitatis, perverſa diſcretione perverteret miſeros homines perpetuis calamitatibus implicitos. * * * * *. Quatuor Elementa eſſe principia creaturarum nemo eſt qui dubitet [id eſt, ignem, aquam, aërem & terram,] Sed hæc Elementa diverſa ſunt, vel in poteſtate contraria. In errore ſunt itaque gentes, quæ cum elementis tribuant principatum, adhuc deputant ignem, quaſi ſummum Deum, quaſi cætera ex ipſo habeant ſubſtantiam calore: neſcientes, quòd omnia Elementa ex ipſa ſint ſua contrarietate conjuncta, & quòd & ipſa habeant fabricatorem Deum, qui ſingula ſuis locis ordinibuſque conſtituens creavit, quòd aut mente, aut cogitatione colligimus, aut certè quòd oculis cernimus divina verbi ſui ſocietate compoſitum, æquata corporum moderatione in hoc toto. Ægypti incolæ aquarum beneficia percipientes, aquam colunt, aquis ſupplicant, aquas ſuperſtitioſa votorum continuatione venerantur. Sed in ſacris ſuis (quæ myſteria vocant) addunt tragica funera & funeſta calamitatis metuendæ certamina. Inceſtum cum ſorore adulteriumque ajunt commiſſum, & hoc facinus ſeveris mariti adnimadverſionibus vindicatum. Iſis ſoror eſt, Oſiris frater, Typhon marius; is cum comperiſſet Iſidem uxorem inceſtis fratris cupiditatibus eſſe corruptam, occidit Oſirim, artuatimque laceravit, & per omnes Nili fluminis ripas miſeri corporis palpitantia membra projecit. Iſis repudiato Typhone, ut & fratrem ſepeliret & con-

jugem, adhibuit sibi Nephthen sororem sociam, & Anubin venatorem. Cui ideo caninum caput impositum est, quia lacerati corporis partes artificio canis vestigantis invenit. Sic inventum Osirim Isis tradidit sepulturæ. Fuerant sani hi apud Ægyptum reges pariter ac tyranni, sed Osiris justus, præter illud, quod cum sorore commisit. Typhon furiosus impotens ac superbus. Ideo ille colitur, iste vitatur. Hæc est Isiaci sacri summa. In adytis habent idolum Osiridis sepultum: hoc annuis luctibus plangunt, radunt capita, ut miserandum casum regis sui turpitudine dehonestati defleant capitis, tundunt pectus, lacerant lacertos, veterum vulnerum resecant cicatrices, ut annuis luctibus in animis eorum funestæ ac miserandæ necis exitium renascatur. Et cum hæc certis diebus fecerint, tunc fingunt se lacerati corporis reliquias reperire, & cum invenerint, quasi sopitis luctibus, gaudent. O misera & caduca mortalitas, ut regibus tuis per annos singulos funestas mittas inferias, neglecto Deo summo, qui omnia divini artificii moderatione composuit, & spem tuam perdis & vitam. Nec ostensi tibi luminis splendore corrigeris, nec recuperatæ libertatis quæris insignia, nec spem redditæ tibi salutis agnoscis, nec ex pœnitentia præteritorum criminum indulgentiam postulas. Frustra tibi hanc aquam, quam colis, putas aliquando prodesse. Alia est aqua, qua renovati homines renascuntur. Hanc aquam, quam colis per annos singulos, vis alia decoctis venarum meatibus siccat, aut certè funestus regis tui sanguis commaculat. Illa, quam despicis, ignita venerandi spiritus majestate decoratur: ut ex ipsa per veteres conscientiæ cicatrices credentibus hominibus salutaris sanitas irrigetur. Sed in his funeribus & luctibus, quæ verè sunt funera, quæ facta sunt, quorum extant hodie quoque reliquiæ (nam & sepulchrum Osiridis hodie in Ægypto est, & cremati corporis reliquiæ cernuntur) defensores eorum volunt addere physicam rationem. Frugum semina Osirim dicentes esse, Isin terram, Typhonem calorem: Et quia maturatæ fruges calore, ad vitam hominis colliguntur, & à terræ consortio separantur, & rursus appropinquante hyeme seminantur. Hanc volunt esse mortem Osiridis cum fruges reddunt. Inventionem verò cum fruges genitali terræ fomento conceptæ, nova rursus cœperint procreatione generari. Pone hanc veram esse sacrorum istorum rationem, pone propter fruges vota reddi numinibus, quid addis incestum, quid adulterium, quid miserandæ animadversionis exitium?

tium? Quid errantibus hominibus & ſimpliciter peccare cupientibus de ſacris tuis malum monſtras exemplum? phyſica ratio, quam dicis, alio genere celetur. Quid autem cælari oportuit, quod omnibus notum eſt? Cur plangitis fruges terræ, & creſcentia lugetis ſemina? Ad ſuſtentationem generis humani hæc omnia divina ſummi Dei liberalitate donata ſunt. Agendæ ſunt ſummo Deo gratiæ propter hoc, nec eſt ſummi Dei lugenda largitio. Deflete potius quòd erratis, & quod errorem veſtrum reſtauratis ſemper luctibus plangite. Nolite annuis ſacris quærere funus alienum; veſtris potius funeribus parate ſolatia per annos ſingulos. O miſer homo, inveniſſe te neſcio quid gaudes, cum animam tuam ex iſtis ſacris per annos ſingulos perdas. Nihil illic invenis niſi ſimulacrum, quod ipſe poſuiſti, niſi quòd iterum aut quæras aut lugeas. Quære potius ſpem ſalutis, quære exordium lucis, quære quod te ſummo Deo aut commendet aut reddat. Et cum veram viam ſalutis inveneris, gaude, & tunc erecta ſermonis libertate proclama, ἀφήκαμεν, σωιχαίρομεν, cum ab his calamitatibus poſt pœnitentiam tuam ſummi Dei fueris indulgentia liberatus. Phryges, qui Peſſiuntem incolunt, circa Galli fluminis ripas terræ cæterorum elementorum tribuunt principatum, & hanc volunt omnium eſſe matrem. Deinde ut & ipſi annuum ſibi ſacrorum ordinem facerent, mulieris divitis ac reginæ ſuæ amorem, quæ faſtus amati adoleſcentis tyrannicè voluit ulciſci, cum luctibus annuis conſecrarunt. Et ut ſatis iratæ mulieri facerent, aut ut pœnitenti ſolatium quærerent, quem paulò ante ſepelierant, revixiſſe jactarunt, & cum mulieris animus ex impatientia nimii amoris arderet, mortuo adoleſcenti templa fecerunt. Tunc quòd irata mulier pro injuria ſpretæ fecerat formæ, hoc ordinantes à ſe pati voluere ſacerdotes. ſic annuis ſacris cum honore terræ iſtius funeris pompa componitur, & cum perſuadetur hominibus quòd colant terram, miſeri funeris venerantur exitium. Hic quoque, ſacratiſſimi Imperatores, ut error iſte cæletur, etiam hæc ſacra phyſica volunt eſſe ratione compoſita. Amare terram volunt fruges, amatum vero hoc ipſum volunt eſſe, quòd ex frugibus naſcitur, pœnam autem, quam ſuſtinuit, hoc volunt eſſe quod falce meſſor maturis frugibus facit. Mortem ipſius dicunt, quod ſemina collecta conduntur. Vitam rurſus, quod jacta ſemina annuis vicibus reconduntur. Velim nunc mihi inquirenti reſpondeant, cur hanc ſimplicitatem ſeminum ac frugum cum

facinore, cum morte, cum fastu, cum pœna, cum amore junxerint? Itane non erat aliud, quod diceretur? Itane non erat, quod in agendis Deo summo pro frugibus gratiis faceret misera mortalitas? Ut gratias pro renatis frugibus agas, ululas, ut gaudeas, plangis. Nec te, cum veram rationem videris, hoc aliquando fecisse pœnituit, sed hoc agis, ut annuis luctibus occupatus vitam semper fugias, mortem requiras. Dicant mihi, quid hoc frugibus profuit, ut fletus suos annuis ululatibus seminent in tristitia, interfecti funeris calamitatibus ingemiscant, quòd dicant physica ratione compositum, lugetis & plangitis, & luctus vestros alia ratione cœlatis. Novit agricola, quando terram aratro dimoveat, quando sulcis frumenta committat. Novit quando maturatas solis ardoribus colligat segetes. Novit, quando tostas terat fruges. Hæc est physica ratio, hæc sunt vera sacrificia, quæ ab sanæ mentis hominibus annuo labore complentur. Hanc simplicitatem divinitas quærit, ut homines in colligendis fructibus ordinatis temporum legibus serviant. Cur huic ordini miseræ mortis figmenta quæsita sunt? Cur celatur lachrymis, quod cælari non debuit? unde confiteantur necesse est, hæc sacra non in honorem frugum, sed in honorem esse composita mortis alienæ. Nam quod terram matrem esse omnium Deorum dicunt, qui huic elemento tribuunt primas partes, verè Deorum suorum mater est, nec abnuimus aut recusamus. Quia ab hac collectos Deos suos, aut lapideos faciunt semper aut ligneos. Terram omnem circumfluunt maria, & rursus inclusa Oceani ambientis circulo stringitur. Cœli etiam rotunda sublimitate operitur, perflatur ventis, aspergitur pluviis, & timorem suum assidui motus tremoribus confitetur. Quid vos maneat, qui hæc colitis considerate, cum Dii vestri infirmitatem suam vobis quotidianis professionibus prodant. Assyrii & pars Afrorum aërem ducatum habere elementorum volunt, & hunc imaginata figuratione venerantur. Nam hunc eundem, nomine Iunonis vel Veneris virginis, si tamen Veneri placuit aliquando virginitas, consecrarunt. Iunonem sane, ne & huic deesset incœstus, Iovis volunt ex sorore conjugem factam. Effœminarunt sane hoc elementum, nescio qua veneratione commoti. Num quia aër interjectus est inter mare & cœlum, effœminatis eum sacerdotum vocibus prosequuntur? Dic mihi hoccine est, quod in viro fœminam quærunt, cui aliter servire sacerdotum suorum chorus non potest, nisi effœminent vultum, curem poliant, & virilem sexum

ornatu

ornatu muliebri dedecorent. Videre est in ipsis templis cum publico gemitu miseranda ludibria, viros muliebria pati, & hanc impuri & impudici corporis labem, gloriosa ostentatione detegere. Publicant facinora sua, & contaminati corporis vitium cum maxima delectationis macula confitentur. Exornant muliebriter nutritos crines, & delicatis amicti vestibus vix caput lassa cervice sustentant. Deinde, cum sic se alienos à viris fecerint, adimpleti tibiarum cantu, vocant Deam suam, ut nefario repleti spiritu vanis hominibus, quasi futura prædicant. Quod hoc monstrum est, quodvè prodigium? Negant se viros esse, & sunt; Mulieres se volunt credi, sed aliud qualiscunque qualitas corporis confitetur. Considerandum est etiam, quale sit numen, quod sic impuri corporis delectatur hospitio, quod impudicis adhæret membris, quod polluta corporis contaminatione placatur. Erubescite ô miseri supinitatem, aliter vos Deus fecit. Cum cohors vestra ad tribunal judicantis Dei accesserit, nihil vobiscum afferetis, quod Deus, qui vos fecit, agnoscat. Abjicite hunc tantæ calamitatis errorem, & studia profanæ mentis aliquando deserite. Nolite corpus, quod Deus fecit, scelerata Diaboli lege damnare, calamitatibus vestris, dùm adhuc tempus patitur, subvenite. Misericordia Dei dives est, libenter ignoscit. Relictis nonaginta novem ovibus amissam quærit unam. Et reverso pater prodigo filio vestem reddit, & parat cœnam. Nulla vos desperare faciat criminum multitudo: Deus summus per filium suum Iesum Christum Dominum nostrum volentes liberat, & pœnitentibus libenter ignoscit, nec multa exigit ut ignoscat. Fide tantum & pœnitentia potestis redimere, quicquid sceleratis Diaboli persuasionibus perdidistis. Persæ & Magi omnes, qui Persiæ regionis incolunt fines, ignem præferunt, & omnibus elementis putant debere præponi. Hi itaque Iovem in duas dividunt potestates, naturam ejus ad utriusque sexus transferentes, & viri & fœminæ simulacra ignis substantiam deputantes, & mulierem quidem triformi vultu constituunt, monstrosis eam serpentibus illigantes. Quod ideo faciunt, ne ab autore suo Diabolo aliqua ratione dissentiant: sed ut Dea sua serpentibus polluta, maculosis Diaboli insignibus adornetur. Virum vero abactorem boum colentes, sacra ejus ad ignis transferunt potestatem. Sicut Propheta ejus nobis tradidit, dicens: Μικτάβω μυστάκυ ὁ κλοπίης σύνδετε πατρὸς ἀγάνου. Hunc Mithram dicunt. Sacra verò ejus in speluncis abditis tradunt, ut semper obscuro

Mat.18.
Luc.15.
Ibid.

ſcuro tenebrarum ſqualore demerſi, gratiam ſplendidi ac ſereni luminis, non videant. O cœca numinis conſecratio. O nefariæ legis fugienda commenta. Deum eſſe credis, cujus de ſceleribus confiteris. Vos itaque, qui dicitis in his templis ritè ſacrificari non magorum ritu Perſico, cur hæc Perſarum ſacra laudaris? Scio hoc Romano nomine dignum putatis, ac Perſarum ſacris. At Perſarum legibus ſequatur.

* * * * ut armata clypeo, lorica, gladio & haſta conſecratur. * * * Tertia etiam pars eſt, qua in aſperis ſecretiſque ſylvarum agreſtiumque ferarum ſortita imperium. Ultima pars tripartitæ iſtius diviſionis æſtimat libidinum vias, quæ prava deſideria quæque præpoſteræ cupiditatis monſtrant illecebras. Ideò unam partem capiti aſſignant, ut hominis iram quodammodò denotare videatur. Aliam in corde ſtatuunt, ut diverſarum cogitationum varietatem, quas multiplici intentione concipimus, in modum ſylvarum tenere videatur. Tertia pars conſtituitur in jecore, unde libido naſcitur & voluptas. Illic enim genitalium ſeminum collecta fœcunditas naturalibus ſtimulis deſiderium cupiditatis exagitat. Quid ergo perficit iſta diviſio, diligenter aſpicite, ut cernatis, quàm facilè commentum ratio veritatis impugnet. Si dividitur anima, & ſubſtantia ejus diverſo efficaciæ genere ſeparatur, diſſoluto ordine ſuo, incipit eſſe quod fuerat. Aliud enim mens eſt, aliud ira, aliud libido. Animam ergo ſeparatio iſta diſſolvit, & patitur maximam ex iſta partitione jacturam, nec integram ſui ſpeciem res iſta cuſtodit, quæ per tres contrarias ſeparatim dividitur, & (ut verum dicam) fit ex ipſa diviſione mortalis. Etenim quod poteſt dividi, corpus eſt. Quod autem corpus eſt, neceſſe eſt eſſe mortale. Ergo ſi anima dividitur, corpus eſt. Si corpus eſt, neceſſe eſt ſit res mortalis. Egregia erroris iſtius, ac præclara comitantia. Maximum nobis beneficium ex iſta conſequentia confertur. Commentis iſtarum abſurditatum animas volunt eſſe mortales. Sic ſunt ſacratiſſimi Imperatores, elementa à perditis hominib conſecrata. Sed adhuc ſuperſunt aliæ ſuperſtitiones, quarum ſecreta pandenda ſunt Liberi & Liberæ, quæ omnia ſacris ſenſibus veſtris ſpecialiter intimanda ſunt, ut & in iſtis profanis religionibus ſciatis mortes eſſe hominum conſecratas. Liber itaque Iovis fuit filius regis ſcilicet Cretici. Hic cùm fuiſſet adultera matre progenitus, nutriebatur apud patrem ſtudioſius, quam decebat. Uxor Iovis, cui

Iunoni

Iunoni fuit nomen, novercalis animi furore commota, ad necem infantis omnifariam parabat insidias. Proficiscens peregrè pater, quia indignationes tacitas sciebat uxoris, nequid ab irata muliere dolo fieret, idoneis (sicut sibi videbatur) custodibus tutelam credit filii. Tunc Iuno oportunum insidiarum nacta tempus, & ex hoc fortius inflammata, quia proficiscens pater, & solium regni puero tradiderat & sceptrum, custodes primum regalibus præmiis, muneribusque corrupit, deinde satellites suos, qui Tytanes vocabantur, in interioribus regiæ locat partibus, & crepundiis ac speculo affabrè facto animos ita pueriles illexit, ut desertis regiis sedibus ad insidiarum locum puerilis animi desiderio duceretur. Illic interceptus trucidatur. Et ut nullum posset necis inveniri vestigium, particulatim membra conscissa, satellitum sibi dividit turba. Tunc, ut huic facinori aliud facinus adderetur, quia vehementer tyranni crudelitas timebatur, decocta variis generibus pueri membra consumunt, ut humani cadaveris, inauditis usque in illum diem epulis vescerentur. Cor visum sibi soror servat, cui Minerva fuit nomen, quia & ipsa sceleris fuit particeps, & ut manifestum esset delationis indicium, & ut haberet unde furentis patris impetum mitigaret. Reverso Iovi filia ordinem facinoris exponit. Tunc pater funesta calamitate cladis, & acerba luctus atrocitate commotus, Tytanes quidem vario genere suppliciorum excruciatos necat. Nec prætermissum est in ultione filii, aut tormentum aliquod aut pœna, sed per omnia pœnarum genera bacchatus, necem qualitercumque filii vindicavit, affectu quidem patris, sed tyrannica potestate. Tunc quia diutius pater ferre lugentis animi tormenta non poterat, & quia dolor ex orbitate veniens nullis solatiis mitigabatur, imaginem ejus ex gypso, plastico opere perfecit, & cor, ex quo facinus fuerat, sorore deferente, detectum, in ea parte plastæ collocant, qua pectoris fuerant lineamenta formata. Post hæc pro tumulo extruit templum, & pædagogum pueri constituit sacerdotem. Huic Silenus fuit nomen. Cretenses, ut furentis tyranni sævitiam mitigarent, festos funeris dies statuunt, & annuum sacrum trieterica consecratione componunt, omnia per ordinem facientes, quæ puer moriens aut fecit, aut passus est. vivum laniant dentibus taurum, crudeles epulas annuis commemorationibus excitantes, & per secreta sylvarum clamoribus dissonis ejulantes fingunt animi furentis insaniam, ut illud facinus non per fraudem factum, sed per insaniam crederetur:

tur: præfertur cista, in qua cor soror latenter absconderat, tibiarum cantu, & cymbalorum tinnitu, crepundia, quibus puer deceptus fuerat, mentiuntur. Sic in honorem tyranni à serviente plebe Deus factus est, qui habere non potuit sepulturam. Fuit etiam alius Liber apud Thebas tyrannus, magicæ artis potestate conspicuus. Hic cum muliebres animos venenis quibusdam, & carminibus occupasset, pro arbitrio suo crudelia facinora furentibus imperabat, ut mente captas nobiles fœminas, & libidinum ministras haberet & scelerum. Qui qualia fecerit scelera, vel quantum matri contra filium, vel sororibus contra fratrem imperaverit facinus, in scenis quotidie à tragici carminis autoribus traditur, ut scelerati tyranni facinorosa crudelitas in animis audientium funestis semper relationibus renascatur. Hunc Lycurgus, sobria virorum conjuratione protectus, regno exuit, pellit patria. Neque enim effœminatus ille consensum virorum potuit diutius sustinere. Effœminatum enim fuisse, & amatorum servisse libidinibus, Græcorum gymnasiis decantatur. Nec fuga ejus Lycurgus tantum est exilioque contentus, sed timens ne fugiens & ab aliis receptus, ludibriosa scelerum suorum etiam in alia regione conderet semina, succinctus ferro, patriæ dedecus minaci persequitur edicto. Tunc Liber projectis infulis, quas pampineis coronarum circulis illigabat, cum semiviro comitatu fugiens (soli enim eum sequuti sunt stuprorum & flagitiorum & libidinum socii) per omnes oras vicini maris cum summa trepidatione desperationis erravit. Illic inter ebrias puellas, & vinolentos senes, cum adhuc eum scelerum pompa præcederet, & alter nigro amictu teter, alter ostenso angue terribilis, alter cruentus ore, dum viva pecoris membra discerpit, à Lycurgo comprehensus per proximam rupem, quæ immensum præcipitium saxis inviis fecerat, in mare præcipitatur, ut lacerum corpus marinis diu jactatum fluctibus, errantium populorum animos ad sanitatis ac sobrietatis ordinem severa animadversione revocaret. Hunc finem Liberi Homerus, ut fugam & trepidationem detegeret, & ut ostenderet mortem, ait:

Iliad. ξ.

--- Διώνυσος δὲ φοβηθεὶς.
Δύσεθ' ἁλὸς κατὰ κῦμα. Θέτις δ' ὑπεδέξατο κόλπῳ
Δειδιότα, κρατερὸς γὰρ ἔχε τρόμος ἀνδρὸς ὁμοκλῇ.

Imitatur te Lycurge, & sobrium tuum institutum sequitur, nec à salutaribus tuis legibus exorbitat etiam consul noster Posthumius.

Nam

Nam ſicut in libris Annalibus invenimus, bacchanaliorum ſcelera Ebutio quodam adoleſcente deferente, detecta ſunt. Erant adhuc in urbe Roma integri mores, nec quiſquam peregrinas ſuperſtitiones diſſolutis moribus appetebat: tunc nec Senatus Conſuli nec leges Reipub. nec Conſul legibus defuit: Sed inveſtigatis omnibus, qui hujus ſacri ſcelerata commenta tradebant, contra omnes ſervos, imò Romanos quæſtionis examine capitalis pœna de Senatus ſententia decreta eſt. Nec tam diu vindices gladii Conſulis conquierunt, quandiu hoc malum fuiſſet radicitus amputatum. O digna Romano nomine animadverſio. O priſcæ virtutis laudanda conſtantia, nec civibus ſuis Conſul parcere voluit. cum ob purgandam patriam peregrina vitia corriguntur. Sequitur hanc ſacri contagionem, & imitatur ordinem funeris, à Cerere, Hennenſi muliere, mors filiæ conſecrata. Nam quicquid in Creta pater ob filium fecerat, hoc totum Ceres apud Hennam amiſſa filia, impatientia materni doloris inſtituit, quod quatenus factum ſit, brevi ſermone perſtringam. Unicam Cereris filiam, quam Græci Περσεφόνλω, noſtri immutato ſermone Proſerpinam dicunt, ad conjugale conſortium plures petebant. Mater ſollicitè de ſingulorum meritis judicabat. Et cum adhuc omnibus matris ſententia videretur incerta, dives ruſticus, cui propter divitias Πλούτων fuit nomen, temerario cupiditatis ardore; cum moram dilationis ferre non poſſet, & cum de prepoſteri amoris conquereretur incendiis, prope Percum inventam virginem rapit. Percus autem lacus, in Hennæ civitatis finibus ſatis amœnus, & gratus, cujus amœnitas ex florum varietatibus naſcitur. Nam per omnem annum viciſſim ſibi ſuccedentibus floribus coronatur. illic invenies quicquid hiacynti turget in caulem; illic comam narciſſi, vel quod auream roſam deſuper pingit: Illic albæ hederæ per terram molliter ſerpunt, & cum purpureis violis ſuaviter rubens amaracus invenitur: nec coronam iſtam albam deſerunt lilia. Prorſus aptus locus, qui gratia ſua, puellares animos & invitaret pariter, & teneret. In hoc loco, cum à Plutone virgo propè veſperam fuiſſet inventa, vi rapitur, & ſuper impoſita vehiculo, ſciſſis veſtibus, laceratis crinibus ducitur. Nec reſervati ungues contra amatorem ruſticum aliquid profuerunt, nec clamor atque ululatus adjuvit, nec cæterarum ſtrepitus puellarum. Tunc una celeri curſu, cum de civitate nemo ſuccurreret, facta ex ipſo timore velocior, matri raptum virginis nunciat. Contra ra-

ptorem indignata mater, armatam manum ducit. Nec Plutonem mulieris fefellit adventus, sed ut retorsit ad civitatem oculos, & infinitos cuneos respexit venire cum matre, funestum cœpit ex desperatione consilium. Quadrigam, quæ vehiculum trahebat, per medium lacum dirigit. Is erat profundis voraginibus immersus, illic cum amata submersus virgine, miserandæ matri de morte filiæ funestum spectaculum præbuit. Hennenses, ut possent maternis luctibus ex aliqua parte invenire solatium, inferorum regem virginem rapuisse finxerunt. Et ut fides figmentum sequeretur, prope Siracusas eum per alium locum cum virgine emersisse jactarunt. Templum sanè & raptori, & virgini accuratè collatis sumptibus faciunt, & annua in templo vota decernunt. Sed nullo genere matris dolor vincitur, nec muliebris impatientiæ tormenta curantur. Sed credens verè filiam prope Siracusas esse visam, Triptolemo villico suo duce, nocturnis itineribus ad Siracusanæ civitatis littus cum lugubri veste ac sordido squallore pervenit, nec illi defuit, qui credulam de calamitatibus suis falleret matrem. Tunc ait se Pandarus, nescio quis, vidisse non longè à Pachyno navem raptorem ascendisse cum virgine. Persuasum est mulieri, quæ quolibet genere vivere filiam cupiebat audire, infinitis dotibus remunerat civitatem. Siracusani liberalitate mulieris provocati, raptum virginis consecrant, & mitigantes dolorem matris pompam miseri funeris excolunt honore templorum. Sed nec hoc sufficit matri, sed ascensa nave per peregrina littora filiam quærit. Sic fluctibus tempestatibusque jactata ad Atticæ urbis locum pervenit. Illic hospitio recepta, incolis incognitum adhuc triticum dividit. Locus ex patria & ex adventu mulieris nomen accepit. Nam Eleusis dictus est, quod illuc Ceres, relicta Henna, venerat. Sicque tùm ipsa dispensatio quod attulerat frumenta, tum quod colligendarum frugum tradiderat disciplinam, post mortem ob beneficium, quod ex frugum copia nascebatur, & sepulta in eo loco est, pariter & consecrata, & divino cum filia appellata nomine. Amat enim Græcorum levitas eos, qui sibi aliquid contulerint, vel qui consilio, aut virtute se juverint, divinis appellare nominibus. Et sic ab ipsis beneficiorum gratia repensatur, ut deos dicant, & deos esse credant, qui sibi aliquando profuerint. Sic de Libero Nisa non dubitat, nec de novis ambigit Sparta syderibus, cremat & consecrat Herculem tristis Oëtas, & à vanis Cretensibus adhuc mortui Jovis tumulus adoratur. Addi-

tur

tur tamen, sacratissimi Imperatores, ad hujus profani erroris augmentum, quod hos homines, [id est, Liberum & Proserpinam,] majore quasi authoritate defendat. Nam Liberum ad Solem volunt referre commenta Græcorum, Proserpinam vero Liberam dicentes Lunam esse confingunt. Quod quàm absurdum & quàm miserum sit, ex ipsa veritatis possumus ratione colligere. Quis vidit puerum Solem? quis fefellit? quis occidit? quis laceravit? quis divisit? quis membris ejus epulatus est? Quis Lunam rapuit? quis abscondit? quis Plutonis conjugem fecit? Sed & errorem istum physica rursum volunt protegere ratione, indivisam mentem, & divisam, id est, τὸν ἀμέριστον, & τὸν μεμερισμένον νῦν, hac se putant posse ratione venerari. Dicite mihi, ὦ vos mortales, quid naturalibus rebus additis funera? quid Dei dispositionem crudelium mortium atrocitate polluitis? quid opus erat tam duro crudelique tormento? quid sibi vult ista persuasio, ut divinis rebus funestæ calamitatis ordo societur? ut naturæ syderum, quam Deus summus certis legibus fecit, mortalis calamitas luctibus jungeretur? Cui rei prodest quod facitis? miscetis terrena cœlestibus, caduca superis, tenebrosa lucentibus, dolores ac luctus hominum divinis honoribus consecrantes. Si convocato omni genere humano Sol habita concione loqueretur, desperationem vestram hac forsan oratione percuteret. Quis vos caduci homines & per dies singulos summo Deo variis generibus rebellantes ad hoc tantum facinus impegit, ut profano nefariæ cupiditatis errore & mori me dicatis vestro arbitrio & vivere? Atque utinam usitato more vel uno genere vesanæ cogitationis vestræ figmenta procederent. Utinam sine contumelia mei, sceleratæ cogitationis vestræ grassaretur improbitas. Nunc vosmet per præcipitia jactantes, mihi quoque non parcitis, nec aliquam habet vester sermo reverentiam; sed cum dedecore meo in exitium vestrum, mortemque properatis. Alii me apud Ægyptum undis Nili & rapidis verticibus obstinato mentis furore submergunt. Alii amputatis virilibus plangunt. Alii crudeli morte cæsum, aut in olla decoquunt, aut septem verubus corporis mei membra lacerata subfigunt. Qui paululum mihi placida fuerit oratione blanditus, quadrijugi currus aurigam me esse confingit. Projicite aliquando tanti furoris exitium & salutari persuasione convicti, veram salutis viam quærite. Inimicus Dei est, qui hæc aut cogitavit, aut finxit; nec facinus ejus simplex aut usitata pœna comitatur, qui sacra profanis

persuasionibus polluit, qui de præclaro opere Dei tanta confingit. Lugete mortuos vestros, & ipsi simili morte morituri. Mittite regibus vestris, ut vultis inferias, & orbitates eorum alio remediorum genere mitigate. Lugete Liberum, lugete Proserpinam, lugete Attin, lugete Osyrin, sed sine nostræ contumelia dignitatis. Nolo me per tumulos eorum favillasque ducatis, nolo ut errori vestro nomen meum fomenta suppeditet. Ad lucem diei à Deo factus sum, hoc mihi sufficit solum. Quid me honesti muneris dignitate privatis? Aliud me Deus fecit, aliud esse jussit, & vos me pro libidine vestra dividitis, pro arbitrii vestri cupiditate laceratis? Quicquid sum simpliciter Deo pareo, nec aliud volo de me intelligatis nisi quod videtis. Hoc Deo gratum est, hoc Deus libenter amplectitur, hoc homines ad salutis viam ducit, si projectis erroribus Dei gratiam simpliciter ac fideliter audiatis. Hæc quidem sacratissimi Imperatores, prosopopœiaco me sermone dixisse sufficiat. At ego nunc sacrarum lectionum institutione formatus, perditos homines religioso sermone convenio. Si Dii sunt quos colitis, cur eos lugetis? Cur eos annuis luctibus plangitis? Si lachrymis, & luctu digni sunt, cur eos divino honore cumulatis? Unum itaque è duobus facite, aut nolite eos lugere, si Dii sunt: aut, si luctu eos dignos putatis ac lachrymis, Deos eos appellare nolite, ne luctibus ac lachrymis vestris, majestas divini nominis polluatur. Sed quia mens perdita, & sceleratæ cupiditatis laqueis implicata, nulla potest ratione revocari, persequar cætera, ut publicatis omnibus atque detectis quæ profana consecravit improbitas, misericordia Dei in nomine Domini nostri Iesu Christi lapsos erigat, fugientes ad se revocet, dubitantes confirmet, errantes corrigat, & quod est potissimum, vitam morientibus donet. In plurimis Orientis civitatibus, licet hoc malum etiam ad nos transitum fecerit, Adonis quasi maritus plangitur Veneris, & percussor ejus circumstantibus, vulnusque monstratur. Mars enim in porci sylvestris speciem formamque mutatus, ut sibi primas partes in amore Veneris vindicaret, incautè contra se ruentem percutit juvenem. Si Deus erat Adonis cur rivalis insidias nesciebat? Si homo, cur cum superiore certabat. Sed & alium audio cum Venere conjugale habuisse consortium. Vulcanus, nisi fallor, ab his Deorum cultoribus maritus Veneris esse perhibetur. O vanorum hominum ridenda persuasio inter duos maritos adulter positus ab uno capitur, alterum vincit. Sed vide, ut adul-

ter

ter Deus maritum vinceret quod sibi corpus elegit, porcus esse maluit: qui, si habebat corporis mutandi potestatem, leonis debuit potius speciem formamque suscipere. Sed leonem dicunt, qui naturas animalium norunt, in illa agrestis animi feritate pudicitiæ servare virtutem. Meritò igitur ab adultero leonis spernitur forma & libidinosi animalis eligitur. Hic jam Euangelicæ traditionis secreta tractemus. Ejecto dæmonio dominus porcorum gregem donat. Nec immerito, ut cum libidinosis animalibus per dura præcipitia fluctusque jactatus, per mortes porcorum varias, digna nece immundus spiritus carperetur. Audio Cinyram Cypriũ templũ amicæ meretrici donasse, ei erat Venus nomen. Initiasse etiam Cypriæ Veneri plurimos, & vanis consecrationibus deputasse. Statuisse etiam ut quicunque initiari vellet, secreto Veneris sibi tradito, assem in manum mercedis nomine Deæ daret. Quod secretum quale sit omnes taciti intelligere debemus, quia hoc ipsum propter turpitudinem manifestius explicare non possumus. Bene amator Cyniras meretriciis legibus servit, consecratæ Veneri à sacerdotibus suis stipem dari jussit, ut scorto. Sebazium colentes Iovem anguem cum initiantur, per sinum ducunt. Adhuc primi erroris vitia grassantur, & quicquid hominem perdidit, colitur, & funesti anguis callida & malitiosa crudelitas adoratur. In sacris Coribantum parricidium colitur. Nam unus frater à duobus interemptus est, & ne quod indicium necem fraternæ mortis aperiret sub radicibus Olympi montis à parricidis fratribus consecratur. Hunc eundem Macedonum colit stulta persuasio. Hic est Cabirus, cui Thessalonicenses quondam cruento, cruentis manibus supplicabant. Considerandum itaque est, quale sit numen, quod parricidalis amentia, ut parricidium coleret invenit. Quapropter quicunque hæc sacra devota mente veneratur, cuicunque placet superstitionis istius metuenda contagio, aut malis suis solatium quærit, aut facinora eorum tacita collaudat cogitatione, hoc optans, hoc quærens, hoc utique magnopere desiderans, ut & sibi liceat, quod diis suis licuit, ut & se ad consortium talis vitæ morum similitudo perducat. Adulterio delectatur aliquis, Iovem respicit, & inde cupiditatis suæ fomenta conquirit, probat, imitatur, & laudat, quod Deus suus in cygno fallit, in tauro rapit, ludit in satyro, & ut liberalis in flagitiis esse consuescat, quod inclusam regiam virginem auro largiter fluente corruperit. Puerorum aliquis delectatur amplexibus, Ganymedem in sinu Iovis

Mat.8. *Luc.8.* *Marc.5.*

vis quærat, Herculem videat Hylam impatienti amore quærentem, Hyacinti desyderio captum Apollinem discat. Chrysippum alius, alius Pelopem videat, ut per Deos suos sibi licere dicat, quicquid hodie severissimè Romanis legibus vindicatur. Adulteria omnia eorum enumerare difficile est. Quis Amymonem? quis Alopen? quis Menalippen? quis Chionem, Hippothoenque corrupit? Nempe Deus vester hæc fecisse memoratur. Ille, quem volunt severis oraculis errantium hominum peccata corrigere, Steropen amat, Æthusam rapit, Zeuxippen stuprat, quærit Prothoen & Arsinoæ adultera cupiditate blanditur. Sed ex isto corruptarum mulierum grege una puella amatorem Deum & vitavit & vicit. Daphnen enim divinans Deus & futura prædicens, nec invenire potuit, nec stuprare. Muliebria patitur aliquis, & effœminato corpori solatium quærit? Videat Liberum amatori suo post mortem etiam promissæ libidinis præmia imitatione flagitiosi coitus repræsentantem. Si quis monstruoso cupiditatis ardore in paternæ necis armatur exitium, à Iove sumat exemplum. Qui fraternum desiderat sanguinem, Corybantum sequatur institutum, & incestum desiderantibus à Iove sumantur exempla. cum matre concubuit; sororem duxit uxorem; & ut integrum facinus impleret incesti, filiam quoque animo corruptoris aggressus est. Inferiores aliquis æmulo stridore persequitur, & adversarium cupit crudeli feritate torquere, ab Apolline ex Marsię casibus crudelium tormentorum casus discat. Alienum aliquis desiderat & hoc cum morte domini conatur implere, videat ut Hercules occiso Gerione Iberas abegerit boves. Si quis promiscua hominum cæde gaudet, præposteras Martis cupiditates diligenter inspiciat. Semina penè omnium scelerum à diis suis peccantium turba collegit. Et ut perditus animus impune facinus posset admittere, ex præcedentibus facinorum exemplis majore se autoritate defendit. Si stupri præmia corruptor inquirit, si viam optat sollicitationis addiscere, in sinu corruptæ mulieris aurum videat Iovis. Si publicus parricida, commissam sibi regni custodiam nefaria prodere cupiditate desiderat, respiciat ad eos, qui Saturnum filio prodiderunt. Quatenus jus lædatur hospitii, vel quatenus amicitiæ jura turbentur, vel quatenus mensæ conciliatio sancta violetur. Si quis ad injuriam pronus quærit esse, ordinem scelerum de Tantali casibus discat. O facinorosæ cupiditatis triste solatium. O hominum deflenda persuasio. O infelicis imitationis

cruenta meditatio. Scenam de cœlo feciſtis, & errantes animos per abrupta præcipitia crudeli calamitate duxiſtis, cum hominibus peccare cupientibus facinorum via de Deorum monſtratur exemplis. Sed in iſta criminum lege, in iſta confeſſione ſcelerum gratias agamus illis, qui etiam exitia & mortes Deorum iſtorum nobis neſcientibus prodiderunt: ut diſceremus omnia per tot obſtantes. Fuit enim & apud veteres, licet nondum terram illuminaſſet Domini noſtri Ieſu Chriſti veneranda dignatio, in ſpernendis ſuperſtitionibus religioſa conſtantia, Diomedes pudicus ac ſobrius Venerem vulnerat, Martem vincit & percutit. Oti & Ephialtæ edicto Mars bellipotens temporali exilio damnatus, ferrea catenarum vincla ſuſtinuit. Sarpedonem filium mortuum in Troja Iuppiter plangit. Et mercedem fabricatorum murorum Neptunus à ſuperbo rege non recepit. Alterius regis Apollo greges paſcit. Et ſoli omnia videnti alius, occiſarum boum nunciat mortes. Caſtores ſepelit Sparta, ardet apud Oëtam Hercules, & Æſculapius alibi fulminatur, Vulcanus à patre præcipitatus pedem frangit. Lycurgum fugiens Liber moritur. Venus in adulterio deprehenſa detegitur, & poſt Dei nuptias Anchiſæ hominis cubile ſectatur. Saturnus regno timens devorat filios. Hic ex Creta fugiens in Italia à Spartanis abſconditur. Ob amorem catamiti Iuno ſpernitur, & ad Endimionem Luna deſcendit, & contra voluntatem uxoris & filiæ Trojanis auxilium ferens deceptus Iupiter dormit. O flagitioſa confeſſio, ô miſerabiles, deflendiſque cultus. ô duræ ſervitutis miſeranda conditio. Ad iſtorum cultum deorum ſanctos homines, & Deum devota mente colentes ſacrilegum tyrannorum traxit imperium, & ut huic facinori aliud facinus adderetur, mors eſt decreta nolentibus. Ad theatrum potius templa transferte, ut in ſcenis religionum iſtarum ſecreta tradantur, & ut nihil prætermittat improbitas, hiſtriones facite ſacerdotes. Alter dignior locus religionibus iſtis inveniri non poterit. illic amores Deorum vilis turba decantet. illic caſus morteſque ſaltatores * * illic Deorum in templis ab impiis & facinoroſis magiſtris melius mens perdita & muliebris docetur facinus. Diſcite etiam, ſacroſancti imperatores, venerandum Alexandriæ numen unde ſumpſerit exordium, ac à communi noſtra fragilitate detecta, ad veritatis exordium mortalitatis noſtræ ſermo revocetur. Cum ingrueret areſcentibus frugibus malitioſa fames, Iacobi religioſi patriarchæ ſemine procreatus juvenis Ioſeph, interpreta- *Gen.* 41. *Gen.* 39.

tusque somnium regis, totum, quicquid innuebat, ostendit. Ioseph [est Iacobi filius] qui ob pudicitiam in carcerem missus, ereptus post interpretationem somnii, fuit particeps regni. Nam septem annorum collectis, & servatis frugibus, alterius septennii egestatem divinæ manus providentia mitigavit. Huic post mortem Ægyptii patrio gentis suæ instituto templa fecerunt: &, ut justam dispensationis gratiam posteritas disceret, quo modo esurientibus & ementibus frumenta diviserat capiti is superpositus est. Nomen etiam, ut sanctius coleretur, ex primo autore generis accepit. Nam quia Saræ pronepos fuerat, ex qua nonagenaria Abraham indulgentia Dei susceperat filium, Serapis dictus est græco sermone, hoc est, Σαρῆς ἄπι. Sed hoc invito Ioseph accidit, imò mortuo. Neque enim ad hoc facinus religiosus animus, & Deo summo dicatus adduci potuisset, ut erroris illecebras ex nomine suo superstitiosis hominibus ipse præberet, præsertim cùm sciret hæc esse in Dei sacrosanctis legibus, nequis hominum tale aliquid aut veneraretur aut coleret. Hic in Ægypto colitur, hic adoratur, hujus simulachrum Neocororum turba custodit, & ad memoriam vetustatis errans populus ordinem sacrorum in honorem integerrimi, ac prudentissimi hominis constitutum, contentiosa hodie animositate custodit. Sed & in ipso simulacro, sicut in cæteris, ex assiduis sacrificiis immundi dæmonum spiritus colliguntur. Nihil enim operantur animæ, & cruor ex assidua pecudum cæde profusus, nisi ut dæmonum substantia, qui diaboli procreatione generantur, ex isto sanguine nutriatur. Nam ita esse Porphyrius defensor Stoicorum, hostis Dei & veritatis in multis sceleratarum impietatum scriptis, manifestis nobis probationibus prodidit. In libris enim quos appellat περὶ τῆς ἀλογίων φιλοσοφίας majestatem ejus prædicans, de infirmitate confessus est. In primis enim librorum partibus, [id est in ipsis auspiciis positus] dixit: *Serapis vocatus, & intra corpus hominis collocatus talia respondit.* Dicant nunc mihi perditi homines, quis potior est, qui vocat & imperat & includit, an qui vocatur & paret? Et cum venerit, in suscipientis hominis corpore potestate jubentis includitur. Gratias agimus Porphyri quod libris tuis Deorum tuorum nobis substantiam prodidisti. Didicimus per te, quatenus Dii tui hominibus viventibus serviant. Serapis tuus ab homine vocatur, & venit, & cum venerit statim jussus includitur, & loquendi necessitas nolenti forsitan imperatur. Sic apud nos Deos vestros, cum hominibus

Gen. 21.

nocere

nocere cæperint, religioſi ſermonis flagella caſtigant. Sic in corpore hominum conſtituti Dii veſtri verbo Dei ſpiritualium flammarum igne torquentur, & qui apud vos, quaſi dii coluntur, apud nos religioſæ fidei medela Chriſti gratia humano ſubjacentes imperio, & tormenta repugnantes ſuſtinent, & victi pœnis ultricibus ſubjugantur. Penates etiam qui ſint, explicare contendam ne quid à me ſit prætermiſſum. Qui nihil aliud putant eſſe vitam, niſi veſcendi & potandi licentiam, hos ſibi Deos ex cupiditatis ſuæ humilitate finxerunt, nutrimenta corporis, quæ ex quotidianis epulis comparantur, hoc nomine pro ſalute hominum conſecrantes. Quia per epulas corporis reficitur infirmitas, alimenta ſolum eſſe Deum ſanxerunt, neſcientes divini oraculi veritatem. Cum enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus cum Diabolo pro noſtra ſalute ſollicitus, divina majeſtatis ſuæ colluctatione certaret, & ut de faucibus ejus, quem gerebat hominem liberaret, hac cum reſponſione quaſſavit. Nam cum diceret ei Diabolus: *Si filius Dei* Mat. 4.
es, fac ut iſti lapides panes fiant. Reſpondens ei Dominus dixit: *Non* Luc. 4.
in pane tantum vivit homo, ſed in omni verbo Dei. Neſcientes itaque ſubſtantiam generis humani, quotidianas epulas hoc nomine conſecrarunt. Nam omne, quo veſcuntur homines penus vocatur; hinc & cella penaria, hinc & Dii penates, ab abjectis & proſtratis hominibus miſera ſunt cogitatione compoſita. Veſta autem quid ſit diſcite, ne putetis antiquum aliquid, aut cum ſummo terrore inventum. Ignis eſt domeſticus, qui in focis quotidianis uſibus ſervit. Quapropter coquos habeat, non miſeras virgines ſacerdotes, quæ contemnentes ignis ipſius favillas, aut proſtituto corpore peccare coguntur, aut in virginitate perſeverantes perdunt honeſtam glorioſi nominis dignitatem. Palladii etiam quid ſit numen audite. Simulachrum eſt ex oſſibus Pelopis factum. Hoc avarus Scyta feciſſe perhibetur, jam quale ſit conſiderate, quod Scyta barbarus conſecravit. Eſtnè aliquid apud Scytas humana ratione compoſitum, & illa effera gens [hominum] & crudeli atque inhumana ſemper atrocitate graſſata, in conſtituendis religionibus rectum aliquid potuit invenire? Simulacrum hoc Trojanis avarus vendidit, ſtultis hominibus vana promittens. Vendebatur Deus, ut prodeſſet emptori, & emptor ſuppliciter adorabat, quicquid paulò ante viderat ſubhaſtatum. Subſtantia autem ſimulachri ipſius ex oſſibus Pelopis eſt. Si humana vis miſeros homines oſſa venerari, purioris ſaltem & caſtioris hominis reliquias

collige. Accedat idolo quod facis, ex hominis virtutibus meritum. Pelops in deliciis amatoris fuit, & diu prostituti pudoris damna sustinuit. Sed nec adulto ei scelus defuit. Is enim cujus filiam petebat, eum fraude proditoris occidit. Proditorem etiam ipsum perjuriis aggressus est, & ne promissa redderet præmia, hunc eundem per abrupta præcipitia jactavit. En cujus electa sunt ossa, ut Deus fieret, qui urbes & regna servaret. Sed nec servavit aliquando nec profuit, & quid se maneat, ex urbium, in quibus fuit, casibus vidit. Incensa est Troja à Græcis, à Gallis Roma, & ex utroque incendio Palladium reservatum est. Sed reservatum non propriis virtutibus, sed humano præsidio: ab utroque enim loco homines liberant, & translatum est, ne humano flagraret incendio. Tanto numini humana fuerunt præsidia necessaria, & ne arderet, humanum quæsivit auxilium. Dilatum est Palladium ab incendio, non liberatum. Stat sententia, manet pœna, ignis imminet, ignis urget, quem vitare non poterit. Iam parturit flamma cœlestis, jam divinæ animadversionis monstratur adventus, jam futuræ cladis nunciatur exitium, in hoc incendio Palladium latebras invenire non poterit, ignis iste scrutatur abdita, quærit absconsa: & quicquid errantes homines vanis persuasionibus perdi-
Malac. 4. dit, rapida flammarum populatione complectitur: *Venit enim,* (inquit) *dies Domini ut ardens clibanus.* Audisti quid veniat. Nihil est, quod ex te collectum in apothecis dominicis reponi possit, ardebis ut stipula, cujus inanis vilitas in cineres favillasque servatur, quam rapax ignis violentia congeniti spiritus pascitur. Hic est exitus finisque vester: hæc est pœna, quam pro deceptis hominibus Deus statuit, ut perpetuis ardeat flammis, qui contra voluntatem Dei miserum hominem aut decepit aut perdidit. Volo sanè diligenter inquirere, cujus Minervæ hoc volunt esse signum. Plures enim Minervas fuisse constat, nec aliquis in ista parte dissentit. Singularum itaque genus, institutum, artem propositumque dicamus, ut ex his omnibus inveniri possit, Palladium cujus Minervæ sit nomine consecratum. Quinque Minervas fuisse legentibus nobis tradit antiquitas. Una est Vulcani filia, quæ Athenas condidit, quam ex agrestibus locis ad urbanæ conversationis ordinem rustica turba comitata est. Fuit alia in Ægypto, Nili regis filia, textrinæ artis magistra. Tertia vero patre Saturno genita est. Sed hanc viraginem fuisse commemorant: nam nunquam se intra fœminei sexus verecundiam tenuit, sed arma semper strepitumque pugna-

pugnarum, & cruenta sequuta est studia bellorum. Quarta Iovis Cretici regis fuit filia, quæ occisum patri detulit Liberum. Quinta Pallante patre, & Tritonide matre orta est, quæ patris appellata nomine, Pallas est ab hominibus nuncupata. Hæc parricidialis amentia furoris & vesanæ temeritatis instinctu, patrem Pallantem crudeli morte jugulavit, Nec simplici patris morte contenta, ut diutius malis suis frueretur, & ut de morte patris crudelius triumpharet, exuviis corporis ejus ornata est, ut parricidii facinus ex crudeli ostentatione publicaret. Hujus est Palladium, pro nefas, nomine consecratum. Hæc est Pallas quæ colitur, hæc est quæ pōtificali lege servatur, & cujus facinus severius damnari debuerat, ejus imago suppliciter adoratur. Apponite ignem, augete flammas, ut quotidianis sacrificiis vestris dicatur ardere. Quid enim meretur aliud parricida, nisi ut perpetua mutatione flammarum ante sententiam Dei quotidie flammis ultricibus concremetur. Busta sunt, sacratissimi imperatores, appellanda non templa. Rogi sunt potius dicendi miserorum. Nam in honorem hominum perditorum ædes pro sepulchris miseranda hominum servitus facit. Hic crematorum corporum favillæ servantur, hic cineres mortuorum irreligiosa lege conduntur, ut acerbarum mortium casus quotidiano victimarum sanguine recrudescat, ut tristis lamentationis exitus renovatus annuis luctibus renascatur, ut sopitos fletus recentior ululatus exagitet, ut parricidia, vel incesta vel mortes ex sacrorum ritu misera mens hominum & colere discat & facere. Amputanda sunt hæc, sacratissimi Imperatores, penitus atque delenda, & severissimis edictorum vestrorum legibus corrigenda, ne diutius Romanum orbem præsumptionis istius error funestus commaculet, ne pestiferę consuetudinis convalescat improbitas. Quicquid hominem Dei conatur perdere ne diutius in terra dominetur. Nolunt quidam & repugnant, & exitium suum prona cupiditate desiderant: sed subvenite miseris, liberate pereuntes, ad hoc vobis Deus summus commisit imperium, ut per vos vulneris istius plaga curetur. Facinoris eorum periculum scimus, erroris notæ sunt pœnæ, sed melius est, ut liberetis invitos, quam ut volentibus concedatis exitium. Ægrotantes contraria delectant, & cum corpus hominis adversa valetudo possederit, contra salutem suam à laborantibus perversa poscuntur. Capta mens languoris vitio, morborum semper augmenta desiderat, & medelas artificum aspernat ac contemnit, respuit remedium medicinæ, & in

exitium ſuum prona animoſitate feſtinat. Tunc ſi malum morbi fortius creverit, majora remedia quæruntur, & pro ſalute hominis ſollicita fortiùs ſe medicina opponit. Aſperi cibi, amati potus nolentibus ingeruntur: & ſi convaluerit malum, & ignis adhibetur & ferrum. Sic homo recepta ſanitate & ſalute ſibi reddita, quicquid ægrotantis corporis vitio invitus paſſus eſt, hoc totum pro utilitate ſua factum eſſe, ſtantis animi judicio confitetur. Accipite etiam, ſacroſancti Principes, nomina eorum qua ſunt ratione compoſita; lumen hoc, quod hominibus juſſu Dei, fugatis tenebris diem reddit, quod per duodecim horarum ſpatia curſus ſui ordinem dirigit, ſolem dici volunt, non quia ſolus eſt, ut quidam volunt. quia ibi & cœlum eſt & luna, & alia plurima ſydera quæ videmus, ex quibus quædam una ſerie, & cohærentia perpetua ſimulque copulata lucent, alia tota ſparſa cœlo vagos curſus ſuis metiuntur erroribus. Sed ideo Sol appellatur, quia cum ortus fuerit, obſcuratis cæteris ſyderibus luceat ſolus. Luna etiam hæc eadem Lucina à nocturno lumine nomen accepit. Hanc etiam quidam dici voluerunt Dianam, quod per noctem lucens hominibus alterum penè diem faciat. A natando Neptunum dici voluerunt, ex hoc quod libenter faciebant ſubſtantiam nominis figurantes. Terrenam vim omnem atque naturam, Ditem patrem dicunt; quia hæc eſt natura terræ, ut & recidant in eam omnia, & rurſus ex ea orta procedant, quæ res opulentiam terræ divitiaſque monſtravit. Frugum ſubſtantiam volunt Proſerpinam dicere; quia fruges hominibus, cum ſeri cœperit, proſunt. Terram ipſam Cererem nominant, nomen hoc à ſerendis fructibus mutuatum. Ex bellorum caſibus Mavors nomen accepit, quaſi magna vertat. Minerva ſimiliter bellicum nomen eſt, quaſi aut minuat aut minetur. Venuſtas hominum Venus dicta eſt. Apollinis nomen ex humanis finxerunt caſibus, ſermone græco, quaſi omnia commiſſa ſibi, aut amittat aut perdat. Solem etiam quidam Apollinem dicunt, quia quotidie in occaſu conſtitutus ſplendorem luminis perdat. Perdere autem græci ἀπόλλειν dicunt. Videtis ut veſtros ementitos & fictitios Deos turbulentus error excogitaverit, ut ſuperſtitionibus anilibus & formæ vobis traditæ ſunt & nomina. Sed hæc omnia veritas derexit, & ratio ſanæ mentis invenit, ut inveſtigatis omnibus atque detectis, quæ ſacrilegus error abſconderat, veritatis ſemita luceret. Hæc enim omnia cùm eſſent malè compoſita terrori primum fuere mortalibus: dehinc conſumpta novitate, quaſi ex

longa

longa ægritudine convaleſcentibus hominibus, natus eſt quidam ex admiratione contemptus. Sic paulatim, quod ſtupebat animus, auſus eſt diligenter inquirere, & ſtatim in arcana fictarum ac vanarum ſuperſtitionum ſagax miſit ingenium. Tunc ex aſſiduis tractatibus latentium ratione collecta pervenit ad cauſas, ut profanarum religionum miſeranda commenta humanum genus primum diſceret & deinde contemneret, tertiò recuſaret. Libet nunc explanare quibus ſe ſignis vel quibus ſymbolis in ipſis ſuperſtitionibus miſeranda hominum turba cognoſcat. Habent enim propria ſigna, propria reſponſa, quæ illis in iſtis ſacrilegiorum cœtibus Diaboli tradidit diſciplina. In quodam templo, ut in interiores partes homo moriturus poſſit admitti, dicit: de tympano manducavi, de cymbalo bibi, & religionis ſecreta perdidici. Quod græco ſermone dicitur ἐκ τυμπάνου βέβρωκα, ἐκ κυμβάλου πέπωκα, γέγονα μυσηής. Male miſer homo de admiſſo facinore confiteris, peſtiferum veneni virus hauſiſti, & nefario furoris inſtinctu lethale poculum lambis, cibum iſtum mors ſequitur ſemper, & pœna æterna. Hoc, quod bibiſſe te prædicas, vitalem venam ſtringit in mortem, & ſedes animæ contaminata malorum te continuatione conturbat. Alius eſt cibus, qui ſalutem largitur & vitam; alius eſt cibus, qui hominem ſummè Deo & commendat & reddit; eſt cibus, qui languentes relevat, errantes revocat, lapſos erigit, qui morientibus æternæ immortalitatis largitur inſignia. Chriſti panem, Chriſti poculum quære, ut terrena fragilitate contempta, ſubſtantia hominis immortali pabulo ſaginetur. Quis eſt autem hic panis, vel quod poculum? de quo in libris Salomonis ſapientia magna voce præclamat, ait enim: *Venite, & manducate de meis panibus, & bibite vinum, quod miſcui.* Prov. 9. & Melchiſedech Rex Salem, & ſacerdos ſummi Dei, revertenti Abrahæ cum pane & vino benedictionis obtulit gratiam. Iſaac etiam cum Iacob benedixiſſet, cum hoc idem Eſau à patre ſuppliciter exigeret, reſpondit ei pater: *Dominum tuum feci illum, & omnes fratres ejus feci ſervos, tritico & vino confirmavi illum.* Tunc Eſau caſus ſuos miſera lamentatione deflevit, quia tritici & vini, id eſt, futuræ felicitatis perdidit gratiam. Quod autem conſecratis hominibus à Deo panis divinus iſte præſtetur, per Eſaiam dicit Spiritus ſanctus: *Sic dicit Dominus, Ecce qui ſerviunt mihi manducabunt, vos autem eſurietis. Ecce qui ſerviunt mihi, jucundabuntur, vos confundemini, vos interficiet Dominus.* Non ſolum panis iſte à Deo ſummo ſacrilegis Gen. 14. Gen 27. Eſa. 65.

& im-

& impiis denegatur, sed & pœna promittitur, & acerbæ mortis decernuntur exitia, ut esurientibus faucibus divinæ animadversionis exitus ingeratur. Sequuntur etiam hoc idem XXXIII. Psal. veneranda responsa, ait enim per David spiritus sanctus: *Gustate & videte quoniam dulcis est Dominus, dulce est cœleste pabulum, dulcis Dei cibus, nec habet in se miseræ famis triste tormentum, & de medullis hominum, præcedentis veneni virus excludit.* Hæc ita esse sequentia oraculi responsa declarant, ait enim: *Timete Dominum sancti ejus, quia non est inopia eis, qui metuunt eum. Divites eguerunt, & esurierunt, qui autem inquirunt dominum, non indigebunt omni bono.* Qui sic in templo prætextatus incedis, qui fulges purpura, cujus caput aut auro, aut lauro premitur, errorem tuum turpis egestas insequitur, & cervicibus tuis onerosum paupertatis imminet pondus. Illum quem despicis pauperem, largus & dives est, spatium illi Abraham
Luc.16. in sinu suo præparat. Tunc tu per interjecta flammarum spacia ad mitigandæ conscientiæ tuæ vulnera, tenuem ab eo stillantis aquæ guttulam postulabis, nec tibi volens Lazarus lenimentum doloris tui aut dare poterit aut impetrare. Singulorum enim pari gratia merita pensantur, illi vita confertur, propter hujus seculi mala, tibi propter hujus seculi bona perpetua tormentorum pœna decernitur. Ut autem manifestius diceretur, quinam ille esset panis, per quem miseræ mortis vincuntur exitia, ipse Dominus sancto ac venerando ore signavit, ne per diversos tractatus spes hominum pravis interpretationibus fallerentur. Dicit enim in
cap.6. Euangelio Iohannis: *Ego sum panis vitæ, qui venerit ad me, non esuriet, & qui in me crediderit, non sitiet unquam.* Item in sequentibus hoc idem simili modo significat; ait enim: *Si quis sitit veniat & bibat, qui credit in me.* Et rursus ipse, ut majestatis suæ substantiam credentibus traderet, ait: *Nisi ederitis carnem filii hominis, & biberitis sanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis.* Quare nihil vobis sit cum tympanis, cibo odii miseri mortales, salutaris cibi gratiam quærite, & immortale poculum bibite. Christus vos epulis suis revocat ad lucem, & gravi veneno putres artus, & torpescentia membra vivificat. Cœlesti cibo renovate hominem perditum, ut quicquid in vobis mortuum est, divinis beneficiis renascatur. Didicistis quid vos facere conveniat, eligite quod vultis; inde mors nascitur, hinc immortalis vita donatur. Dicis etiam: χαῖρε νύμφιε χαῖρε νέον φῶς. Quid sic miserum hominem per abrupta præcipitas, calamitosa persuasio? Quid illi falsæ spei polliceris insignia? Nullum

lum apud te lumen est, nec est aliquis sponsus qui hoc mereatur audire. Unum lumen est, unus est sponsus hominum quorum gratiam Christus accepit. Non poteris ad te alienæ felicitatis transferre gloriam, nec poteris cœlestis numinis splendore decorari. In tenebras squallóresque projectus es: illic sordes, squallor, caligo, tenebræ, & perpetuæ noctis dominatur horror. Si vis ut tenuis saltem tibi splendor luminis luceat, erige vultus, & demersos erige oculos, & desertis his ad eum te confer qui dixit: *Ego sum lux mundi*; cujus divinis præceptis continetur, ut in hac terrena conversatione opus nostrum per dies singulos luceat. Lucere autem non potest nisi immaculata nos conscientiæ ornamenta protexerint, nisi integra nos & incorrupta vita commendet, tunc orietur nobis veri luminis gratia: tunc se nobis lucis autor insinuet: tunc vérum lumen & accipere possimus & videre. Sed ut sacrilegæ vocis comprimatur improbitas, quis sit verè sponsus sacrarum lectionum oraculis comprobabo; ut probetur sponsum esse Christum, sponsam Ecclesiam: ex quo venerando patri spirituales filii per dies singulos procreantur. In hac probatione arcana prophetarum veneranda pandantur. Adsistat nobis sanctorum oraculorum fides. Ioel divino spiritu monente sic dicit: *Canite tuba in Syon, sanctificate jejunium, & indicite curationem, aggregate populum, sanctificate Ecclesiam, excipite majores natu, colligite parvulos lactentes, procedat sponsus de cubiculo suo, & sponsa de thalamo suo.* Hoc idem Ieremias simili ratione significat, ait enim cùm Hierosolimæ truci minatur oraculo: *Et auferam de civitatibus Iudæ, & de urbibus Hierusalem vocem lætantium, vocem sponsi & vocem sponsæ.* Processum sponsi etiam per Psalmos prædicat spiritus sanctus. In xviii. Psalmo hoc invenitur oraculum, ait enim: *Et ipse velut sponsus egrediens de thalamo suo exultavit, ut Gigas viam currere. A summo cœli profectio ejus, & decursio ejus usque ad summum ejus, & non est qui latcat à calore ejus.* Secretiora pandantur arcana, in Apocalypsi, quis sit sponsus inveniemus, ita enim scriptum est: *Veni ostendam tibi novam nuptam uxorem agni. Et duxit me in spiritu in montem magnum, & ostendit mihi civitatem sanctam Hierusalem descendentem de cœlo.* Investigandum est, quid etiam nobis de hac ipsa re tradat Euangelica disciplina; inveniemus enim in Euangelio Ioannis ita esse signatum: *Vos mihi testes estis, quoniam dixi eis, qui missi sunt ab Hierosolymis ad me, quia non sum Christus, sed quoniam missus sum ante ipsum. Qui enim habet sponsam sponsus est, amicus autem sponsi est, qui stat & audit eum, & gau-*

Ioh. 8.

cap. 1.

cap. 16.

cap. 21.

cap. 3.

dio gaudet propter vocem sponsi. Hujus rei mysterium ostensum est, hujus sponsi adventum sapientium virginum chorus expectat, huic
Mat. 25. præfert lumina pervigili cura sancta virginitas, expectantibus sponsum servis fœlicium præmiorum promittitur munus. Inve-
cap. 12. nimus enim in Euangelio Lucæ: *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando veniat à nuptiis. Vt cum venerit, & pulsaverit aperiant illi. Felices servi illi, quos adveniens Dominus invenerit vigilantes.* Ecce venerandorum responsorum oraculis sponsus ostensus est. Quid tu tibi in acerbis casibus constitutus beatum nomen imponis? Si vis liberatus lumen sequi sponsi, projice errores, & pervigili cura sollicitus, præcedentia vitæ facinora religiosa devotione castiga. Tunc te in nomine suo cum vigilantem invenerit sponsus, cum fidei tuæ merita cognoverit, dabit maximum præmium, dabit integrũ munus, intrabis cum eo cœli thalamum, videbis regna mundi, & ut eorum particeps esse possis, à piissimo & justissimo Domino immortalitatis tibi gratia conferetur. Alterius profani Sacramenti signum est: Θεὸς ἐν πίτραις. Cur hoc sanctum venerandumque secretum ad profanos actus adulterata professione transfertis; Alius est lapis, quem Deus in confirmandis fundamentis promissæ Hierusalem missurum se esse promisit. Christus nobis venerandi lapidis significatione monstratur. Quid tu ad commaculatas superstitiones furtiva fraude venerandi transfers nominis dignitatem? Lapidem tuum ruina sequitur, & cadentium culminum funesta collapsio. Noster lapis Dei fundatus manu extruit, confirmat, erigit, munit & restaurati corporis gratiam, perpetuæ immortalitatis splendore condecorat: ait enim de hoc Esaias, in-
Esa. 28. nuente spiritu sancto: *Sic dicit Dominus, ecce ego immitto in fundamenta Sion lapidem preciosum, electum, summum angularem, honoratum, & qui crediderit in eum, non confundetur.* In Psalmis etiam simile responsum est: ait enim spiritus sanctus in CXVII. Psal. *Lapis quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. An non factus est iste, & est mirabilis in oculis nostris?* Per multos prophetas spiritus sanctus nominis istius ordinem monstrat; ait enim Zacharias
cap. 3. propheta: *Ecce ego adduco puerum meum, ortus ei nomen est, quoniam lapis, quem dedi coram Iesu, super lapidem ipsum unum, septem oculi sunt.* Sed ut manifestius constet, antiquiora venerandarum lectio-
cap. 27. num secreta pandamus. In Deuteronomio ita comprehensum est: *Et scribes super lapidem omnem legem hanc.* Iesus etiam Nave

jussu

jussu divinitatis hoc specialiter comprehendit, ait enim: *Et accepit lapidem magnum, & statuit eum contra Dominum. Et ait Iesus ad populum: Ecce lapis iste erit mihi in testimonium, quia iste audivit omnia quæ dicta sunt à Domino quando loquutus est ad vos. Et erit iste nobis in testimonium in novissimo dierum, quando recesseritis à Domino vestro.* Quod autem per hunc lapidem, id est, per Dominum nostrum Iesum Christum, & dii isti casuri sint, & multitudo templorum, aperte Daniel venerandis oraculis explicavit, ait enim, cùm interpretaretur somnium regis: *Et ecce imago, imago nimis magna, & contemplatio ipsius imaginis metuenda, elata stabat contra te, cujus caput fuit ex auro bono, pectus & brachia ejus argentea, venter & femora ærea, pedes autem ex parte quidem ferrei, ex parte autem fictiles, quoadusque abscissus est lapis de monte, sine manibus concidentium, & percussit imaginem super pedes ferreos & fictiles, & comminuit eos minutatim, & factum est simul ferrum & testa, & æramentum & argentum, & aurum facta sunt minuta quasi palea, & ut pulvis in arida æstate, & ventilavit illa ventus, ita ut nihil remanserit in illis. Et lapis qui percussit imaginem factus est mons magnus, & implevit totam terram.* Quis locus in terra est, quem non Christi possederit nomen? qua Sol oritur, qua occidit, qua erigitur septentrio, qua vergit auster, totum venerandi numinis majestas implevit. Et licet adhuc in quibusdam regionibus idololatriæ morientia palpitent membra, tamen in eo res est, ut è Christianis omnibus terris pestiferum hoc malum funditus amputetur. De idololatrarum lapide, de quo dicunt: Θεὸς ἐκ πέτρας quid prophetarum respondet oraculum? quis autem restitit, vel cui parcit iste lapis? Lapis autem hic sanctus, id est, Christus aut fidei fundamenta sustentat, aut in angulo positus, duorum parietum membra æquata moderatione conjungit, id est, veteris & novi Testamenti in unum colligit gentes; aut certe corporis & animi diversitatem, inviolata homini immortalitate consociat; aut legem promulgat, aut contra peccantes testimonium perhibet: aut (quod est potius) imaginem Diaboli percutit, ut superato eo atque prostrato, & in cinerem favillasque converso, erecto sublimitatis suæ vertice, purum dominationis imperium habeat. Vos nunc Constanti & Constans, sacratissimi Imperatores, & venerandæ fidei vestræ imploranda virtus est, quæ supra homines erigitur, & à terrena fragilitate separatur, cœlestiumque se rerum societate conjungit, quæ in omnibus actibus suis, prout potest, Dei summi sequitur voluntatem. Modicum tantum superest, ut legibus vestris

cap. 24.

cap. 2.

funditus proſtratus Diabolus jaceat, ut extinctæ idolatriæ pereat funeſta contagio. Veneni hujus virus evanuit, & per dies ſingulos ſubſtantia profanæ cupiditatis exſpirat. Erigite vexillum fidei, vobis hoc divinitas reſervavit, cujus favore eminentes proſtratores eſtis omnium hoſtium veſtrorum; quorum opera Romanum infirmabatur imperium. Signum venerandæ legis erigite, ſancite, promulgate quod proſit; Sit fauſtum fœlixque Reip. quod tot acervis cæſorum hoſtium proſtraviſtis exercitum. Felices vos quoque gloriæ ac voluntatis ſuæ Deus fecit eſſe participes, idololatriæ excidium, & profanarum ædium ruinas propitius Chriſtus populo veſtris manibus reſervavit. Ille ſpiritualibus armis malos ſpiritus, vos mala terrena viciſtis. Erigite tropæa victoriæ, & proferatur ingens titulus triumphorum: profanarum rerum ſtrage gaudentes, exultate fortius, exultate fidenter. Fælicitas veſtra cum Dei virtute conjungitur, pro ſalute hominum Chriſto pugnante viciſtis. Omnia ſymbola profanæ religionis per ordinem ſuggerantur, ut probemus nequiſſimum hoſtem generis humani de ſanctis hæc venerandiſque prophetarum oraculis ad contaminata furoris ſui ſcelera tranſtuliſſe. Invenimus enim & ita dici: ἑλιλικερες διμορφει. Deus iſte veſter non biformis eſt, ſed multiformis. In multas enim ſpecies veteratoris forma mutatur. Ipſe eſt baſiliſcus & ſcorpio, qui fidelium ſecuris veſtigiis premitur: ipſe malicioſus anguis, cujus caput quærit decepta mortalitas: ipſe tortuoſus Draco, qui hamo ducitur, qui captivus includitur: iſte Deus veſter Lernei anguis crinibus adornatur, videns ut percuſſo domino morientium anguium turba ſuccedat. Quid ſic renaſcentibus hydris pullulas? quid te fœcunda ſcelerum ſobole componis? mortis tuæ viam didicimus, ſcimus quibus remediis artis tuæ venena vincantur. Chriſti immortalem ſanguinem bibimus, noſtro ſanguini Chriſti ſanguis adjunctus eſt. Hoc eſt ſalutare remedium ſcelerum tuorum, quod à Dei plebe mortiferum virus excludit. Quis Deum iſtum, quem plangunt, cum cornibus vidit? quæ ſunt iſta cornua, quæ habere ſe jactat? Alia ſunt cornua, quæ propheta ſancto ſpiritu annuente commemorat, quæ tu, Diabole, ad maculatam faciem tuam putas te poſſe transferre. Vnde tibi ornamenta quæris & gloriam? Cornua nihil aliud niſi venerandum ſignum crucis monſtrant. Hujus ſigni uno extenſo ac directo cornu mundus ſuſtentatur, terra conſtringitur. Et è duorum quæ per latus vadunt compagine oriens tangitur, occidens ſuble-

Iob. 40.

sublevatur, ut sic totus orbis tripartita stabilitate firmatus confixi operis, immortalitatis radicis fundamenta teneantur: hoc secretum nobis venerandum prophetæ oraculum tradidit. Inveniemus enim in Abacuc ita esse perscriptum: *Texit cœlos virtus ejus & laude ejus plena est terra. Et splendor ejus ut lux erit, cornua in manibus ejus erunt. Et illic constabilita est virtus gloria ejus, & constituet dilectionem suam. Ibit verbum, & præcedet secundum gressus suos.* cap 3. En veneranda crucis cornua, en sanctæ virtutis immortale fastigium, & glorioſi operis divina compago. Tu Christe mundum ac terram extensis manibus, tu cœleste sustentas imperium; tuis immortalibus adhæret humeris salus nostra, tu Domine æternæ vitæ bajulas signum, tu venerando instinctu hoc nobis denuncias per prophetas. Ait enim Esaias: *Ecce natus est nobis filius, imperium super humeros ejus, & vocatum est nomen ejus magna cogitationis nuncius.* cap. 9. Hæc sunt crucis cornua, quibus omnia & sublevantur pariter & continentur. His cornibus bene hominum nititur vita. Ut Amalech vinceretur extensis manibus Moyses hæc imitatus est cornua, ut facilius impetraret, quod magnopere postulabat, crucem sibi fecit ex virga. Ad hæc cornua festina celeritate properate, ad hæc cornua humili veneratione confugite. His vos affigant cornibus, justicia, æquitas, pudicitia, misericordia, patientia, fides: ut veneranda præferentes insignia, consecrati fontis majestate gaudentes, & sepulturæ Christi participes sitis & vitæ. Exod. 17. Aliud etiam symbolum proponamus, ut conamine cogitationis scelera revelentur: cujus totus ordo dicendus est, ut apud omnes constet, divinæ dispositionis legem perversa Diaboli esse imitatione corruptam. Nocte quadam simulacrum in lectica supinum ponitur, & per numeros digestis fletibus plangitur. Deinde cum se ficta lamentatione satiaverint, lumen infertur. Tunc à sacerdote omnium qui flebant, fauces unguntur, quibus perunctis, sacerdos hoc lento murmure susurrat:

Θαῤῥεῖτε μύσται τὸν θεὸν σεσωσμένον,
Ἔσται γὰρ ἡμῖν ἐκ πόνων σωτηρία.

Quid miseros hortaris ut gaudeant? quid deceptos homines lætari compellis? quam illis spem, quam salutem funesta persuasione promittis? quid illos falsa pollicitatione sollicitas? Dei tui mors nota est, vita non comparet, nec de resurrectione ejus divinum aliquando respondit oraculum, nec hominibus se post mortem, ut sibi crederetur, ostendit, nulla hujus operis documenta promi-

sit, nec se hoc facturum esse præcedentibus monstravit exemplis. Idolum sepelis, idolum plangis, idolũ de sepultura profers, & miser, cum hoc feceris, gaudes. Tu Deum tuum liberas, tu jacentia lapidis membra componis, tu insensibile corrigis saxum. Tibi habeat gratias Deus tuus, te paribus remuneret donis, & sui velit esse participem, sic moriaris ut moritur, sic vivas ut vivit. Nam quod unguento perungũtur fauces, quis non facinus istud despecta vanitate cõtemnat? Habet ergo Diabolus Christos suos, & quia ipse Antichristus est, ad infamiam nominis sui miseros homines scelerata societate perducit. Unguentũ hoc reserva mortuis reserva morituris, ut quos laqueis tuis ceperis, eos venenato unguento oblitos lugubri ac funesto semper mergas exitio. Aliud est unguentum, quod Deus pater unico tradidit filio, quod filius credentibus divina nominis sui majestate largitur. Christi unguentum immortali compositione conficitur, & spiritualibus pigmentorum odoribus temperatur. Hoc unguentum à mortalibus laqueis putres hominum artus exuit, ut sepulto primo homine, ex eodem statim homine homo alius fœlicius nascatur. Et ut hoc manifestius explicetur, sacrarum lectionum arcana pandenda sunt. Ait
Psal. 44. enim David, ut hujus unguenti gratiam traderet: *Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit tibi in æternum. Accingere gladium tuum circa femur tuum potentissime. Specie & pulchritudine tua intende, prosperè procede, & regna. Propter veritatem & mansuetudinem & justiciam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ acutæ potentissimæ populi intra te decident in corde inimicorum Regis. Sedes tua Deus in seculum seculi: virga recta, est virga regni tui. Dilexisti justiciam, odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Mirrha & gutta, casia à vestimentis tuis de ædificiis eburneis, ex quibus te jucunditate affecerunt.* Immortalis unguenti secreta pervidimus, & divinæ nobis dispositionis ordo monstratus est. Regnum perpetuum, & cœli diadema domino nostro cum unguenti majestate collatum est. Quis autem hic sit qui regendi orbis accepit potestatem, qui venerandi nominis majestate decoratur, aliud nobis monstrat oraculum: ait enim is idem David:
Psal 2. *Vt quid fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum adversus dominum, & adversus Christum ejus.* Quid te sic extollis sacrilega persuasio? quid miseros homines effrenata temeritate circumvenis? unguentum Christi cœli donat imperium, unguentũ vestrum gehennæ suscitat flammas.

flammas. Sed quod impuro ore sacerdos iste, & polluta verborum contaminatione componit, libet diligenti inquisitione discutere. Liberato Deo suo, bonum animum gerere socios, fiduciam bonæ spei habere persuadet. O quam miseris, quàm luctuosis se laqueis involvit caduca calliditas. Quis Deum tuum liberat? cui hoc præstitit, quod laborat? Disce, disce quod nescis, disce quod non vides. Christus filius Dei, ut humanum genus à mortis laqueis liberaret, omnia ista sustinuit, ut captivitatis duræ jugum tolleret, ut hominem patri redderet, ut mitigata offensa hominum cum Deo prospera conciliatione componeret, ut promissæ resurrectionis fructum proprio monstraret exemplo, fecit filius Dei quod ante promiserat, clausit januas sedis infernæ, & duræ legis necessitatem calcata morte prostravit. Per triduum recens ita ab eo justorum turba collecta est, ne diutius contra eos mortis dominaretur improbitas, ne justorum meritum ex longa desperatione concideret, fregit claustra perpetua, & ferreæ fores Christo jubente collapsæ sunt: ecce terra contremuit, & fundamentorum suorum stabilitate concussa, præsentis Christi numen agnovit. Ante præ- *Luc. 23.*
finitum tempus præcipitat diem mundi rotata vertigo; & Sol non completo diurnarum horarum spacio properato cursu vergit in noctem. Ecce veli fastigia summa finduntur, & obscurioribus te- *Mat. 27.*
nebris orbem terrarum caligo noctis abscondit. Omnia elementa Christo pugnante turbata sunt, tunc scilicet cum primùm contra mortis tyrannidem humanum corpus armavit. Per triduum ista conflictatione pugnatum est, quam diu mors superatis malicię suæ viribus frangeretur. Quid solita impatientia homo religiose, homo Christi desperas & deficis. Tridui moram non fers, sollicitudinem ac desperationem tuam novis precibus confiteris? Hoc te facturum esse illo die spiritus sanctus veneranda voce significat, cùm per David dicit: *Æstimati sumus sicut oves occisionis. Exurge quare obdormis Domine, exurge & ne disperdas usque in finem. Quare faciem tuam avertis? obliviscéris inopiam nostram, & tribulationem: quoniam humiliata est in pulvere anima nostra, hæsit in terra venter noster. Exurge Domine opem fer nobis, & libera nos propter nomen tuum.* Ecce post *Psal. 44.*
triduum lucidior solito dies oritur, & reddita soli præteriti luminis gratia. Omnipotens Deus Christus splendidioribus solis radiis adoratur. Exultat salutare numen, & triumphales currus ejus justorum ac sanctorum turba comitatur. Tunc elato gaudio clamat elata mortalitas: *Vbi est mors aculeus tuus?* Tunc præcurrens *1. Cor. 15.*

salutare

salutare numen aperiri sibi cœlestes januas præcipit. Aperite, aperite, & immortalia claustra convellite. Christus Deus calcata morte ad cœlum, hominem quem susceperat revocat. Hoc à venerando propheta sancta voce præcanitur, & ex ore prophetico vox jubentis auditur, ait enim spiritus sanctus, ut nobis potentiam Christi jubentis ostenderet: *Tollite portas Principes vestras, & extollite portæ æternales, & introibit rex gloriæ.* Hoc angelis nescientibus imperatur, neque enim scire potuerunt, quando verbum Dei descendit ad terram, ideo & ipsi sollicita interrogatione re-
Psal.24. spondent: *Quis est iste rex gloriæ?* Quibus quærentibus perspicua Christus numinis sui majestate respondit: *Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.* Cognoscitur statim à custodibus cœli filius Dei, & quicquid illos ante fefellit, agnoscunt. Vident prostrati hostis exuvias, & recordati primæ dispositionis ordinem, etiam ipsi cum ascendentibus iterata pariter voce conclamant: *Tollite portas qui præstis illis, & extollite vos portæ æternæ & introibit rex gloriæ.* Reverso filio promissa pater regni sceptra restituit, & sellam regni æqua potestate concedit, ut imperet [ut regnet] ut teneat, ut per-
cap.7. petua numinis sui majestate dominetur. Audi quid de illo Danielem spiritus sanctus jusserit dicere: *Videbam in visu nocte, & ecce in nubibus cœli quasi filius hominis veniens, venit usque ad veterem dierum, & stetit in conspectu ejus, & qui assistebant obtulerunt eum. Et data est ei potestas regia, & omnes reges terræ & regnum & omnis claritas servivit ei. Et potestas ejus æterna, quæ non auferetur, & regnum ejus non corrumpetur.* Hæc eadem nobis sancta revelatione monstrantur: inveni-
cap.1. mus enim in Apocalypsi ita esse perscriptum: *Et conversus respexit, ut viderem, vocem, quæ mecum loquebatur, & vidi septem candelabra aurea, & in medio candelabrorum similem filio hominis vestitum podere, & erat præcinctus supra mammas zona aurea. Caput autem ejus & capilli erant albi, velut lana alba ut nix, oculi ejus ut flamma ignis, & pedes ejus similes aurichalco, sicut de fornace ignea, & vox ejus, ut sonus aquarum multarum, & habebat in dextera sua septem stellas, & ex ore ejus gladius, ex utroque acutus, & facies ejus splendebat, ut sol in virtute sua. Et cum vidissem cecidi ad pedes ejus tanquam mortuus. Et imposuit dexteram suam super me dicens: Noli timere, ego sum primus, & novissimus, & vivus, qui fueram mortuus, & ecce sum vivens in secula seculorum, & habeo claves mortis, & inferorum.* Post resurrectionem etiam, cùm discipulis suis daret certa mandata, immortalium mandatorum ordinem ista
Mat.28. lege concluſit: *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Ite ergo*

& do-

& docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, docentes eos observare omnia, quæcunque præcepi vobis. Quod autem Deus pater participem eum regni faciens, regalis sellæ ei concesserit sedes, hoc docetur oraculo: *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, quoadùsque ponam inimicos tuos subpedaneum pedum tuorum. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Syon, dominaberis in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die virtutis tuæ, in claritate sanctorum, & ex utero ante luciferum genui te. Iuravit Dominus, nec pœnitebit eum.* Hi sunt inimici Dei sacratissimi Imperatores, qui veritatis ordinem contraria lege conturbant; qui perversæ cupiditatis instinctu sacrilega vota concipiunt, qui profanæ mentis furore aut lignum semper venerantur aut lapidem. In isto loco positi ordinem debemus sanctæ dispositionis aperire: ut quicquid nobis investigantibus sanctum Dei verbum, prophetica tradidit disciplina, ad refutandas profani erroris maculas specialiter explicetur, ne * sicut nos diximus, commenti sunt, qui sacrilegia errantibus tradiderunt. Sic à nobis ordo veritatis curiosius requiratur. Suspensis itaque paululum cæteris ad hæc explicanda, quæ vera sunt, transferatur oratio. Vos, Domini Imperatores, sanctarum aurium vestrarum mihi commodate patientiam, ut totum clementiæ vestræ, quod promittimus, explicemus. Cur Deus, id est, filius Dei, homo passus est fieri, brevi ac vera pietati vestrę ratione monstrabitur. Cum hominem primum, id est, Adam, ad imaginem suam Deus faceret, certam illi mandatorum dedit legem. Is per fœminam, id est, Evam deceptus, Diaboli persuasionibus, promissæ sibi gloriæ perdidit dignitatem. Lignum erat in Paradiso, quo promissorum à Deo præmiorum perdidit gratiam. De virginis terræ limo homo factus est: nondum enim, ut ait scriptura, supra terram pluerat. Hic contemptis mandatis Dei, humanum genus mortalitatis laqueis afflixit. Oportebat hoc totum & reformari, & corrigi, & reformatio originis debuit reformare primordia. Ex virginis terræ limo factus Adam prævaricatione propria promissam perdidit vitam. Per virginem Mariam ac Spiritum sanctum Christus natus, & immortalitatem accepit & regnum. Arbor ligni pestiferum deceptis pabulum præbuit: lignum crucis vitam immortali compage restituit. Contempsit Adam, obedivit Deo Christus. Sic divina dispositione quicquid Adam perdidit Christus invenit. Nam post multa tempora novissimis temporum spaciis [id est, novissima penè, seculorum hebdomade] verbum Dei

Psal. 109.

Gen. 1. 5.

humano se miscuit corpori, ut hominem liberaret, ut mortem vinceret, ut fragilitatem humani corporis cum divina immortalitate conjungeret. Quid enim faceret tanta turba sanctorum? quæ illis spes salutis? quod meritorum præmium, si sub una, eademque conditione sortis ineluctabilibus mortalitatis laqueis etiam ipsa obligata teneretur? Nihil Abel, nihil Enoch, nihil Noe, nihil Sem, nihil Abraham, nihil Isaac, nihil Iacob de Dei sibi misericordia ac majestate promitterent: irent etiam ipsi post tantum fidei meritum cum cæteris omnibus pariter addictis, & omnes Dei sanctos unum mortis exitium exciperet, nec haberet apud Deum præmium pietas, si una eademque omnes conditio mortis hauriret. Sed Deus Abrahæ clarius à cœli syderibus promiserat regnum: ideò ex genere Abrahæ descendens Maria virgo Deum concipit, ut supradictorum hominum soboles immortalis societatis vinculo jungeretur, & sic humanum genus per hominem pariter & Deum æquata societatis comparatione conjunctum, ad immortalitatis imperium obedientiæ merito perveniret. Quia itaque, sacratissimi Imperatores, curiosis auribus satisfecimus, reliqua prosequamur, ut vel sic pollutarum aurium sordes purificans possit sermo purgare. Sequitur adhuc aliud symbolum, quod promagno miserorum hominum credulis auribus traditur; Ταῦρος δράκοντος, καὶ δράκων ταύρου πατήρ. Aliquando nobis signa, Diabole, maculati nominis prodidisti, aliquando infame nomen propria voce confessus es. Scio qui fueris, quid ausus sis, scio quid fecerit scelerum tuorum malitiosa persuasio. Hoc erat, quod Evæ, quum eam perderes, magnopere pollicebaris, cum ei diceres: *Eritis quasi Dii.* Tunc parabas tibi ac tuis templa, & delubra faciebas, & venenati oris illuviem nefariis ceremoniis consecrabas. Serpis in templis, & occisarum hostiarum misero pasceris sanguine. Nec venenis tuis cruor defuit, nec semiustæ crematorum corporum partes, humanarum te etiam victimarum frequenter sanguine cruentasti. Et saciaris templi cruore, vel ara Carthaginis rabies tua, & siccarum faucium venena nutrita sunt. Tu hæc faciens hominibus te miseris prodesse jactas, ut crudelitate tua perimas, persuasione decipias, pollicitatione prosternas. Sic tuis prospicis parricida. Fugite ô miseri homines fugite, & contagionem istam quantacunque potestis celeritate deserite. Draco est, qui colitur. Latere non potest, proprietatem nominis sui ipse confessus est. Confessum reum pœna consequitur. Audite

Gen. 3.

quid

quid ſanctus propheta divina inſtigatione denunciet. Oraculum hoc Eſaiæ nobis fides tradidit, ait enim: *In illa die ſuperinducet Deus gladium ſanctum & magnum, & fortem ſuper Draconem, ſerpentem magnum, & tortuoſum, & interficiet Draconem.* cap. 27. Voluntas Dei perfectio operis ſubſtantia eſt. Bene Draconis lata ſententia eſt: quicquid Deus dixit factum eſt, morituri Draconis hoc ſolatium eſt, ut exitium ſuum frequens perditorum turba comitetur. Si mortis ejus dies quæritur, tunc percuſſus eſt, cum hominem Deum vidit, cumque nobis Chriſti numen apparuit. Poſt illum diem, qui ſerpentis hujus ſecutus fuerit inſtitutum, neceſſe eſt ut cum ſerpente moriatur. Deos iſtos, quos colitis ipſe finxit, ipſe compoſuit. Si pertinaces animi veſtri in iſto errore permanſerint, ardebitis etiam vos pariter cum Diis veſtris, ut quicquid autores veſtri divina animadverſione meruerunt, etiam ad veſtrum exitium hoc ſocietatis conſortio transferatur. Mihi credite nihil prætermiſit Diabolus, quod hominem miſerum aut debilitaret aut perderet: ideo ſeſe in omnes formas multiplici diverſitate convertit, ideo ſe diverſi generis calliditate compoſuit, ut variis ac multiplicibus fraudibus homines irretitos interimeret. Sacra ſua perditus carnifex, prô nefas, per lignum ſemper renovari diſpoſuit, ut quia ſciebat ita fore, ut ligno crucis affixa vita hominis perpetuæ immortalitatis compagine ſtringeretur, ideo perituros homines ex ligni imitatione deciperet. In ſacris Phrygiis, quæ matris Deum dicunt, per annos ſingulos arbor pinea cæditur, & in media arbore ſimulachrum juvenis ſubligatur. In Iſiacis ſacris de pinea arbore cæditur truncus, hujus trunci media pars ſubtiliter excavatur. Illis de ſegminibus factum idolum Oſiridis ſepelitur. In Proſerpinæ ſacris cæſa arbor in effigiem virginis formamque componitur, & cum intra civitatem fuerit illata, quadraginta noctibus plangitur, quadrageſima verò nocte cõburitur. Sed & illa alia ligna, quæ dixi, ſimilis flamma conſumit; nam etiam poſt annum ipſorum lignorum rogum flamma depaſcitur. Erraſti miſer, & vehementer erraſti, nihil tibi poterit ignis iſte prodeſſe, fruſtra tibi ex iſta flamma blandiris, hunc ignem commentis tuis ſemper renovans. Ignis qui de facinoribus tuis exigit pœnas, perpetua tormentorum continuatione graſſatur. Divini ac liberantis ligni ordinem diſce, ut ſcias nulla tibi poſſe ratione ſuccurri. De cataclyſmo humanum genus arca lignea liberavit. Deinde Abraham ligna unici filii humeris imponit. De Ægypto recedentem populum Dei plebem

Gen. 7. *Gen. 22.* *Exod. 14.*

Exod.15. lignea virga protexit. Lignum dulcem saporem amaræ myrrhæ
Exod.17. fontibus reddidit. Lignea virga ex spirituali petra salutaris unda
Exod.17. profertur. Et, ut Amalech vinceretur, circa virgam Moyses ex-
Gen.28. pansis manibus extenditur. Scalæ ligneæ patriarcha incumben-
tem angelum somniat, & per eandem alios ascendere, alios cernit
Exod.40. descendere. Et lex Dei arcæ ligneæ creditur, ut his omnibus, qua-
si per gradus quosdam, ad lignum crucis salus hominum pervenis-
ret. Quapropter lignum crucis cœli sustinet machinam, terræ
fundamenta corroborat, affixos sibi homines ducit ad vitam. Li-
gnum Diaboli ardet semper & moritur, & ad ima tartari creden-
tes homines cum favillis suis ducit. Illud etiam quale sit ratione
tractetur. Arborem suam Diabolus consecrans, intempesta nocte
arietem in cæsæ arboris facit radicibus immolari. Quis tibi hoc
scelerate persuasit? unde hoc pestifera cupiditate didicisti? Sem-
pernè te contra Dominum summum nefaria cupiditate componis?
ideò te de cœlo severum divinitatis judicium caduca humilitate
præcipitat, ideò tibi Dei sententiâ perpetua pœna decernitur,
quod facinoribus tuis per dies singulos novum semper additur fa-
cinus, quod hominem Dei fraudulenta conaris persuasione deci-
pere. Vide quid sibi ludibriosus hostis invenerit. Abrahæ im-
Gen.22. molaturo filium jussu Dei aries supponitur, & in vicinæ arboris
Exod.12. radicibus alligatur. Liberaturus Deus summus ex Ægyptiorum
tyrannide plebem suam, arietem nocte jussit occidi, & sanguine
ejus postes liniri præcepit. Ipsum à certo numero hominum per
nocturnas epulas confici jubet, & sacrificio ipsi Paschæ nomen
imponit. Sed hoc ad imaginem futurorũ providentia divinæ ma-
jestatis invenit, ut per signum, verum Pascha nobis ostenderet.
Ideò cùm de passione Domini nostri divino Spiritu jubente Pro-
Esai.53. pheta præcaneret, ait: *Sicut ovis ad victimam ductus est, & sicut agnus coram tondente se, sic non aperuit os suum. In humilitate judicium ejus sublatum est. Nativitatem ejus quis enarravit? quoniam auferetur à terra vita ejus.* Alius etiam Propheta hæc eadem simili respondit ora-
Hierem. culo: *Domine significa mihi & cognoscam, tunc vidi meditationes eorum. Ego sicut agnus sine malicia perductus sum ad victimam. In me cogitave-runt cogitatum dicentes: Venite mittamus lignum in panem ejus, & eradamus à terra vitam ejus.* Agnum autem appellari Dominum no-
strum sancta nobis revelatione monstratur. In Apocalypsi enim
cap 3. ita invenimus esse perscriptum: *Et vidi in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum agnum stantem, quasi occisum habentem*

cornua

cornua septem, & oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei missi per orbem terræ. Et venit & accepit librum de dextra sedentis in throno. Et cum accepisset librum, quatuor animalia & viginti quatuor seniores prostraverunt se ante agnum, habentes singuli aureas cytharas plenas odoramentis supplicationum, quæ erant orationes sanctorum, & cantaverunt novum canticum dicentes: Dignus es accipere librum, & aperire signa ejus, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo sanguine tuo ex omni tribu & lingua & populo & natione, & nos regnum Deo nostro sacerdotesq; fecisti, & regnabimus super terram. Iohannes quoque filium Dei agni nomine appellat, ut & ipse propheticæ pollicitationi respondeat; ait enim in Euangelio: *Altero die videt Iohannes Iesum venientem ad se & ait: Ecce agnus Dei, ecce qui aufert peccata mundi.* Pro salute hominum agni istius venerandus sanguis effunditur, ut sanctos suos filius Dei profusione precioſi sanguinis redimat: ut qui Christi sanguine liberantur, majestate prius immortali sanguinis consecrentur. Neminem apud idola profusus sanguis juverit. Et ne cruor pecudum miseros homines aut decipiat aut perdat, polluit sanguis iste non redimit, & per varios casus homines premit in mortem. Miseri sunt, qui profusione sacrilegi sanguinis cruentantur. Tauribolium vel Criobolium scelerata te sanguinis labe perfundit. Laventur itaque sordes illæ, quas colligis. Quære fontes ingenuos, quære puros liquores, ut illic te post multas maculas cum Spiritu sancto Christi sanguis incandidet. Ut autem miseros homines ad sanam mentem revocet plena persuasio, majore autoritate opus est, ut curatis ac sanatis mentibus, nullum præcedentis pestilentiæ vestigium relinquatur. Quid itaque sunt idola, vel quam habeant substantiam, propheratum oraculis, ac divina voce monstratum est, quæ omnia specialiter dicenda sunt, ut hoc non nostra temeritate prolatum, sed divino magisterio nobis traditum, & cœlesti agnoscatur voce signatum. Quæ sit substantia ejus sapientiæ veneranda voce monstratur, ait enim in libris Salomonis: *Omnia idola nationum æstimaverant Deos, quibus neque oculorum visus est ad videndum, neq; nares ad percipiendum spiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum. Sed & pedes eorum pigri ad ambulandum. Homo enim fecit illos, & qui spiritum mutuatus est finxit illos. Nemo autem sibi hominum poterit Deum formare: cum sit enim mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Melior est autem his quos colit, quoniam quidem ipse vixit, illi nunquam.* Quid amplius quærimus, sapientia nos divina voce convenit, & quicquid in arcanis Dei viderat docuit, & quod

cap. 1.

Sap. 15.

erat salubre, monstravit, ne fragilis & caduca mortalitas in exitium suum mortemque properaret. Hoc idem in Psalmis prænonet Spiritus Sanctus. Invenimus enim in Psalmo CXXXIV. ita esse perscriptum : *Idola gentium, argentum & aurum, opus manuum hominum. Os habent & non loquuntur, oculos habent & non vident, aures habent & non audiunt. Neque enim est spiritus in ore ipsorum, similes sunt illis qui faciunt ea.* Si artifex, qui ad ostentationem ingenii simulachrum aut sculpsit, aut fudit divina maledicti animadversione percutitur, quid sperare debeat considerandum est, qui quod alter vendidit, Deum dicit. Hieremias etiam cum præcepta Deo jubente plebi daret, hac populum oratione convenit : *Dicite autem in corde vestro, tibi oportet adorare Domine. Angelus autem meus vobiscum est, legem autem exquiram ab animabus vestris. Lingua eorum polita fabro, ipsa etiam inaurata, & inargentata falsa sunt, & non possunt loqui : Et sicut virgini hortatu amantis accepto auro fabricati sunt coronas supra capita Deorum suorum. Est autem quando subtrahent sacerdotes à Diis suis aurum & argentum, & erogabunt illud in semetipsos. Dabunt etiam ex ipso & prostitutis meretricibus, ornabuntq; illos ut homines vestimentis, Deos argenteos, & aureos, & ligneos.* Addit etiam in sequentibus, ut omnem dubitationem trepidationis excutiat: *Supra corpus ejus & caput volitant noctua & hirundines & aves similiter. Vnde scietis quia non sunt Dii? Non ergo timueritis eos. Aurum est, quod circa se habent ad speciem, nisi aliquis exterserit aruginem, non fulgebit. Neq; enim cum conflabuntur sentient, precio empti sunt in quibus Spiritus non est, sine pedibus in humeris portantur.* Addit etiam ut confirmata mens fortius roboretur : *Scientes itaque ex his quia non sunt dii, ne timueritis eos.* Et ut sacerdotum eorum miserum dedecus monstret, addit : *In domibus eorum sacerdotes sedent habentes tunicas scissas, & capita & barbas rasas, quorum capita nuda sunt. Rugiunt autem clamantes contra Deos suos, sicut in gehenna mortui.* Quod autem & reges & gentes hæc de ipsis pronunciaturi sunt, is idem Propheta præsaga voce significat, ait enim : *Scietur postea, quia falsa sunt gentibus universis, & regibus. quia manifestum est, quod non sunt dii, & nullum Dei opus sit in ipsis. Regem regioni non suscitabunt, neque pluviam hominibus dabunt. Iudicium quoque non discernent, neque regionem liberabunt ab injuria, quia nihil possunt. Et cum inciderit in domo Deorum ligneorum & inauratorum, & inargentatorum ignis, sacerdotes illorum liberabuntur : ipsi autem sicut trabes in medio comburentur. Regi autem & bello non resistent, quomodo existimandum est, vel recipiendum, quia sunt*

Baruch. 6.

Baruch. 6.

Dii?

Dii? Neque à furibus, neque à latronibus se liberabunt Dii lignei & aurati, & inargentati, quibus hi, qui fortes sunt, aurum & argentum, quo operti sunt, auferent illis. Tollite, tollite securi, sacratissimi Imperatores, ornamenta templorum. Deos istos aut monetæ ignis, aut metallorum coquat flamma. Donaria universa ad utilitatem vestram dominiumque transferte. Post excidia templorum in majus Dei estis virtute provecti; Vicistis hostes, propagastis imperium: &, ut virtutibus vestris gloria major accederet, mutato ac contempto temporum ordine. Hyeme (quod nec factum est aliquando, nec fiet) tumentes, ac sævientes undas calcastis Oceani sub remis vestris. Incogniti jam nobis penè maris unda contremuit, & insperatam Imperatoris faciem Britannus expavit. Quid amplius vultis? Virtutibus vestris victa elementa cesserunt. Quod autem Deus jubeat idola non fieri, sacrosanctæ legis scripta declarant. In Exodo enim sic invenimus esse perscriptum; *Non facietis vobis Deos argenteos, neque Deos aureos.* Et rursus in eodem libro, vocem Dei jubentis invenio: *Non facies idolum, nec cujusquam similitudinem.* Pudorem miseris indicit Spiritus Sanctus, quia cupit errantes revocare, non perdere. Et ait per Esaiam: *Confundemini confusione, qui fiditis super sculptilia, qui dicitis fusilibus: vos estis Dii nostri.* Dat etiam legem, quam consecratus populus devota perpetuitate custodiat, & ita mandat: *Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli servies.* Et in Deuteronomio similia Dei mandata noscuntur, ait enim: *Non erunt tibi Dii alii absque me.* Addit etiam, ut animis eorum majestatis suæ pondus insinuet: *Videte, videte quia ego sum, & non est Deus præter me. Ego interimam, & vivere faciam, percutiam & ego sanabo, & non est, qui eripiat de manibus meis.* In Apocalypsi etiam hoc idem sancta revelatione monstratur, ita enim scriptum est: *Et vidi alium angelum volantem medio cœlo, habentem Euangelium æternum, ut annunciaret super terram per omnes nationes & tribus, & linguas, & populos, dicentem voce magna: Metuite potius Dominum, & date illi claritatem. Quoniam venit hora judicii ejus, & adorate eum qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.* Dominus quoq; noster Iesus Christus paterna legis instituta custodiens, hoc idē veneranda constitutione promulgat, ait enim: *Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus unus est, & diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, & de tota anima tua, & de tota virtute tua, hoc primum est, & secundum simile huic: Diliges proximum tibi tanquam te. In his duobus præceptis tota lex pendet, & prophetæ.* Sequitur autem hoc divinum

cap. 20.

cap. 20.

cap. 42.

cap 5.

cap 32.

cap 14.

Mat. 22. Luc. 10. Mar. 12.

veneran-

venerandumque præceptum immortalis Domini ac sancta conclusio, addit enim, ut manifestius viam salutis ostendat, & ita loquitur: *Hæc est autem vita æterna, ut agnoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Sacrorum mandatorum ordinem scitis, quid sequi, quid fugere debeatis, veneranda atque immortali voce didicistis. Audite rursus, quod maneat contemnentes exitium, quibus illos calamitatibus necessitas venerandæ legis astrinxerit: clausula enim venerandorum mandatorum in hæc
Exod. 22. verba colligit: *Sacrificans Diis eradicabitur, præter Domino soli.* Si solum sacrilegum hominem metuenda pœna percuteret: si peccanti soli minaretur severitas legis, bene se ad sacrilegium obstinati furoris temeritate firmaret: nunc etiam stirpi minatur & soboli, & hoc agit ne qua pars nequissimi seminis relinquatur, ne quod profani generis vestigium maneat. *Sacrificans*, inquit, *Diis eradicabitur.* Considera quid agas misera ac luctuosa persuasio. Facinus tuum plurimos perdit, & per omnem substantiam generis tui fœcunda pœna dividitur. Cur autem contra sacrificantes sic sæviat, ordi-
cap. 32. natæ legis autoritas in Deuteronomio manifesta significatione monstratur: ita enim invenimus esse perscriptum: *Sacrificaverunt dæmoniis, & non Deo.* Ad contaminatos ac pollutos te spiritus ne transferas, ab inferioribus ne speres auxilium: ne his supplices, quibus Dei gratia, jam imperare debes. Ecce dæmon est quem colis, cum Dei & Christi ejus nomen audierit, contremiscit, & ut interrogantibus nobis respondeat trepidantia verba, vix se colligit: adhærens homini laceratur, utitur, vapulat, & statim de commissis sceleribus confitetur. Ne hunc colas, ne huic supplices, ne prostratus huic flectas genua, interdicto venerandæ legis juberis. Hinc severitatis pœna, hinc animadversionis metu metuenda sententia. Quid Dei indulgentia libertate concessa jugum eligis servitutis * * Non desinit Deus summus crimen hoc salutari voce pulsare, sed misericordia ejus errantes homines
Esai. 1. corrigere frequenti comminatione festinat. Audi per Esaiam Prophetam vox divina quid dicat. *Adoraverunt Deos, quos fecerunt digiti eorum, & curvatus est homo, & humiliatus est vir, & non laxabo illis.* Et jam vos, ô profani homines, iratum numen alloquitur, & adhuc errores vestros sacra convenit voce, ait enim in sequentibus
Esa. 17. per eundem Prophetam: *Illis fudistis libamina, & illis imposuistis sacrificia. Super hæc non indignabor, dicit Dominus?* Adhuc indignationem suam salutaris Deus dilatat, severitatem suspendit, si vos forsitan

peccare

peccare pœniteat, ut ſacrilegæ voluntatis exitium aliquo genere relinquatis. Ecce in ipſo indignationis impetu moderata rurſus voce, perſuadet, & irarum ſuarum cómprimit ſtimulos, ait enim per Hieremiam prophetam: *Nolite ambulare poſt Deos alienos, ut ſerviatis eis, & ne adoraveritis, ne incitetis me in operibus manuum veſtrarum, ad diſperdendos vos.* Quid hic ad ſacrilegium pronus aures tuas obſtruis? quid hic obſtinati furoris ardore in exitium mortemque feſtinas? Liberum te Deus fecit, in tua manu eſt, ut aut vivas aut pereas. Quid te per abrupta præcipitas? in lubrico itinere conſtitutus, & in ipſo lapſu potius, titubantia aliquando ſuſpende veſtigia? Ecce ſententia depromitur, ecce pœna decernitur, diu criminibus tuis pepercit divina moderatio, diu facinus tuum cum diſſimulatione reſpexit, pervenis ad illud anceps, ubi ſpes, ubi vota deficiunt. Et ut manifeſtius inſtruaris, animadverſionis exitium diſce. Super hac rè in Apocalypſi totus ordo reſponſi eſt, ita enim ſcriptum eſt: *Si quis adorat beſtiam & imaginem ejus; & accipit vota in fronte ſua, & in manu, bibet & ipſe de vino iræ Dei, mixto in poculo iræ ejus. Et puniet igne & ſulphure ſub oculis agni, & fumus de tormentis eorum in ſecula ſeculorum aſcendet. Nec habebunt requiem die ac nocte, quicunque adorant beſtiam, & imaginem ejus.* Sed & vobis, ſacratiſſimi Imperatores, ad vindicandum & puniendum hoc malum neceſſitas imperatur, & hoc vobis Dei ſummi lege præcipitur, ut ſeveritas veſtra idolatriæ facinus omnifariam perſequatur. Audite & commendate ſanctis ſenſibus veſtris quid de iſto facinore Deus jubeat. In Deuteronomio lex iſta præſcripta eſt, ait enim: *Quod ſi rogaverit te frater tuus, aut filius tuus, aut uxor tua, quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus tuus, qui eſt æqualis animæ tuæ, latenter dicens: Eamus & ſerviamus aliis Diis gentium, non conſenties ei, & non exaudies eum, & non parcat oculus tuus ſuper eum, & non cœlabis, annuncians annunciabis de illo. Manus tua erit ſuper eum inprimis interficere eum, & manus omnis populi deinceps. Lapidabunt eum & morietur, quoniam quæſivit avertere te à Domino tuo.* Nec filio jubet parci, nec fratri, & per amatam conjugem gladium vindicem ducit. Amicum quoque ſublimi ſeveritate perſequitur, & ad diſcerpenda ſacrilegorum corpora omnis populus armatur. Integris etiam civitatibus, ſi in iſto fuerint facinore deprehenſæ, decernuntur excidia: & ut hoc providentia veſtra manifeſtius diſcat, conſtitutæ legis ſententiam proferam. In eodem libro in integris civitatibus pœnam Dominus hac voce conſtituit, ait enim: *Aut ſi audieris in una ex civi-*

cap. 25.

cap. 14.

cap. 13.

Deut. 13.

tatibus, quas Dominus Deus tuus dat tibi, inhabitare illic, dicentes: Eamus & serviamus Diis aliis, quos non nostis: interficiens necabis omnes, qui sunt in civitate cæde gladii, & incendes civitatem igni, & erit sine habitatore.
Deut. 13. *Non ædificabitur in æternum. Et avertetur Dominus ab indignatione iræ suæ, & dabit tibi misericordiam, & miserebitur tui, & multiplicabit te, si exaudieris vocem Domini Dei tui, & observaveris præcepta ejus.* Misericordiæ suæ vobis, sacratissimi Imperatores, Deus summus præmia pollicetur, & amplificationis maximæ augmenta decernit. Facite itaque quod jubet, complete quod præcipit. Auspicia vestra majoribus cumulata sunt donis, initio fidei positæ divini favoris incrementa sensistis. Nunquam vos manus Dei veneranda deseruit, nunquam vobis laborantibus denegavit auxilium. Strati sunt adversantium cunei, & rebellantia ante conspectum vestrum semper arma ceciderunt. Missi sunt superbi sub jugum populi, & Persica vota collapsa sunt. Nec stare diu contra vos poterit malis suis armata crudelitas. Dei virtutem utrique diverso sensistis eventu. Vobis cœlestis victoriæ corona collata, & felicitate vestra nostra relevantur incommoda. Hæc vobis Deus summus, sacratissimi Imperatores, pro fide vestra reddidit præmia. His vos interim remuneratos insignibus ad arcana venerandæ legis invitat. Pura mente, devota conscientia, incorrupto animo clementia vestra cœlum semper aspiciat, à Deo semper expectet auxilium, Christi venerandum numen imploret, & pro salute orbis terrarum ac vestra, salutari Deo spirituales offerat victimas. Sic vobis feliciter cuncta provenient, victoriæ, opulentia, pax, copia, sanitas & triumphi, ut divina majestate protecti, orbem terræ felici gubernetis imperio.

FINIS.

JOAN.

JOAN. A WOVVER

AD LIB.

JULII FIRMICI

MATERNI V. C.

DE ERRORE PROFANARVM
RELIGIONVM

NOTÆ.

JOAN. A WOWER
AD LIB.
JULII FIRMICI
MATERNI V. C.
De Errore Profanarum Religionum
NOTÆ.

IN *errore itaque sunt gentes.*] Cultum elementorum multis refellit Athanas. πρὸς Ἕλλ. Pag. 3.

Ægypti incolæ aquam colunt.] Athanas. πρὸς Ἕλλ. Πάντων μάλιστα Αἰγύπτιοι τὸ ὕδωρ σεβετιμήκασι, & θεὸς ἀναγορεύουσι.

Quæ mysteria vocant.] Glossema.

Isis soror est, Osiris frater.] Totam hanc fabulam singulari libro complexus Plutarchus, unde his Firm. petenda interpretatio.

Adhibuit sibi Nephten] Ita legendum docet Plutarch. περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος. Pag. 4.

Et Anubin.] Athanas. Κυνοκέφαλος Ἄνυβις. Propert. latrans Anubis.

Venatorem.] Plutarch. de Iside.

Fuerant hi apud Ægyptum reges.] Vide Synes. orat. Ægypt. sive de provid.

Annuis luctibus plangunt.] Athanas. πρὸς Ἕλλ.

Radunt capita.] Prudent. 1. contra Symm.

Isidis amissum semper plangentis Osirim,
Mimicaq; & ridenda suis sollennia calvis.

Appian. IV. de bello civ. Euseb. Præpar. Euang. lib. II. cap. 1. Plutarch. de Iside. Lucian. de Dea Syria. Synes. ἐγκ. φαλάκρας. Tonderi autem solitos in luctu ex Plutarch. περὶ δεισιδαιμονίας, & aliis notum.

Tundunt pectus, lacerant lacertos.] Herod. Eut. ἐν δὲ Βυσίρι πόλι ὡς ἀνάγουσι τῇ ἴσι τὴν ἑορτὴν εἴρηται πρότερόν μοι. Τύπτονται γὰρ δὴ μυρίοι τὴν θυσίην πάντες, καὶ πᾶσαι, μυριάδες κάρτα πολλαὶ ἀνθρώπων. ὅσοι δὲ καρῶν εἰσι ἐν Αἰγύπτῳ οἰκέοντες, ἔπι μὲν τούτῳ ἔτι πλέω ποιεῦσι τούτων, ὅσῳ δὲ τὰ μέτω-

πα κόπτοντες μαχαίραις. Lactant. 1. cap. XXI. *Isidis Ægyptia sacra sunt, quatenus filium parvulum vel perdiderit, vel invenerit. Nam primo sacerdotes ejus deglabrato corpore sua pectora tundunt; lamentantur, sicut ipsa, cum perdidit, fecerat. Deinde puer producitur quasi inventus, & in lætitiam luctus ille mutatur.* Theophil. lib. 1. ad Aut.

Frugum semina Osirim dicentes.] Athenag. Apol. Euseb. præparat. Euang. lib. II. cap. 1. lib. III. cap. II. Macrob. Sat. 1. Lactant. in 1. Stat. Theb. Aliter Plutarchus de Iside, & Osir. Vide Suid. Δόγμα.

Cum fruges reddunt.] Lege: redduntur.

Cum fruges genitalis terræ frumento conceptæ omnia rursus ceperint procreatione generari.] Emenda: cum fruges genitali terræ fomento conceptæ nova rursus.

Pag. 5. Εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν.] Solennia verba exclamantium in sacris Isidis, invento corpore Osiridis. Scholiastes Iuvenal. ad illa Sat. VIII. *Exclamare libet, populus quod clamat Osiri Invento. Populus Ægypti invento Osiri dixit:* εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν. Ita enim Isidem inventis Osiridis membris exclamasse putabant. Athenag. Apolog. τὴν μὲν τῦ σίτυ σπορέα, Ὄσιριν ὄντα, φασὶ μυστικῶς ὑπὸ τῆ ἀνευρέσει τῶν μελῶν ἢ τῶν καρπῶν ὑπολεχθῆναι τῇ Ἴσιδι, εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν.

Phryges, qui Pessinuntem incolunt.] Strabo lib. XII. Herod. lib. 1. Ammian. lib. XXII.

Hoc ordinantes à se pati voluere] Mater Deûm diligebat Atyn, is ab Acdesti actus in furias testula sibi genitalia desecat. hoc in honorem magnæ matris imitantur Galli ejus Sacerdotes. Arnob. lib. V. August. de civit. Dei lib. 2. cap. IV. Schol. Nicandri Theriac. Tatian. πρὸς Ἕλλ. Ovid. XIV. Metam. Iustin. Apolog. Clem. Protrept. Lucian. de dea Syr. Euseb. præp. Euang. lib. II. cap. IV.

Pag. 6. *Nam hunc eundem, id est, aërem nomine Iunonis vel Veneris.*] Illa; id est, aërem. sunt glossographi. Assyrios autem sive Syros coluisse aërem, nomine Junonis seu Veneris ex Plutarcho in Crasso discimus, ubi de dea Hierapolitana: γίνεται δ' πρῶτον αὐτῷ σημεῖον ὅτι τῆς θεᾶ παύτης, ἣν οἱ μὲν Ἀφροδίτην, οἱ δ' Ἥραν, οἱ δὲ τὴν ἀρχὰς καὶ σπέρματα πᾶσιν ἐξ ὑγρῶν παραχέσαν αἰτίαν, καὶ φύσιν νομίζυσι, καὶ τὴν πάντων εἰς ἀνθρώπυς ἀρχὴν ἀγαθῶν καταδείξασαν. Ἀφροδίτη hæc, θρηνία. Herodotus lib. 1. ὑπομεμαθήκασι δὲ τὴν θρηνίη θύειν, παρά τε Ἀσσυρίων μαθόντες, καὶ Ἀράβιων. Pausan. Atticis.

Effœminarunt sanè hoc elementum.] Cic. II. de Nat. Deor. *Aër autem interjectus inter mare, & cælum, Junonis nomine consecratur: quæ*

est

est soror & conjunx Iovis, quod & similitudo est ætheris, & cum eo summa conjunctio. Effœminarunt autem eum, Iunoniq; tribuerunt, quod nihil est eo mollius. Heraclides Ponticus: δύο γὰρ ὄντων κατὰ τοὺς φυσικοὺς τῶν πνευματικῶν στοιχείων, αἰθέρος δὲ καὶ ἀέρος, τὸν μὲν Δία τὴν πυρώδη φαμὲν οὐσίαν. ἡ δὲ ἥρα, μετὰ αὐτὸν δὲ ἀὴρ μαλακώτερον στοιχεῖον, διὰ τοῦτο καὶ θῆλυ. Philo περὶ βίου θεωρητικοῦ. ἥραν δὲ τὸν ἀέρα παρὰ τὸ αἴρεσθαι, καὶ μετεωρίζεσθαι πρὸς ὕψος. Tertull adv. Marcion. Probus in Virgil. Eclog. VI. Serv. in I. Æneid.

Cum maxima delectationis macula] Forte: detestationis. Pag. 7.

Erubescite ô miseri sublimitatem] Lege: supinitatem.

Nec multa exigit.] Forte: mulctam exigit.

Ignem præferunt.] Clem. Protrept. Περσῶν δὲ οἱ Μάγοι τὸ πῦρ τετιμήκασι, καὶ τῶν τὴν Ἀσίαν κατοικούντων πολλοί. Strabo lib. XV. Eustat. in Hom. Iliad. σ. Socrates Histor. Eccles. lib. VII. Max. Tyr. Serm. XXXIIX. Ruffin. Hist. lib. II. cap. XXVI.

Hi itaque Iovem.] Persarum peculiaris Deus Sol. Iovis & Solis idem numen ostendit Macrobius.

Naturam ejus ad utriusq; sexus] Athenag. Apol. οἱ μὲν γὰρ ἀέρα διφυῆ, ἀρσενοθήλην, τὸν Δία λέγουσιν. Macrob. I. Saturnal.

Monstrosis eam serpentibus] Cur solis statuæ Draconis effigies subjungi solita docet Macrob. lib. I. Satur. cap. XIX. & XX.

Virum verò abactorem boum] Solem Persis cultum Herodotus, Iustinus, Strabo, & alii prodiderunt. Herculem autem Solem multis probare conatur Macrob. Saturnal. lib. I. cap. XX.

Mythram vocant.] Strabo lib. XV. de Persis: Τιμῶσι τὸν ἥλιον, ὃν καλοῦσι Μίθραν. Hesych. Μίθρας ὁ ἥλιος παρὰ Πέρσαις. Frequens in V. Inscript. *Soli invicto Mithræ. Soli Mythræ.* Martian. Capell. lib. III. A Mithre, qui in Solis urbe regnavit Plin. lib. XXXVI. cap. IIX.

Sacra ejus in speluncis abditis tradunt] Porphyrius comment. de Nympharum antro. *Primus Zoroastres apud Persas, ut narrat Eubulus, speluncam natura factam in Persiæ montibus consecravit, in honorem rerum omnium auctoris, & parentis Mithræ, ut per speluncam significaret mundum à Mithra conditum.* Lactant. ad illa Stat. Theb. I. *Seu Persæi sub rupibus antri Indignata sequi torquentem cornua Mithram.* Hieron. ad Lætam. *Gracchus specum Mythræ subvertit.* Tertull. de Coroma mil. Iustin. dial. cum Tryph.

Vt armata clypeo, lorica, thorace, gladio, & hasta consecratur.] Forte legendum: Vt armatus, & capiendum de milite Mythræ initiari solito. Tertull. de corona militis. *Erubescite Romani commilitones* Pag. 8.

ejus,

ejus, tam non ab ipso judicandi, sed ab aliquo Mythræ milite. Qui cum initiatur in spelæo, in castris verè tenebrarum, coronam interposito gladio sibi oblatam quasi mimum martyrij monetur obvia manu capite depellere. & de præscript. adv. Hæret. *Signat illic in fronte milites suos & sub gladio redimit coronam.* Sed potius nihil mutandum, ut hæc & sequentia de alterius numinis potestate accipiamus. Nisi de Iovis fæminæ simulachro, quod triformi vultu constituisse ait, intelligenda sint. Μίτραν ἀφροδίτην Persas coluisse auctor Herodotus lib. 1.

Pag. 8. *Liber itaque Iovis fuit filius*] Clemens Protrept. τὰ γὰρ διονύσου μυστήρια τέλεον ἀπάνθρωπα, ὃν εἰσέτι παῖδα ὄντα, ἐνόπλῳ κινήσει περιχορευόντων κουρήτων δόλῳ ὑποδυώτων τιτάνων, ἀπατήσαντες παιδαριώδεσιν ἀθύρμασιν· οὗτοι δὴ οἱ τιτᾶνες διέσπασαν ἔτι νηπίαχον ὄντα. &c. Quę profert Euseb. προπαρ. εὐαγγελ. Higinus Fab. CLXVII. paulo aliter fabulam narrat Arnob. lib. v.

Pag. 9. *Vivum laniant dentibus taurum.*] Hesich. ταυροφάγος. Vide Suid.

Pag. 10. *Ostenso angue terribilis*] Arnob. lib. v. *Bacchanalia prætermittemus, in quibus furore mentito, circumplicatis vos anguibus, atq; caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus dissipatis.* Schol. Lycoph. de Bacchis: περιῆγον οἰκείαις χερσὶ λέοντας καὶ ἕτερα θήρια, δράκοντας δὲ περὶ τὰς κόμας εἶχον ἐσπειρημένους.

Pag. 12. *Eleusis dictus est*] Idem tradit auctor Etymol. Ἔλευσις.

Et à vanis Cretensibus.] Vide Suid. πῖκος.

Rapidis verticibus.] Emenda: vorticibus.

Pag. 13. *Aut in olla decoquunt, aut septem verubus corporis mei membra subfigunt.*] Apud Homerum πεμπώβολα, Iliad. α. νέοι δὲ παρ' αὐτὸν ἔχον πεμπώβολα χερσὶν, quinque sunt veruum, non septem. Fortassis corrigendum: aut in olla decoquunt, aut discerpti corporis mei membra lacerata verubus subfigunt. Clem. Protrept. οἱ δὲ Τιτάνες οἱ καὶ διασπάσαντες αὐτὸν λέβητά τινα τρίποδι ἐπιθέντες, καὶ τοῦ διονύσου ἐμβάλλοντες τὰ μέλη, καθήψουν πρότερον, ἔπειτα ὀβελίσκοις περιπείραντες ὑπείρεχον ἡφαίστοιο. Arnob. lib. v. *Desistimus Bacchanalia prædicare, in quibus arcana, & tacenda res proditur sacratis, ut occupatus puerilibus ludicris distractus à Titanibus Liber sit, ut ab iisdem membratim sectus atque in ollulas conjectus ut coqueretur.*

Pag. 14. *Si lachrimis & luctu digni sunt.*] Plane sunt illa apud Clem. Protrept. εἰ θεοὺς νομίζετε, μὴ θρηνεῖτε αὐτοὺς, μηδὲ κόπτεσθε. εἰ δὲ πενθεῖτε αὐτοὺς, μηκέτι τούτους ἡγεῖσθε εἶναι θεούς. Sunt autem Xenophanis Colophonii ad Ægyptios. Plutarch. de Iside. Ξενοφάνης ὁ κολοφώνιος, ἢ ἑξῆς οἱ σοῦ Ἀγυπτίους εἰς θεοὺς νομίζουσι, μὴ θρηνεῖν, εἰ δὲ θρηνοῦσι, θεοὺς μὴ νομί-

νομίζειν, ἀλλ' ὅτι γελοῖον ἅμα θρηνοῦντας εὔχεσθαι, σοῦ καρπὸς πάλιν ἀναφαίνειν καὶ τελειοῦν ἑαυτοῖς. ὅπως πάλιν ἀναλίσκωνται, καὶ θρηνῶνται.

Adonis quasi maritus plangitur Veneris] Lucian. de Dea Syria: εἶδον δὲ καὶ ἐν βύβλῳ μέγα ἱρὸν Ἀφροδίτης Βυβλίης, ἐν τῷ καὶ τὰ ὄργια ἐς Ἄδωνιν, ἐπιτελέουσι. λέγουσι γὰρ δὴ ὧν τὸ ἔργον τὸ ἐς Ἄδωνιν, ὑπὸ τοῦ συὸς, ἐν τῇ χώρῃ τῇ σφετέρῃ γενέσθαι, καὶ μνήμην τοῦ πάθεος, τύπτονται τε ἑκάστου ἔτεος, καὶ θρηνέουσι, καὶ τὰ ὄργια ἐπιτελέουσι, καὶ σφισὶ μεγάλα πένθεα ἀνὰ τὴν χώρην ἵσταται. Ovid. x. Metam. Pag. 14.

--- luctus monimenta manebunt
Semper Adoni mei, repetitaq; mortis imago
Annua plangoris peraget simulamina nostri.

Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 11.

Incaute contra serentem percutit juvenem.] Scribe: incaute contra se ruentem percutit juvenem. Ovid. Metam. x.

Forte suem latebris vestigia certa secuti
Excivere canes, silvisq; exire parantem
Fixerat obliquo juvenis Cinyreius ictu,
Protinus excussit pando venabula rostro.

Audio Cinyram] Lucian. de Dea Syria.

Secreto Veneris sibi tradito asse, manum mercedis nomine Deæ daret.] Lege: tradito, assem in manum mercedis nomine Deæ daret. vel: assem unum, Pag. 15.

Quod secretum quale sit] Nempe ἁλῶν χόνδρος, καὶ φαλλός. Clem. Protrept. ταύτης τῆς πελαγίας ἡδονῆς τεκμήριον τῆς γονῆς, ἁλῶν χόνδρος, καὶ φαλλὸς τοῖς μυουμένοις τὴν τέχνην τὴν μοιχικὴν ἐπιδίδοται. νόμισμα δὲ εἰσφέρουσιν αὐτῇ οἱ μυούμενοι ὡς ἑταίρᾳ ἐρασταί. Arnob. lib. v. *Nec Cypriæ Veneris abstrusa illa initia præterimus, quorum conditor indicatur Cyniras rex fuisse: in quibus sumentes ea, certas stipes inferunt ut meretrici, & referunt phallos propitii numinis signa.* Ubi verissima conjectura restituendum censeo: in quibus sumentes æra, certas stipes inferunt.

Sebazium.] Vet. inscript. Sabazium.

Q. NUNNIUS
ALEXANDER
DONUM DEDIT
IOVI SABAZIO.

Utroque enim modo scriptum. Cic. Arnob. Macrob. Sebadium scribunt. At Hesych. Σαβάζιος, ἐπώνυμον διονύσου. παρὰ τοῦ σαβάζειν, id est, βακχεύειν. Idem adfirmat Suid. & Harpocration

& Strabo lib. x. & Diodor. Sic. lib. iv. Sabazium Dionysium narrant, & ejus genus, ac sacra tradunt.

Anguem cum initiantur per sinum ducunt.] Arnob. lib. v. *Ipsa sacra, & ritus initiationis ipsius, quibus Sebadius nomen, testimonio esse poterunt veritati, in quibus aureus coluber in sinum demittitur consecratis, & eximitur rursus ab inferioribus partibus.* Clem. Protrept. Σαβαζίων γοῦν μυστηρίων σύμβολον τοῖς μυουμένοις. ὁ Διὸς κόλπος θεός. δράκων δέ ἐστιν ἕρπων, διελκόμενος ἐξ κόλπου τῶν τελουμένων.

Vnus frater à duobus interemtus.] Arnob. lib. v. *Oblivioni etiam Corybantia sacra donentur, in quibus sanctum illud Mysterium traditur: frater trucidatur à fratribus, &c.*

Hic est Gabirus.] Scribe: Cabirus. Strabo lib. x.

Vt parricidium celaret, invenit.] Malim: coleret.

Puerorum aliquis.] Eadem ferè apud Arnob. lib iv.

Pag. 16. *Quis Chionem, Hippogoenq; corrupit.*] Emenda; Hippothoenque. Clem. Protrept. Κάλει μοι τὸν Ποσειδῶ, ἐς τὸν χόρον τὸν διεφθαρμένον ὑπ' αὐτοῦ, τὸν Ἀμφιτρίτῃ, ἢ Ἀμυμώνῃ, ἢ Ἀλόπῃ, ἢ μελανίππῃ, ἢ Ἀλκυόνῃ, ἢ Ἱπποθόῃ, ἢ χιόνῃ. Arnob. lib. iv. qui ut Firmicus, Menalippen, non, Melanippen, & fortè apud eundem Chionas, non Alcyonas.

Æthisam rapit.] Lege: Æthusam. Clem. Protrept. Κάλει μοι καὶ τὸν Ἀπόλλω. φοιβός ἐστιν ἕτερος, ἐς μάντις ἀγνός, ἐς σύμβουλος ἀγαθός. ἀλλ' ὁ ταῦτα ἡ Στερόπη λέγει, οὐδὲ ἡ Αἴθουσα, οὐδὲ ἡ Ἀρζινόη, οὐδὲ ἡ Ζευξίππη, οὐδὲ ἡ Προθόη, οὐδὲ ἡ Μάρπασα, οὐδὲ ἡ Ὑψιπύλη. Δάφνη γοῦν ἐξέφυγε μόνη καὶ τὸν μάντιν, καὶ τὴν φθοράν. Arnob. lib. iv.

Videat liberum amatori suo.] Arnob. lib. v. *Liber nosse inferos expetivit, sed qua iret, ac pergeret, nesciebat. Prosumnus quidam exoritur, qui se Acherusios aditus pollicetur indicaturum, si Deus uxorias voluptates pateretur ex se carpi. Deus facilis jurat potestatis futurum se ejus, sed cum primum ab inferis compos voti redisset; viam Prosumnus edisserit, atq; in limine prostituit inferorum. Interea dum Liber Stygen collustrat, ex viventium numero index decedit: emergit ab inferis Euhyius, & ut fidem impleret pacti, ficorum ex arbore ramum praececans humani speciem fabricatur in penis, & meditatur ab ligno pati, quod in veritate promiserat.* Eadem Clem. Protrept. & Greg. Nazianzenus φλιτόμπκῶ β. Omnes itineris infernalis indicem Prosymnum dicunt. Higinus vero lib. ii. Poët. Astron. Hypolipnum petenti Libero descensionem ad inferos monstrasse. Sed ex eodem Nazianzeno legendum Polyhypnus. Ex hac fabula ortum, ut Baccho φαλλὸς erigerent. Lucian.

cian. de Dea Syria: φαλλοὺς Ἕλληνες Διονύσῳ ἐγείρουσι ἐπὶ τῶν καὶ τοιὸν δέ τι φέρουσι, ἄνδρας μικροὺς ἐκ ξύλου πεποιημένους μεγάλα αἰδοῖα ἔχοντας. Quæ verba repetit Schol. Aristoph. ἐν νεφέλαις. Vide eundem in ἀχαρναῖς, & Suid. φάλλος. Inde solennis festivitas φαλλαγωγίας, in qua φαλλοὺς circumferebant, & adorabant. Theodoret. Serm. III. Arnob. lib. v. Notanda sunt illa apud Marium Plotium de metris, scriptorem hactenus ineditum. *Ithyphallicum dictum, quod hoc sono cantantes Athenienses Libero patri, φαλλὸν, id est, fascinum virile ἴθυνον, id est, ciebant, dicentes, εἴθε μ' ἰθύφαλλε.* Harpocration ἰθύφαλλος. inde Athenis ἰθύφαλλοι, lascivi, & amori indulgentes. Demosth. Orat. adv. Cononem: ἐς ἐρεῖν ὡς εἰσὶν ἐν τῇ πόλει πολλοὶ κακῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν υἱεῖς, οἱ παίζοντες σφίσιν αὐτοῖς ἐπωνυμίας πεποίηνται. καὶ καλοῦσι, τοὺς μὲν ἰθυφάλλους, τοὺς δὲ αὐτοληκύθους. Sed Demosthenem optime interpretantur, illa quæ profert Suid. ex Semo Grammatico: οἱ δὲ ἰθύφαλλοι, προσωπεῖα μεθυόντων εἶχον καὶ χειρίδας αὐθείνας, καὶ χιτῶνα μέχρι τῶν σφυρῶν.

Semina scelerum à piis suis peccantium turba collegit.] Emenda: à diis suis.

Cœnam de cœlo fecistis.] Vera est emendatio: Scenam de cœlo fecistis. Plane expressit illa Clementis Protrept. οἴμοι τῆς ἀθεότητος. σκηνὴν πεποιήκατε τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸ θεῖον ὑμῖν δρᾶμα γεγένηται. Pag. 17.

Oethi, & Ephialta] Lege: Oti. Homer. Iliad. E. Arnob. lib. IV.

Temporali exilio.] Mensibus tribus & decem. Arnob. Hom.

Ob amorem cantamiti.] Corrige: catamiti. Ganymedis. Festus.

Illic casus mortesq; saltatoris, illic Deorum in templis.] Locus mutilus fortè ita supplendus: illic casus, mortesque saltatores exhibeant: illis Deorum in templis.

Ioseph est Iacobi filius.] Expunge glossema: est Iacobi filius. Pag. 18.

Quomodo esurientibus, & ementibus frumenta diviserat, cupitis superpositus est.] Rectè emendabis: Quo modio esurientibus, & ementibus frumenta diviserat, capiti is superpositus est. Ruffin. Hist. lib. II. cap. XXIII. ubi multis Serapidis statuam, & cultum apud Alexandrinos describit: *De Serapidis origine diversa fertur opinio, alii Iovem putant, cujus capiti modius superpositus, vel quia cum mensura, modoq; cuncta indicet moderari, vel vitam mortalibus frugum largitate præberi. Quidam in honorem nostri Ioseph formatum perhibent simulachrum ob dimensionem frumenti, qua famis tempore subvenit Ægyptiis.* Vide Suid. Σάραπις.

Serapis dictus.] Alia origo nominis Serapidis ab antiquis traditur.

ditur. Clem. Strom. 1. ex Nymphodoro τὸν Ἄπιν τὸν ταῦρον τελευτήσαντα εἰς σορὸν ἀποτίθεσθαι τῷ ναῷ τοῦ τιμωμένου δαίμονος. κἀντεῦθεν Σορόαπιν κληθῆναι, καὶ Σάραπιν συνηθείᾳ τινὶ τῶν ἐγχωρίων, ὕστερον. Aliorum opiniones recenset Plutarchus de Iside. Clem. Protrept. Ruffin. 11. Hist.

Hujus simulacrum Neogrorum turba custodit.] Vera est lectio: Neocororum turba custodit. Νεοκόροι.

Nam ista esse Porphyrius.] Scribe: Nam ita esse.

Id est, in ipsis auspiciis positus.] Puto irrepsisse è glossa.

Pag. 19. *Religiosi sermonis flagella castigant.*] Infra: *Adhærens homini laceratur, uritur, vapulat, & statim de commissis sceleribus confitetur.* Cyprianus de idolor. vanitate. *Videas illos* (Dæmonas) *nostra voce & operatione majestatis occultæ flagris cædi, igne torreri, incremento pœnæ propagantis extendi, ejulare, gemere, deprecari.* Origenes homil. XXIV. in Iosua. *Si inimica virtus dæmonis obsideat alicujus corpus, adhibeantur autem multæ exorcistarum invocationes & ad hæc omnia surdus dæmon in obsesso corpore persistat, facilius ferens exorcistarum pœnas, & adhibita sibi ex Dei nominis invocatione tormenta.* Vide, quæ notamus ad Minucium.

Penates etiam.] Cic. 11. de Nat. Deorum.

Cella penaria.] Festus: Penora. Varro IV. de lingua Lat.

Vesta quid sit.] Cic. 11. de Nat. deor.

Simulacrum ex ossibus Pelopis.] Clemens Protrept. Arnob. lib. IV.

Pag. 20. *Quinque Minervas.*] Idem Clemens: Εἰσὶ δὲ οἱ πέντε Ἀθηνᾶς ὑποτίθενται, τὴν μὲν ἡφαίστου, τὴν Ἀθηναίαν, τὴν δὲ Νείλου, τὴν Αἰγυπτίαν. τρίτην τοῦ κρόνου, τὴν πολέμου εὑρέτιν. τετάρτην, τὴν Διὸς ἣν Μεοσσηνίοι κορυφάσιαν ἐπικεκλήκασιν. ἐπὶ πᾶσι τὴν Πάλλαντος, καὶ Τιτανίδος τῆς Ὠκεάνου, ἣ τὴν πατέρα δυσσεβῶς καταθύσασα, τῷ πατρώῳ κεκόσμηται δέρματι, ὥσπερ κωδίῳ.

Pag. 21. *Quinta Pallãte patre, & Titanide matre orta est.*] Corrige: Tritonide.

Et medelas artificum aspernatas contemnit] Emenda: aspernat ac contemnit.

Pag. 22. *Sed ideo sol appellatur*] Hæc omnia apud Cic. 11. de Nat. Deor. Olympiod. in Plat. Alcibiad. Fulgent. & alios.

Pag. 23. Ἐκ τυμπάνου βέβρωκα.] Clemens Protrept. ἐκ τυμπάνου ἔφαγον, ἐκ κυμβάλου ἔπιον. ἐκρινοφόρησα ὑπὸ τὸν παστὸν ὑπέδυον, ταῦτα οὐχ ὕβριν τὰ σύμβολα; οὐχ λεύη τὰ μυστήρια.

Pag. 24. *Largus & dives est*] Fortè: Lautus.

Pag. 25. *Apocalypsi, id est, in revelatione.*] Dele glossema: id est, in revelatione.

Pag. 26. Θεὸς ἐκ πέτρας.] Mithra, in cujus mysteriis hoc Sacramenti signum

gnum usurpatum. Hieron. 1. adversus Iovinian. Mithram juxta gentilium fabulas in lapide de æstu libidinis generatum scribit. Iustin. adv. Tryphon οἱ δὲ τὰ τοῦ μίθρου μυστήρια παραδιδόντες λέγουσιν ἐκ πέτρας γεγεννῆσθαι αὐτόν.

Modicum talium superest.] Lege: modicum tantum. Pag. 27.

Romanum firmabatur imperium.] Scribe: infirmabatur. Pag. 28.

Ελιλικερες δίμορφει.] Emenda: ἐλιξοκερως, δίμορφε. Vel potius: ἥλιε δίκερως, δίμορφε. Symbolum orgiorum Bacchi, sive Solis. Idem enim utriusq; numen, ut multis docet Macrobius Saturn. Bacchus autem ταυρόμορφος, ταυρόκερως, & δίμορφος. cultus ab antiquis. Diodorus Siculus lib. v. Scholiastes Nicandri Alexiph. Orpheus in Hym.

Κικλήσκω διόνυσον, ἐρίβρομον, εὐαστῆρα,
Ἄγριον, ἄῤῥητον, κρύφιον, δικέρωτα, δίμορφον,
κισσόβρυον, ταυρωπὸν ----

Solem quoque taurina specie cultum Porphyrius περὶ ἄντρου. & Lactant. ad lib. 1. Thebaid. Statii tradunt.

Cornua nihil aliud.] Vide Tertul. III. adv. Marcion. Augustin. de Civ. Dei lib. XIIX. cap. XXXII. *Cornua in manibus ejus quid est nisi tropæum crucis?*

Vt imperet, ut regnet, ut teneat.] Alterutrum superfluum videtur. Fortasse melius: ut imperet, ut regna teneat.

Ταῦρος δράκοντος.] Clem. Alex. Protrept. φησί τις ποιητὴς εἰδωλικὸς, ταῦρος πατὴρ δράκοντος, ὁ πατὴρ ταύρου δράκων. Arnob. lib. v. *Auctorem aliquis desiderabit rei tantæ, illum citabimus tritum, notumq; senarium, quem antiquitas canit, dicens: Taurus draconem genuit, & taurum draco.* Pag. 34.

Nec se injusto crematorum corporum partes.] Restituo verissima conjectura: Nec venenis tuis cruor defuit, nec semiustæ crematorum corporum partes, humanarum te etiam victimarum sanguine cruentasti.

Et satiaris templi cruore.] Omnino emendandum censeo: Et Latiaris templi cruore. Porphyr. περὶ ἀποχῆς ἐμψ. ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν τὶς ἀγνοεῖ κατὰ τὴν μεγάλην πόλιν τῇ τοῦ λατιαρίου Διὸς ἑορτῇ σφαζόμενον ἄνθρωπον.

Vel ara Carthaginis.] Plutarch. περὶ δεισιδαιμονίας. καρχηδόνιοι εἰδότες καὶ γινώσκοντες αὐτοὶ τὰ αὐτῶν τέκνα τῷ Κρόνῳ καθιέρευον. Vide quæ notamus ad Minucii Octav.

Voluntas Dei perfectio operis substantia est.] Fortasse: perfectio operis sub instantia est. Pag. 35.

In sacris Phrygiis.] Arnob. lib. v. *Quid sibi vult illa pinus, quam semper statis diebus in Deum matris intermittitis sanctuario? Nonne illius similitudo est arboris, sub qua sibi furens adolescentulus manus intulit.* & quæ sequuntur.

Illis de seminibus factum idolum Osiridis sepelitur.] Recte emendabis: Illis de segminibus. Vide Plutarch. de Iside & Osir.

Pag. 37. *Tauribolum, vel Oriobolium scelerata te sanguinis labe perfundit.*] Scribe: Tauribolium vel Criobolium. Vet. inscript.

M. D. M. I. Et Attinis.
L. Cornelius Scipio. Oreitus.
V. C. Augur. Taurobolium
Sive Criobolium Fecit
Tusco Et Anullino Coss.

In aliis inscript. Tauripolium scribitur. & apud Hesych. ταυροπόλη, ἡ ἄρτεμις. & ταυροπόλια, ἃ εἰς ἑορτὴν ἄγουσιν Ἀρτέμιδι. vide Suid. ταυροπόλια vero Ἀρτέμιδι, ut venatrici. Ita ex Vet. Inscriptione patet instituta ea fuisse in honorem magnæ matris, & Attidis, cujus venationes fabulæ narrant. Verba inscript.

Dis.
Magnis.
Matri. Deum. Et. Attidi. Sextilius. Agesilaus. Ædisius.
v. c. Causarum. Non. Ignobilis. Africani. Tribunalis. Orator.
Taurobolio. Criobolioque In Æternum. Renatus. Aram. Sacravit. DD. NN. Valente. V. Et. Valentiniano
Iun. Augg. Conss.

Hæc sunt quæ ad Firmicum notabam; tumultuariâ quidem operâ, imo frivolâ & inani, quam tamen meliorem illi locarè tanti non duxi, veritus ne quis cum Plinio objiceret, me has horas melius perdere potuisse. Nam si excipias pauca quædam reconditæ & rarioris eruditionis, ambigo sane an Firmicum iterata lectione dignum existimem; in quo tamen emendando majorem indubiè laborem, quam laudem invenero. Neque enim credentibus persuasero quam fædissimis mendis contaminatum susceperim, & verè ex subverbusto, ut antiqui loquebantur, non dedititium, sed in fraudem legis Æliæ Sentiæ civem Romanum fecerim, hoc est, ope

ingenii

ingenii omni squallore liberârim. Quod fortasse non ita manifestò legentium oculis sese offert; nam de singulis cum illis deliberare supervacuum arbitrabar, quod rectius ii facient, qui ocii sui ephemeridem nunquam à se exigunt. Non nego tamen multa residua & latentia & aperta errata, quæ festinantes oculos meos effugerunt. Istiusmodi aliorũ acumini reliqui, ut ille olim, qui Veneris effigiem inchoatam aliis perficiendam exposuerat. Inter illa hæc quoque quæ subnectam; in quibus cum hærerem consulere libuit oraculum Illustriss. viri Iosephi Scaligeri, qui pro incredibili in optimas literas studio, & suo in me amore ita rescripsit:

Μικτα βοομυςα κυ . . . . ο . . . . κλοπιης συν . . . δετε πατρὸς ἀγαυοῦ.]

Emenda:

Μυκήταο βοὸς μύςαι - - - -

Κύκλα βοοκλοπίης συναείδετε πατρὸς ἀγαυοῦ.

Mithra vocabatur βουκλόπος. Porphyrius in antro: καὶ βουκλόπος ὁ θεὸς ὁ τὴν γένεσιν λεληθότως ἀκούων, &c. Unde eo nomine paulo ante à Firmico vocatur abactor boum, quod disertè expressit Statius: *Indignata sequi torquentem cornua Mithran.* Ejus τελετὴ iccirco vocatur βοοκλοπίη. & quia quotannis in orbem redibat, propterea κύκλα βοοκλοπίης dixit Poëta, hoc est, solenne & in orbem rediens festum. Firmicus de industria truncavit acroteleution prioris versus, ut sæpè auctores solent facere. Sed posterioris versus lacunæ sunt à librariis, aut ab eo qui primus Firmicum edidit, quod literas δυσαναγνώςους non posset consequi.

Vt quicumque initiari vellet asse manum mercedis nomine Deæ daret.] Pag. 15.
Lege: assem unum mercedis nomine. Posset etiam ferri: assem annuum mercedis. Sed prior lectio vera.

Hoc avarus Scytha fecisse perhibetur] Scribendum; Hoc Abaris Scytha fecisse. Idem error paulo post: Hoc Trojanis Abaris tradidit. Non, avarus. Ego nunquam memini apud alium scriptorem legere Palladium Trojanorum ex ossibus Pelopis concinnatum fuisse, neque Abarim Trojanis vendidisse, qui enim potuisset, qui multis seculis posterior fuit Trojanis temporibus? Sed τὴν ὠμοπλάτην Pelopis ex Pisa Ilium delatam scribit Pausanias in Eliacis, quod sine illo osse, & arcu Philoctete Ἴλιον δυσάλωτον oraculo accepissent. Hic locus notabilis. Pag. 19.

Pallante patre & Titanide matre] Scribe: Tritonide. Pag. 21.

Nec semiustæ crematorum corporum partes.] Non sufficiunt tibi venena tua, etiam cruorem victimarum liguris; neque à semiustis Pag. 34.

cremato-

crematorum cadaverum fruſtis abſtines, quin diripias ex rogo, &, quod omnem diritatem ſuperat, placaris infanticidiis & pueribus Carthaginenſium & Pœnorum victimis. Ennius: *Pœnei ſunt ſolitei ſos ſacrificare puellos.*

Pag. 35. *Illis de ſegminibus factum idolum.*] Hanc emendationem noſtram confirmat, uti etiam illam: Taurobolium vel Criobolium.

INDEX AUCTORUM.

Ammianus Marcellinus. 46
Appianus. 45
Arnobius. 46. 48. 50. 51. 52. 53. 54. emend. 49. 50
Athanaſius. 45
Athenagoras. 46. 47
Auctor Etymologici. 48
Auguſtinus. 46. 53
Cicero. 46. 52
Clemens Alexandrinus. 46. 48. 49. 50. 51. 52. 53.
Cyprianus. 52
Demoſthenes. 51
Diodorus Siculus. 50. 53
Ennius. 56
Euſebius. 45. 46. 48
Feſtus. 51. 52
Fulgentius. 52
Gregorius Nazianzenus. 50
Harpocration. 49. 51
Heraclides Ponticus. 47
Herodotus. 45. 46. 48
Heſychius. 47. 48. 49. 54
Hieronymus. 47. 53
Higinus. 48. emend. 50
Homerus. 48. 51
Iuſtinus Martyr. 46. 47. 53
Lactantius. 46
Lactantius interpres Statii. 46. 47. 53
Lucianus. 45. 46. 49. 51
Macrobius. 46. 47. 49. 53
Marius Plotius. 51
Martianus Capella. 47
Maximus Tyrius. 47
Olympiodorus. 52
Origenes. 52
Orpheus. 53
Ovidius. 46. 47
Pauſanias. 48
Philo. 46. 53
Plinius. 46. 52
Plutarchus. 46. 48. 49.
Porphyrius. 47. 53. 55
Probus interpres Virgilii. 52
Propertius. 51
Prudentius. 50. 53
Ruffinus. 56
Scholiaſtes Ariſtoph. 45. 46. 48
Scholiaſtes Lycophronis. 51. 52
Scholiaſtes Iuvenalis. 52
Scholiaſtes Nicandri. 50
Socrates. 49. 51
Statius. 47
Stephanus. 45. 46. 48
Strabo. 47. 48. 49. 54
Suidas. 47. 53
Synéſius. 50
Tatianus. 48. 51
Terullianus. 46. 47. 53
Theodoretus. 46
Theophilus. 46
Varro. 45. 46. 49. 51
Vet. inſcript. 51

FINIS.